tum ad nos ex successione fama manavit. Et hoc non solum de eo, sed et de aliis sanctis Angliæ, quorum occurret[1] occasio, facere fert animus, præsertim quorum gesta non ubique sunt celebria. Nam eorum gesta quos aliorum extulerunt ingenia, hic enucleatim revolvere res esset amentiæ. Odo, ut testatior ejus esset sanctitatis indoles, sicut ortu suo dumorum asperitatem eluctatur rosa, ita depressa feritate Danica, cujus gentis oriundus erat, in magnum specimen bonitatis evasit. Parentes ejus tempore regis Elfredi Angliam infestaverant, ipse ceteris vel abeuntibus vel extinctis Eduardo aliquandiu militans, nec multo post comam tonsus, clericatum professus fuerat; meritisque crescentibus, Wiltunensi ecclesiæ prælatus, regem Ethelstanum in sui amicitiam exciverat. Unde factum est ut, rege contra Analavum profecto, episcopus lateri adesset, qui accensor in prosperis, corrector in fortuitis, esset. Quare illa lugubri nocte qua, cum,[2] ut in secundo libro Regalium Gestorum[3] dixi, ipsa securitate incautior, ab hostibus pene præventus, ensem etiam amisisset, inclamatus Odo affuit. Cumque omnia ceci tumultus essent plena, primus ille, porrectis in celum precibus, intuitus vidit [f. 7, a.] gladium, cæleste scilicet munus, vaginæ regiæ illapsum divinitus. Qui casus statim eo clamante Ethelstano relatus tantum momenti habuit, ut et tunc Odonem vitæ suæ patronum non dubitaret dicere, et post Wlfelmo defuncto in primatem Cantiæ sullimare. Ille qui nondum amicisset monachum constantius reniti, ne morem majorum ambitione sua turbare videretur. Nullum enim ad id tempus, nisi monachili scemate indutum, archiepiscopum fuisse. Sed cum regiæ voluntati episcoporum omnium assensus accederet, tandem vir reverentissimus, propositi sui rigore edomito, in communem

Archbishops of Canterbury.

His character and history.

Battle of Brunanburh. [A.D. 937.]

Ethelstan loses his sword.

Odo recovers it by prayer.

The king in gratitude makes him archbishop.

Odo not yet a monk.

The archbishop hitherto always a monk.

---

[1] *occurret*] A. D. E.; occurreret, B.; occurrerit, C.

[2] *cum*] Inserted over line, A.; omitted, B. C. D. E.

[3] *Regalium Gestorum*] D; inserted over line, A.; and on margin, E.; omitted, B. C. Reference is made to the *Gesta Regum*, lib. ii. § 131, ad fin.

Archbishops of Canterbury.

Odo goes to Fleury, and becomes a monk.

perrexit sententiam, recogitans illud proverbium: Vox populi vox Dei. Itaque, transito mari, apud Floriacum monachilia accepit; frugi homo et prudens, ut nec favorem civium rideret, nec priscam consuetudinem decoloraret. Ita toto quo Ethelstanus vixit ævo incorrupta regis et pontificis familiaritas viguit; dum mutuis offitiis iste excerceret in Dei rebus eloquium, ille, si necesse esset, vibraret gladium.

The intimacy of the king and the archbishop.

After the death of the king, the archbishop the friend of Edmund and Edred.

§ 15. Sed postquam emula florentem fata tulere juvenem, Odo, ætate maturus et canos sanctitate nobilitans, non imparis amicitiæ apud Edmundum et Edredum gratiam tenuit, quod nichil illi moribus prætenderent, in quod rigor episcopalis intentari deberet. Quinimmo cum illis in Northanimbros profectus est, non ut prælia faceret, sed ut sanctorum sacra corpora,[1] quorum illa humus olim ferax fuerat, efferret.[2] Unde factum est, ut præcellentissimi patris Wilfridi dirutam per Danos apud Inripum[3] ecclesiam dolenter conspicatus, ruinis super mausoleum eruderatis, reliquias Cantuariam reverenter transferret. Et ut clarissimum patriæ jubar produceret in speculam, heroico metro vitam illius texi præcepit. Executus est id munus Fridegodus[4] quidam, versibus non ita improbandis, nisi quod latinitatem perosus[5] grecitatem amat, grecula verba frequentat, ut merito dictis ejus aptetur illud Plautinum: 'Hæc quidem præter 'Sibillam leget nemo.'[6]

Goes with them to the Northanimbri to disinter the ashes of the saints.

Removes the remains of S. Wilfred from the ruined church of Ripon to Canterbury.

Causes the life of that saint to be written in heroic verse by Fridegodus.

---

[1] *sacra corpora*] D.; sacros cineres orig. in A., sacra corpora being written over line; sacros cineres, B. C. E.

[2] *efferret*] olim efferret, originally A., by slip of the pen, but the former word crossed through at the time of writing it.

[3] *Inripum*] A. B. D.; inripum, E with Ripensem written above it; apud ripum, C.

[4] *Fridegodus*] Fridegodus, a monk of Canterbury, wrote, between the years 940 and 960, a metrical life of Wilfred, bishop of Ripon and archbishop of York. It is printed in the Acta SS. (v. 679). Mr. Hardy (Cat. i. 399), says it is a versification of a prose Life by Heddius Stephanus, a monk of Ripon.

[5] *latinitatem perosus*] Inserted over line, A., at time of writing.

[6] *leget nemo*].

'Has quidem pol credo, nisi Sibylla 'legerit,
'Interpretari alium potesse nemi- 'nem.'

Pseudolus, act. i. sc. i. l. 23.

Ipse quoque Odo[1] non mediocre litterarum dedit inditium in epistola,[2] quam post sinodale tempore regis Edmundi concilium ad suffraganeos dedit, cujus hæc forma est:

Archbishops of Canterbury.

Critical ability of Odo.

§ 16. 'Mirabili cunctipotentis polorum præsulis clementia opitulante, ego Odo, ecclesiæ Salvatoris Domini nostri Jhesu Christi archiepiscopus, Dorvennensis civitatis metropolitanus, coepiscopis fidei catholicæ compagatoribus, spiritali caritatis[3] rigore meis confratribus, præsentium prosperitatem æthereique decoris beatitudinem. Si aliquo modo fieri posset ut totius mundi opes ante nostros ponerentur obtutus, ita ut imperiali munere nobis universaliter deservirent, libenter illa omnia distribuerem, meque ipsum insuper pro vestrarum animarum salute impenderem, quippe quoniam meipsum a vestræ sanctitatis studio cupio et spero corrob[or]ari[4] super eo in quo Dominus Deus nos operarios constituit.' Et post multa quibus onus pontificatus exponit, subdidit: 'Ideo humiliter, quasi indignus sed devotus, precor et hortor sanctitatem vestram ne tepide et negligenter in regimine animarum conversemini, ut non in tempore tremendæ vindictæ conqueratur Dominus de vobis, dicens: "Pastores[5] non "pascebant gregem meum sed semetipsos;" et iterum: "Principes[6] extiterunt, et ego ignoravi;" sed potius curemus familiæ Domini super quam nos constituit rectores, cibum dare, in tempore suo mensuram tritici, probatam scilicet doctrinam. Et quamvis[7] meritorum qualitate non præsumam consolari et hortari

Synodal epistle addressed to the bishops of his diocese. [A.D. 943.]

[f. 7, b.]

---

[1] *Odo*] D.; inserted over line, A., and on margin of E.; omitted, B. C.

[2] *in epistola*] Inserted over line, A., at time of writing.

[3] *caritatis*] D.; orig. comitatus, A., but corrected into caritatis, apparently at the time of writing; caritatis, B. C.; caritatis comitatus, E.

[4] *et spero corroborari*] et spero et spero me corrobari, A., but the third, fourth, fifth, and sixth words crossed through at the time of writing.

[5] *Pastores*] Ezekiel, xxxiv. 8.

[6] *Principes*] Hosea, viii. 4.

[7] *quamvis*] quamvis non præsumam, but the two last words crossed through, A.

Archbishops of Canterbury.

'quemquam, quippe qui solus indignus et innumerabilium culparum reus, gaudeo et indigeo fraternis ammonitionibus fideliter corroborari; tamen propter antiquam auctoritatem prædecessorum meorum, beatæ scilicet memoriæ Augustini, et aliorum sanctorum, quorum studiis regula christianitatis primum ab hac archiepiscopali sede cunctis finibus Anglorum innotuit; iccirco istos divinos apices ad utilitatem omnium vestrum caraxare decrevi, quatinus rex augustissimus egregio vocabulo Edmundus, cum omni populo suo, imitari gaudeat, quod in nobis et ex nobis audiat, omnesque gentes quæ undique regali imperio ipsius subjectæ sunt, titulos liquidæ nostræ conversationis ovanter sequi ament et delectent.'

Edwy, son of Edmund, succeeds his uncle Edred. [A.D. 955].

§ 17. At vero Eduuius, filius Edmundi, et regni post Edredum patruum successor,[1] precipitis temeritatis et corporei luxus infamis, pontificis animos irritavit, ut et ipsum a christianitate suspenderet, et ganeæ pelicatum, primo expulsione, post succisura poplitis, interrumperet.

His persecution of the monks.

Odo and abbot Dunstan withstand him.

Retulit ille vicem, in monachos totius Britanniæ furibunde bachatus, dum nemo præter Odonem et Dunstanum tunc abbatem[2] vel verbo resistere auderet, quia, ut Seneca ait: 'Gallus[3] in sterquilinio suo plurimum valet.' [f. 8, a.] Interea præsul mentem in Deum dirigere, miracula non egene facere; multa sedis suæ appenditia predia, quæ Danica excursione ablata erant, ad jus legitimum trahere; in tantum, ut constet neminem ullius ætatis archiepiscopum parem Odoni in talibus fuisse.

Odo performs miracles, and restores to the see lands taken from it.

Osbern's testimony to his great abilities.

Quantulum autem est testimonium quod ei perhibet Osbernus,[4] qui eum dicit pro sanctitate et

---

[1] *filius . . . . successor*] D.; inserted over line, A., and partly over line, partly on the margin of E.; omitted, B. C.

[2] *tunc abbatem*] D.; inserted over line, A., and on the margin of E.; omitted, B. C.

[3] *Gallus*] 'Gallum in sterquilinio suo plurimum posse.'—Apocolokyntosis, vii.

[4] *Osbernus*] A Life of Odo, by Osbern, præcentor of Christ Church, Canterbury, was in the Cotton MS. Otho A. xii., but was destroyed in the fire of 1731.

industria sua ab omni Anglorum orbe semper deflendum, nisi Dunstanus successisset. Nescio qua incuria ecclesiam archiepiscopatus tecto vacantem ita orationibus operuit, ita ut toto quo tectura parabatur tempore, nisi quod dicam incredibile videatur nec pluviæ stillicidium loci madefecerit ambitum. Et hoc eo celebrius habetur, quod plurima vis imbrium, frequens tempestas turbinum, totum illis diebus concussit mundum. Plerosque de veritate Dominici corporis dubitantes ita roboravit, ut panem altaris versum in carnem, vinum calicis in sanguinem, propalam ostenderet, et denuo in genuinam spetiem retorta, usui humano conducibilia faceret. Beatissimum Dunstanum, electum Wigorniæ antistitem, dum Cantuariæ benediceret, ita totius consecrationis egit ordinem, ut non Wicciorum pontificem sed Cantuariæ benedicere videretur archipresulem. Clericis modeste mussitantibus,[1] vaticinium protulit, scire se quid faceret, quod se defuncto Dunstanus primatis ecclesiæ rector foret. Quapropter quod ministerio suo nutus divinus actitasset, calumnia, si recte judicarent, carere deberet. Nec vero præsagio matura fides defuit, licet Elsinus Wintoniensis episcopus illud interpolare temptasset. Namque cum Odo jamdudum expectantes superos[2] sua præsentia lætificasset, ille paratis advocatis, quorum manus palpaverat, subreptoque regis Edgari[3] edicto, Cantiam intrusus est. Primoque exceptionis die non abstinuit quin furias mente confotas evomeret, tumulum beati viri pede pulsans, animam voce lacessens : 'Tandem,' ait, 'pessime 'senex, vivacem animam effudisti, sero meliori locum 'fatiens abisti. Itaque quod diu cupiveram, te invito 'teneo, inde tibi malas gratias ago et habeo.' Sed illo exacto die, cum rabiei efflator cubili se dedisset, vidit

Archbishops of Canterbury.

Efficacy of his prayers.

He blesses Dunstan, bishop elect of Worcester, and consecrates him as if he were archbishop of Canterbury.

The clergy object.

Elsinus stamps on the grave of the archbishop, and reviles him.

At night he sees the phantom of the archbishop.

---

[1] *mussitantibus*] Originally spelt with one *s* in A., but a second *s* interlined ; musitantibus, B. C. D. E.

[2] *superos*] A. D. E.; suos, B. C.

[3] *Edgari*] D. ; interlined, A. E. ; omitted, B. C.

Archbishops of Canterbury.

He goes to Rome to be invested as archbishop;

beati viri effigiem astantem, et improperare convitium et velox minari exitium. Ille qui volatico fantasmate se derideri putaret,[1] nichilominus[2] ad recipiendum pallium Romam per Alpes contendebat. Ibi nivali[3] frigore gelatus, nichil aliud remedii[4] comminisci potuit, quam ut exinteratorum equorum adhuc spirantibus extis immergeret pedes, quibus sancti sepulcrum violaverat. Sed nec sic algore tepente, in mortem anima fugiente diriguit.[5] [f. 8, b.]

but perishes with cold among the Alps.

Dunstan succeeds [A.D. 960].

§ 18. Elfsio[6] ergo defuncto, Dunstanus[7] jamdudum archipontifex divino præsignatus oraculo, regis Edgari ambitur precibus, ut sedem primariam dignaretur[8] sanctitatis suæ industria. Sed ipse,[9] non semel surdis auribus rogantem differens, tandem concordi omnium episcoporum assensu pressus, manus dedit. Fuerat ille Athelmi archiepiscopi ex fratre nepos, prius abbas Glastoniæ, post Wicciorum et Lundoniensium episcopus, ultimo Cantuariæ archiepiscopus, promotionis suæ gradus indefessis comebat virtutibus. Afflaverat profecto cor regis divinitatis spiritus, ut ejus consilium suspiceret[10] in omnibus, incunctanter fatiens quæcunque pontifex jubenda putaret. Ille quoque quicquid famæ et saluti regis concinum esse intelligeret, non omittere, differentem acrius urgere, ipsius prius mores subditorum speculum effigians, cum excessisset, absque per-

King Edgar unwillingly assents to his appointment.

Abbot of Glastonbury, afterwards bishop of Worcester and of London, then archbishop of Canterbury.

He gives the king the best possible counsel in all matters.

---

[1] *putaret*] D.; originally cerneret, A. and E., but corrected over line in both MSS. into putaret; crederet, B.; cerneret, C.

[2] *nichilominus*] At first ille nichilominus in A. by mistake, but crossed through at the time of writing.

[3] *nivali*] A. D. E.; in nivali, B. C.

[4] *remedii*] D. E.; interlined, A.; omitted, B. C.

[5] *Sed nec sic . . . . diriguit*] A. D. E.; omitted, B.; et illic animam efflaret, C.

[6] *Elfsio*] A. B.; Elfsyo, C.; Elfsino, D.; Alfsino, E.

[7] *Dunstanus*] B. C. D. E.; interlined, A.

[8] *dignaretur*] A. D. E.; dignaretur suscipere, B.; dignaretur recipere, C.

[9] *ipse*] B. C. D. E.; at first ille, A., but corrected into ipse at time of writing.

[10] *suspiceret*] A.; conspiceret, B. C.; susciperet, D. E.

sonæ respectu ferotius ulciscens. Exemplum dicti in Gestis regis[1] apposui,[2] quod eum septenni multasset penitentia pro illicita in eam quæ vel umbratice sanctimonialis fuisset concupiscentia. Ita proceres ad specimen et normam regis compositi, parum vel nichil contra jus et æquum auderent,[3] qui dominum suum tam obnoxium Dunstano intelligerent. Jam vero non dubites quantum temperarit a noxio vulgus promiscuum, vel mercari volens dominorum gratiam, vel vitare volens austeram legum sententiam. Huc accedebat militaris disciplina probe custodita, furum rapacitas, argentariorum falsitas, capitali dampno cohercita; nichil prorsus omissum quod internum offenderet arbitrum. Ordo monasticus emulam professionis suæ vitam per omnia loca non negligebat; propterea quod haberent rectores, vita religiosos, scientia claros, quos nec desidia tardos, nec audatia[4] precipites, faceret. Tales enim librato diu multumque examine perpensaque et certanti animorum perspicatia, cum[5] rex tum archiepiscopus promoverant ubicunque locorum. Itaque clerici multarum ecclesiarum data optione ut aut amictum mutarent aut locis valedicerent, cessere; melioribus [f. 9, a.] habitacula vacuefatientes. Surgebant ergo in tota insula religiosorum monasteria, cumulabantur mole pretiosi metalli sanctorum altaria, nec degenerabant a decore edium mores edificantium. Ita hominibus omnis ordinis ferventibus in Dei obsequio, terra quoque ipsa videbatur gaudere otio. Agri proventu uberi respondebant cultoribus, omnium bonorum copia plenis effluebat cornibus, nec

Archbishops of Canterbury.

The nobles act according to the example of the king.

Crime repressed.

The monastic orders encouraged.

The secular clergy forced to assume the monastic garb or to resign their places.

Multiplication of monasteries, and increased splendour of shrines and sacred edifices.

State of plenty and pious happiness.

---

[1] *regis*] D.; orig. suæ, A., but crossed through, and regis interlined; suæ, with regis written above, E.; suæ, B. C. Reference is made to the *Gesta Regum*, lib. ii. § 158.

[2] *apposui*] B. C. D.; at first exposui, A., but *ex-* crossed through and *ap-* interlined; exposui, with *ab-* written above the *ex-*, E.

[3] *auderent*] A. D. E.; auderet, B.; audere, C.

[4] *nec audatia*] At first quos nec audatia, in A., but quos crossed through.

[5] *cum*] A. E.; tum, B. C. D.

Archbishops of Canterbury.

Even the atmosphere rejoices.

facile umquam tempore Dunstani spem provintialium messis egra decepit. Elementa lætis renidebant vultibus, nullæ nebulæ, nubila nulla pigro contrahebant cælo contagia. Transmarinorum hostium metus procul, quieta et tranquilla omnia. In urbibus nec in pauperes præjuditium, nec inter viventes discidium, nec propter morientes justitium. Horum bonorum radix per Dei gratiam spectabat ad Dunstanum, de Dunstano prodiit in Edgarum, de Edgaro pullulavit in populum. Felitia tunc fuere tempora, habentia presulem qui nichil infra dictum faceret, regem qui sedulus edictis præsulis intenderet.

General prevalence of security and contentment.

Such results more glorious than those produced by miracles; although the latter not wanting.

§ 19. Hæc immortalem viro pepererunt et servaverunt gloriam multo magis quam miracula, quamvis Deo amministrante nec eorum mendicus fuerit. Quorum hic vel breviter indicula ponere, illa efflagitat ratio, ut si quis gestorum ejus expers, ista fortassis attigerit, norit quantum sanctus iste hujus[1] adhuc peregrinationis incola, mente superna prælibaverit gaudia. Denique sanctitatis ejus futuræ præsagus[2] idem qui auctor Deus, jocundo prodigio nativitatem ejus præcurrit.[3] Siquidem cum mater ejus fertilis in alvum, maturoque jam in partum fætu, in Purificatione Sanctæ Mariæ, frequenti civium collegio, templo assisteret, omnium repente luminaria seu casus seu Dei nutus extinxit. Omnibus stupefactis, matronæ cereus lucem accepit cælitus, communicatoque cæteris igne, timorem dispulit, securitatem induxit. Puer litteris datus, cum omnis institutionis libros potenter addisceret, tum libentius et carius illa exosculabatur quæ moribus

A prodigy foreran Dunstan's birth.

His education.

---

[1] *hujus*] At first in hujus, but *in* crossed through apparently at the time of writing, A.

[2] *præsagus*] B. C. D. E.; interlined in A.

[3] *præcurrit*] Opposite this story is written, in a fine hand of the early part of the thirteenth century, the word or sign *nota*. There are a few similar notes throughout MS. A., in the same hand, the writer of them being a monk of Malmesbury, as is proved by internal evidence. See Preface.

Archbishops of Canterbury.

Miracles performed by him.

informatis mentem ad superna dirigerent. Ejus ætatulæ pusio diabolum noctu occursantem, rabidorumque canum agmine stipatum virga abegit; obseratam ecclesiam obviis angelorum auxiliis ad terram leniter[1] [f. 9, b.] depositus intravit. Ævi processu, cithara ejus paxillo appensa, vocale melos sine hominis digito[2] intonuit: 'Gaudent in cælis animæ sanctorum,' et sequentia. Quo audito, ad tribulationum patientiam se ammoneri, et tunc intellexit, et non multo post expertus, exhorruit. Juvenis olim defuncti offitio concepit oraculum, quantum profectum sumpturus esset in Deo et in sæculo. Et ne se derideri fantasmatis inanis arbitraretur nebula, signum accepit, monstrato loco, quo post triduum esset sepeliendus presbyter, qui necdum erat invalidus nec eger. Regem effrenis equi cursu delatum ad præcipitium, nomine suo a pereunte inclamato, absens liberavit, animalis cursu cohibito, in ipso præruptarum fautium hiatu. Trabalem molem incuria artificum deorsum vergentem, signaculo crucis eminus porrecto, loco restituit suo. Jam pontifex et Britanniæ primas, ad divinum ministerium egens aqua, ex nativo silicis sinu laticem produxit, qui perhennes rivos deducit ad hanc diem. Diaboli quascunque insidias prævidebat perspicaciter, et eludebat potenter. Femineas quondam sordes insusurrantem, ignitis forcipibus adurens, eundemque sibi in oratione infestum, simulacroque vel vulpis vel ursi indutum, baculo abigens, effusos pro exilii sui lætitia cachinnos ingeminantem, minis arguens, minas effectui mancipavit; dum ab exilio regressus, ingentem diabolo jacturam de lucrandis Deo animabus faceret. Edmundi regis proxime futurum et Eduii præteritum obitum, demonum edoctus lætitia, illius corpus Glastoniæ sepelivit, istius animam inimicorum violentiæ eripuit. Quid illud?

---

[1] *leniter*] A. D. E.; leuiter B. C.

[2] *digito*] Written upon an erasure, A.

Archbishops of Canterbury.

A vision of the Holy Ghost.

Nonne magnæ reverentiæ metu dicendum, quod corporalibus oculis Sanctum intuitus Spiritum, columbina spetie, agonizanti feminæ et sibi missas fatienti vidit adesse, indeque super memoriam beatissimi Odonis, plausibili volatu sedisse? Quapropter cunctis in posterum occasionibus acceptis, Odonem bonum vocaverit, usitato et quasi proprio nomine Ode se gode. Tum præterea quam familiariter illi, Deus bone, superni apparebant spiritus; quam conserte cum eo fabulabantur, cujus adhuc patriam suspirantis tedium sanctis hortatibus animantes. Edgari regis ortum et felicitatem futuram simphonia angelica, Edredi decessum ferotiori nubium impulsu cognovit. Horrisonum enim strepitum probavit mors animalis cui insederat, non morata. Discipuli felicem ad cælos excessum absens vidit et pronuntiavit. Prophetia perspicuus, nec ullius umquam falsitatis repulsam passus, Eielredo regi futuram erumnam, virgini Edithæ et Atheluuoldo[1] antistiti mortem prædixit[2] conterminam, eidemque Athelwoldo[3] sanctum Elfegum substituit, ammonitorem nactus apostolum[4] Andream. Ejus enim præcipue fruebatur solatio, vel vitare adversa vel moderari secunda. Sed excellit omnia, præmit universa, quod dominam Domini matrem præsenti miraculo et vigilanti oculo conspicatus est, socias[5] pudoris, inter quas et suam[6] matrem, ad Christi laudem invitare, illudque Sedulianum modulato canore concinere et repetere: [f. 10, a.]

---

[1] *Edithæ . . Atheluuoldo*] In writing these two names Malmesbury employs the Saxon þ; thus, ediþe, aþeluuoldo.

[2] *mortem prædixit*] D. E.; prædixit interlined in A., apparently at the time of writing; commortem condixit, B. C.

[3] *Athelwoldo*] Inserted over line, A.; omitted B. C. E.; Aphelwoldo, D. In like manner the names Edithæ and Atheluuoldo, immediately preceding, are written in D. ediphe and apheluuoldo, the scribe being, as would seem, ignorant of the power of the þ.

[4] *apostolum*] A. D. E.; sanctum, B. C.

[5] *socias*] sotias, A.

[6] *suam*] D.; orig. ejusdem pontificis, A., but crossed through and suam interlined; ejusdem pontificis, B. C. E.

'Cantemus[1] Domino, sociæ,[2] cantemus honorem:
'Dulcis amor Christi personet ore pio.'

Archbishops of Canterbury.

Mirum est prorsus, mirum omnino quod dicitur, nec tamen a stabilitate veritatis alienum, ut quod magno Dei munere sanctis in futura vita concedendum, nunc eos spe beata sollicitat molliter, palpat feliciter, ipse lutea compage circumdatus, oculis caperet, auribus hauriret. Et credo equidem, nec vana fides, quod etiam angelorum cantum audierit, kirrieleison[3] psallentium, quod nunc libenter[4] ecclesiæ discunt et docent Anglorum. His gloriosus triumphis, victoriosus adoreis, vicesimo septimo[5] patriarchatus sui anno exacto,[6] translatus est ad superos, ingenti sua gloria, patriæ immani[7] erumna. Siquidem statim læta elementorum faties emarcuit, pax per ejus sapientiam procurata superventu Danorum evanuit,[8] quanvis ille maximis signis filiorum calamitates levigaret. Quorum illud scriptum non vidi, quod nuper quodam ecclesiæ Christi monacho[9] referente audivi. Furem dampnatum præcipitio, sancti Dunstani auxilium inclamasse; ligatisque oculis, a carnificibus retroactum, desiluisse in preruptum, nec lesum. Ibi beatum Dunstanum, corporaliter cum eo locutum, nexus oculorum solvisse. Quo solatio miserum animatum, per confragosas semitas in superiora evasisse; manus cujusdam quam non videret nisu, pendula pergentis terga, ne retro laberetur,

Death of Dunstan in the 27th year of his archbishopric. [A.D. 988.]

Story of a condemned thief saved by Dunstan.

---

[1] *Cantemus*] Cælii Sedulii Elegia, lin. 1.

[2] *sociæ*] sotiæ, A.

[3] *kirrieleison*] A.; kirieleison, D. E.; kyrrieleyson, B.; kyri eleyson, C.

[4] *libenter*] A. D. E.; omitted, B. C.

[5] *vicesimo septimo*] D. E.; originally tricesimo tertio, but *tri-* altered into *vi-*, tertio crossed through, and septimo interlined, A.; vicesimo nono, C.; tricesimo tercio, B. Dunstan died March 19, 988.

[6] *exacto*] D.; interlined, A.; omitted, B. C.

[7] *patriæ immani*] D.; immani patriæ, A.; immani patriæ, B.C.E.

[8] *pax . . . . evanuit*] A. D. E.; omitted, B. C., evidently by carelessness of the copyist.

[9] *monacho*] A. D. E.; omitted, B. C.

Archbishops of Canterbury.

sustentante. Sed quia de temporum turbine in nostris, de sancti miraculis in aliorum legitur litteris, successionem episcoporum repetam. [f. 10, b.]

Ethelgar succeeds Dunstan,

§ 20. Dunstano successit anno uno[1] Ethelgarus, qui primus in Novo monasterio abbas a beato Athelwoldo Wintoniæ factus, post etiam presulatum Australium Saxonum acceperat, cujus sedes tunc erat apud Selesium nunc est Cicestræ. Hoc de medio facto, sedit annis .xi.[2] Wiltunensium prius[3] episcopus Elfricus,[4] qui et ante abbas Abbendoniensis fuerat.[5] De quo quod quidam dicunt[6] eum in archiepiscopatu Cantuarensi monachos proturbatis clericis posuisse, verisimile non videtur. Constat enim monachos in ecclesia Sancti Salvatoris fuisse a tempore Laurentii archiepiscopi, qui primus beatissimo Augustino successit, sicut ex epistola Bonefatii papæ ad regem Ethelbertum quæ inferius ponetur constabit.[7] Post eum Siritius, et ipse Wiltunensium presul annis .v.,[8] cujus consilio in Gestis Regum dixi[9]

and is succeeded by Ælfric, bishop of Wilton, incorrectly stated to have first placed monks at Canterbury.

Siric, bishop of Winchester, succeeds Ælfric.

---

[1] *anno uno*] E.; interlined, A.; omitted, B. C.; anno primo, D.

[2] *annis .xi.*] D. E.; inserted on margin of A.; omitted, B. C.

[3] *prius*] D.; originally ante, but crossed through and prius interlined, A. E.; ante, B. C.

[4] *episcopus Elfricus*] Malmesbury is mistaken here in making Ælfric the immediate successor of Æthelgar, as Siric, or more properly Sigeric, (bishop of Wilton, *alias* Ramsbury), was his successor, being consecrated archbishop in 990. He died after five years, as stated by Malmesbury, in 995, and Ælfric, likewise bishop of Wilton, was chosen to succeed him on Easter day (Apr. 21) of that year. The Saxon Chronicle is the authority for these dates.

[5] *et ante abbas Abbendoniensis fuerat*] D., and so in A., the words being written over an erasure where the words 'clericis a Cantuaria proturbatis monachos induxit,' had originally stood; clericis a Cantuaria proturbatis monachos induxit, B. C., and so in E., but with the words 'et ante abbas Abbandoniensis fuerat' written above them.

[6] *quidam dicunt*] So stated in the Saxon Chronicle, *ad ann.* 995.

[7] *De quo quod . . . . constabit.*] D.; inserted on the lower margin of A.; omitted, B. C. E.

[8] *annis .v.*] D. E.; inserted over line, A.; omitted, B. C.

[9] *in Gestis Regum dixi*] C. D.; at first supradixi, but supra crossed through, and in Gestis Regum interlined, A. and E.; supradixi, B. Reference is made to the *Gesta Regum*, lib. ii. § 165, where Malmesbury assigns him his correct place in the list of archbishops: 'Siricio 'archiepiscopo, post Dunstanum 'secundo.'

Egelredum regem animi libertatem Danis pretio venditasse, ut eorum pacem argento redimeret, quos ferro propellere posset nisi corde careret. Unde importabilis tributi pensio imposita Angliæ, fortunas provintialium ad solum usque deduxit. Quod cum successor ejus Elphegus ex episcopo Wintoniensi archiepiscopus annis .vi. et mensibus .vii.[1] facere contempneret, ne mollitiem otii sui miserorum dispendio mercaretur, tentus et in compedes conjectus, postremoque ab ipsis Danis lapidatus, animam cælo dedit. Cujus vitam scripsit Osbernus,[2] plenam virtutibus et miraculis, illo præcipue, quod Romæ positus, obitum Kenulfi qui ei in Wintonia successerat, perspicua veritate suis nuntiavit. Preterea die gloriæ suæ illucescente, jamjamque morte furorem hostium satiaturus, vidit Dunstanum transitoriam prænuntiantem penam et futuram promittentem gloriam. Nam quod corpus ejus, etiam recentis cruoris preferens vestigia, labem putredinis ad hunc diem ignoraverit, et alias[3] dixi, et populariter tritum non eget inculcari.

Archbishops of Canterbury.

Advises king Ethelred to pay tribute to the Danes.

Ælfheah, bishop of Winchester, succeeds him. [A.D. 1006.]

Endeavours to shake off the Danish yoke.

Is stoned to death by the Danes.

Foretold the death of Kenulf, his successor, at Winchester.

His body shows marks of fresh blood, and remains unputrefied.

[f. 11, a.] § 21. Successit martiri Elfego Livingus, qui et Ethelstanus, annis .vii.,[4] ex episcopo Wellensi suffragio regis Egelredi in archiepiscopum provectus. Spirabat adhuc vitam rex ille, veram prophetiam beatissimi Dunstani, quam superius diximus, calamitatibus suis nimium expertus. Vir qui coram videret provintias suas subverti, seipsum postremo exulem agi, nec ullum

Lyfing, or Ethelstan, bishop of Wells, succeeds Ælfheah. [A.D. 1013.]

King Ethelred sees Dunstan's prophecies of his misery fulfilled.

---

[1] *annis .vi. et mensibus .vii.*] E., and inserted on margin of A.; annis vi., D; omitted, B. C.

[2] *Osbernus*] The life of Ælfeah or Ælfheah, by Osbern of Canterbury, is printed in the Anglia Sacra, ii. 122–142. It was written at the request of Abp. Lanfranc, about the year 1080. See Mr. Hardy's Catalogue, i. 620.

[3] *alias*] D.; superius, originally in A., but crossed through and *alias* interlined; superius with *alias* written above, E.; superius, B.; Sed quia de temporum turbine in nostris, de sancti miraculis in aliorum legitur litteris, successione episcoporum repetam, C. Reference is made to the *Gesta Regum*, lib. ii. § 165.

[4] *annis vii.*] D. E.; interlined, A.; omitted, B. C.

Archbishops of Canterbury.

He suffers the archbishop to be imprisoned.

meditaretur[1] remedium. Id quidam inæqualitati corporis, quidam segnitiei animi deputant. Verumtamen utcumque dicta mea ferant posteri, absolute pronuntio magnum insigne fuisse miseriæ, quod primati patriæ .vii. mensibus incarcerato,[2] nullam opem rex attulerit nec se ad vindictam excitaverit, seu præsulis majestate, seu calamitatis indignitate permotus. Quare de Egelredo possum antiquum illud proverbium dicere, quod 'e conspicuo probitatis fulmine natæ fuissent 'inertes tenebræ.' Quid enim unquam Edgaro patri in probitate, quid huic filio in socordia comparabile habuit Anglia? Implevit ergo locum defuncti Elphegi[3] Livingus, ut dixi; et post eum Egelnodus, .xviii^to^. annis,[4] de quo in gestis Cnutonis[5] aliqua commemoravi. Huic Edsius[6] successit,[7] annis .xi.,[8] qui post mortem Hardacnuti regem Eduardum provexit in regnum; assistens auctoritate et benedictione sua conatibus Godwini comitis, et Danorum contra nitentium votis irritis. Nec multo post incurabilem morbum nactus, vivens et volens potestati decessit, cum prius secretiori consilio apud regem et comitem egisset, ut ei Siuuardus abbas Abendoniensis succederet. Sed cum ille in ipsum qui honorem contulerat ingratus, etiam necessario victu infirmum fraudaret, jam designatus successor eliminatus est; datusque ei episcopatus Rofensis, quo leviaret verecundiam, quo detrimentum consolaretur.

Egelnoth succeeds Lyfing. [A.D. 1020.]

Edsius succeeds Egelnoth. [A.D. 1038.]

He resigns his see.

Proposes Siward, abbot of Abingdon, as his successor.

But on account of his misconduct he is only made bishop of Rochester.

§ 22. Tunc rex Rotbertum, quem ex monacho Gemmeticensi Lundoniæ fecerat episcopum, archiepiscopum

---

[1] *meditaretur*] D.; originally comminisceretur, A., but crossed through, and *meditaretur* written above; comminisceretur, B. C. E.

[2] *incarcerato*] B. C. D. E.; originally carcerato, A., the *in-* being added above the line.

[3] *Elphegi*] E. in A., with Elphegi written above it, as a guide to the copyist.

[4] *.xviii^to^. annis*] D. E.; inserted over line, A.; omitted, B. C.

[5] *in gestis Cnutonis*] Viz., in the *Gesta Regum*, lib. ii. § 184.

[6] *Edsius*] A. D. E.; Elsius, B.; Elsyus, C.

[7] *successit*] D.; added over line, A.; omitted, B. E.

[8] *annis .xi.*] A. D. E.; omitted, B. C.

creavit, annis .ii.,[1] amplissimo premio, bona sibi quondam in Normannia exulanti, ab ipso impertita recompensans. Is ergo et amore antiquo et recenti honore, primas partes in consiliis regalibus vendicabat. Quos vellet deponeret, quos liberet sullimaret. Angli nota loquor, et alias dicta repeto. Angli ergo Normanno invidere, et regis benivolentiam extenuare. Ille contra pertinatius insistere, donec præcipuos optimates,[2] God-
[f. 11, b.] uinum dico et filios ejus, proditionis apud regem accusatos, Anglia expelleret. Expulsionis aliæ quoque fuere causæ et alii auctores, sicut alias[3] non tacuimus; sed ille clarius classicum cecinit, instantius accusavit. Et tunc quidem animi sententiæ blanditus est effectus rei; sed posteriori anno, causa in suffragium popularium deducta, exules restituti. Quorum reconciliationem cum sibi nocituram archiepiscopus non dubitaret, juditii deliberationem preveniens, Romam ivit.[4] Unde cum epistolis innocentiæ et restitutionis suæ allegatricibus rediens, finem vitæ apud Gimegium invenit.

Archbishops of Canterbury.

The king makes Robert of Jumiéges, bishop of London, archbishop. [A.D. 1050.]

His influence.

He succeeds in procuring the banishment of Godwin and his sons,

who next year return;

upon which the archbishop goes to Rome,

and dies at Jumiéges on his way back.

§ 23. Tunc Stigandus quidam, qui quondam dimisso Anglorum Orientalium episcopatu, sullimiorem gradum meditatus, Wintoniensem invaserat, rapuit occasionem desideratam ut innocentis regis simplicitatem circumveniens, archiepiscopatum .xvii. annis[5] tantis honoribus adjungeret. Alias sane nec imprudens nec inefficax. Ceterum adversus ambitum nichil dignitati suæ consulens, quæcunque posset aliis preripere, sibi abscondere, numquam avaritiam suam moderari. Sacros honores[6] ecclesiarum, hos sibi pecunia comparans, istos aliis lingua venditans, prorsus publicas nundinas ex episcopatibus et abbatiis fatiens, et ibi cupiendi modestiam

Stigand, bishop of Winchester, seizes the archbishopric. [A.D. 1052.]

His ambitious character,

and rapacity.

---

[1] *annis .ii.*] D. E.; inserted over line, A.; omitted, B. C.

[2] *optimates*] D.; added over line, A. and E.; omitted, B. C.

[3] *alias*] *Gesta Regum*, lib. ii. § 199.

[4] *Romam ivit*] According to the Saxon Chronicle he was outlawed.

[5] *.xvii. annis*] D. E.; added over line, A.; omitted, B. C.

[6] *honores*] A. D. E.; honores, with *vel ordines* written above, B.; ordines, C.

Archbishops of Canterbury.

admittens, ubi quod cuperet deesset. Nonne illud beluinæ rapacitatis[1] dices, quod Wintoniæ episcopatum et Cantuariæ archiepiscopatum, præterea multas abbatias solus ipse possidebat, quæ singula satis superque sufficerent alicui probo viro? Sed ego conitio illum non juditio sed errore peccasse, quod homo illiteratus, sicut plerique[2] et pene omnes tunc temporis Angliæ episcopi, nesciret quantum delinqueret, rem ecclesiasticorum negotiorum sicut publicorum actitari existimans. Quare numquam pallium a Roma meruit, quanvis et ibi venalitas multum operetur, nisi quod quidam Benedictus apostolicæ sedis pervasor ipsi misit, gratulatus quod eum quem alii archiepiscopi ducebant ludibrio ipse papam appellasset. Sed illo post non multum dejecto, omnia ejus facta evacuata, decretumque concilio salubri non eum potuisse dare legitime pallium qui juste non habuisset papatum. Non resipuit super his Stigandus, sed perstitit, parum cogitans de animarum salute tantum forensi frueretur honore. Interea Willelmus comes Normanniæ[3] Angliam veniens, armis provintiam perdomuit, cum et Dei permissio suffragaretur, et nonnullæ causæ suppeterent quas non infirmas ipse arbitraretur. Qui cum et belli Hastingensis victoria, et castelli [f. 12, a.] Dofrensis deditione, terrorem sui nominis sparsisset, Lundoniam venit. Venienti Stigandus cum potentissimis Anglis, processu et favore suo applausit; consertisque loquelis, Willelmus eum in patrem et archiepiscopum, ipse Willelmum in regem recepit et filium. Veruntamen coronam regni de ejus manu rex detrectavit suscipere, astutia qua consuerat prohibitores ex parte apostolici subornans. Nec multo post in Normanniam navigans, sub velamine honoris renitentem

Most of the English bishops at this time illiterate.

Benedict X. antipope. [A.D. 1058.]

William, count of Normandy, invades England. [A.D. 1066.]

The battle of Hastings [Oct. 14], and surrender of Dover Castle.

Stigand receives William at London.

The king acknowledges him as archbishop, but refuses to receive coronation from him.

Takes him to Normandy.

---

[1] *beluinæ rapacitatis*] See also *Gesta Regum*, lib. ii. § 199.

[2] *illiteratus, sicut plerique*] See *Gesta Regum*, lib. ii. § 123, and lib. iii. § 245.

[3] *Normanniæ*] Normaniæ, A., with a second *n* interlined, apparently at the time of writing.

Archbishops of Canterbury.

secum traxit, ne quid perfidiæ, se absente, per ejus auctoritatem in Anglia pullularet. Inter quæ difficile dictu est quantis eum exceperit offitiis, dignanter ubicumque locorum assurgendo, et contra eum in omnibus episcopatibus Normanniæ[1] et abbatiis longa serie pompæ procedi fatiendo. Sed quicquid his tegebatur involucris erupit in clarum, veniente Angliam Ermenfredo, Sedunense episcopo, legato Alexandri papæ. Qui ad voluntatem regis coacto concilio, Stigandum deposuit, fidem Willelmi appellantem, et violentiam reclamantem. Et quanvis ille se blande excusans preceptum papæ objectaret, non tamen opinionem affectatæ depositionis exclusit, quod eum toto ævo in vinculis Wintoniæ habuerit. Ibi ergo Stigandus tenui victu vitam toleravit, quod ei parum de fisco inferebatur, et ipse ingenita mentis duritia nichil de suo inferri pateretur. Quin et hortantibus amicis, et præcipue regina Edgitha, Eduardi regis relicta, ut se delicatius vestiret et pasceret, per omne sanctum pejerabat[2] non se habere nummum nec valens. Huic sacramento soliditatem veri abfuisse, probavit ingens vis opum post mortem ejus in subterraneis specubus inventarum. Ad quarum inditium ut veniretur auxilio fuit clavicula collo exanimati dependens, quæ familiaris scrinii esset custos. Ea seræ immissa, manifestavit per cartas inventas et qualitatem metallorum et quantitatem ponderum.

Ermenfred, bishop of Sion, calls a council [at Winchester], and deposes Stigand [April 4, 1070],

who is imprisoned at Winchester.

He declares he has not the means to clothe or feed himself.

This found to be false after his death [A.D. 1087], as vast quantities of riches were discovered.

§ 24. Nondum ille efflaverat, cum a Willelmo rege Lanfrancus Cadomensis abbas ad archiepiscopatum electus est. Is, gente Langobardus, non adeo abjecta et obscura progenie oriundus erat; sed litteratura perinsignis, liberales artes quæ jamdudum sorduerant a [f. 12, b.] Latio in Gallias vocans, acumine suo expolivit. Teneriorem ætatem in sæcularibus deterens, in Scripturis divinis animo et evo maturuit.[3] Quibus edoctus,

Lanfranc, a Lombard, abbot of Caen, made archbishop by William.

His history.

[1] *Normanniæ*] D.; added over line, A.; omitted, B. C. E.

[2] *pejerabat*] A. D. E.; peierat, B. C.

[3] *maturuit*] A. B. D. E.; maturavit, C.

Archbishops of Canterbury.

Becomes a monk of Bec.

mundi fumos et ampullata gentilium eloquia parvipendens,[1] monachatus desiderium imbibit; multisque diu locis circumspectis, ex omni abbatiarum copia Beccum apud Normanniam potissimum elegit, paupertate loci et monachorum religione captus. Siquidem eo[2] forte adveniens, ipsum abbatem, Herlewinum nomine, ad coquendos panes succinctum et manus fimo oblitum conspicatus esset.[3] Factus ergo ibi monachus, homo qui nesciret agresti opere victum querere, publicas scolas de dialectica professus est, ut egestatem monasterii scolarium liberalitate temperaret. Excivit[4] fama ejus remotissimas Latinitatis plagas, eratque Beccum magnum et famosum litteraturæ gimnasium. Gloria laudis conflavit apud improbos viro invidiam; capellanis qui infra ejus scientiam se viderent animum comitis Willelmi in ipsum turbantibus, quod unum eorum palam de inscientia[5] litterarum irrisisset. Quapropter Lanfrancus edictum accipiens, ut Normanniam[6] sua importunitate vacuaret, curiam venit. Moxque indulgentiam comitis meruit, quod ille statim vivacitate sensus intellexisset, quantæ prudentiæ Lanfrancus[7] esset ex dignitate frontispitii et facetia responsi interiora conjectans. Nec multo post apud Cadomum abbatem fecit, ubi sancto Stephano monasterium a fundamentis levaverat. Quin et regni fastigatus solio, archiepiscopum, ut dixi, instituit; quod ipse melius[8] scripto suo insinuabit, quod de ordinatione sua et de

Made abbot of Caen,

and archbishop.

---

[1] *parvipendens*] D.; orig. parvipendere, A., but corrected over line; and also corrected in E.; parvipendere, B.C.

[2] *eo*] D.; inserted over line, A. and E.; omitted, B. C.

[3] *conspicatus esset*] A. D. E.; conspicatus est, B. C.

[4] *Excivit*] A. B. C. E.; Excrevit, D.

[5] *inscientia*] The *in* is above the line in A., apparently added at the same time the rest of the word was written.

[6] *ut Normanniam*] There is an erasure of three or four letters between these words in A.

[7] *Lanfrancus*] Interlined over the letter *L.* which stands in the original text, A. E.

[8] *melius*] D. E.; meilius, by an error of the pen, A. The sentence 'quod ipse melius scripto suo in-'sinuabit,' omitted, B. C., by mistake of the copyist.

controversia inter se et Thomam Eboracensem commota et sedata ita scripsit.

Archbishops of Canterbury.

§ 25. 'Anno Dominicæ[1] Incarnationis M°.LXX°. intravit Anglicam terram Lanfrancus Cadomensis cenobii abbas, monentibus atque præcipientibus Willelmo glorioso rege Anglorum, et felicis memoriæ Alexandro, totius sanctæ ecclesiæ summo pontifice. Is post paucos sui introitus dies Dorobernensem ecclesiam suscepit regendam. Consecratus est autem .iiii^to^. kalendas Septembris in sede metropoli a suffraganeis ipsius sedis, Willelmo Lundoniensi episcopo, Walchelino[2] Wentano, Remigio Dorcensi sive Lincoliensi, Siuuardo Rofensi, Herfasto Helmeanensi sive Tehtfordensi, Stigando Selesiensi, Hermanno Sciraburnensi, Gisone [f. 13, a.] Wellensi. Ceteri, qui absentes fuerunt, causas suæ absentiæ tam legatis quam litteris ostenderunt. Ipso anno Thomas Eboracensis ecclesiæ antistes electus, Cantuarberiam ex prisca consuetudine ab eo sacrandus advenit. A quo cum Lanfrancus scriptam de obedientia sua professionem cum adjectione jurisjurandi, custodito antecessorum suorum more, exposceret, respondit Thomas se id numquam facturum, nisi prius scriptas de hac re auctoritates legeret, nisi testes hujus antiquitatis assertores cerneret; postremo, nisi congruas super hac re rationes audiret, quibus id juste et rationabiliter sine suæ ecclesiæ præjuditio facere deberet. Hoc autem ignorantia magis quam spiritus elati pertinatia fatiebat. Novus enim homo et Anglicæ consuetudinis penitus expers, verbis adulatorum plus æquo et bono fidem exhibebat. Lanfrancus tamen in præsentia paucorum episcoporum, qui ad eum pro hac consecratione venerant, quod postulabat ostendit. At ille aspernatus omnia, non sacratus abscessit. Quod

[A.D. 1070.] Lanfranc comes to England.

Consecrated at London, August 29.

Thomas, archbishop elect of York, goes to Canterbury to be consecrated by Lanfranc.

Dispute between Lanfranc and Thomas

Thomas departs unconsecrated

[1] *Anno Dominicæ*] From here to the end of § 27 is taken by Malmesbury from the *Epistolæ archiepiscopi Lanfranci*. See MS. Cotton, Nero, A. vii. fol. 3, b.

[2] *Walchelino*] A. D. E.; Waltelmo, B.; Walelmo, C.

Archbishops of Canterbury.

The king thinks Lanfranc has been too severe.

Lanfranc convinces him to the contrary.

Thomas is required to conform to the usages prescribed for consecration, to be examined, and to promise obedience.

He complies, and is consecrated.

Lanfranc and Thomas go to Rome.

They are honourably received by the pope.

Thomas gives his opinion with re-

'rex audiens graviter accepit, existimans Lanfrancum 'injusta petere, et scientia magis litterarum quam ra- 'tione et veritate confidere; quamvis nec ipsi Thomæ 'deesset litterarum peritia, multo ingenio multoque 'studio comparata. Paucorum dierum spatio evoluto, 'Lanfrancus ad curiam venit, a rege audientiam postu- 'lavit, redditis rationibus ejus animum mitigavit, 'transmarinis qui aderant suæ parti justitiam adesse 'suasit et persuasit. Angli enim qui rem noverant, 'assertionibus ejus per omnia constantissime testimo- 'nium perhibebant. Itaque regio edicto communique 'omnium decreto statutum[1] est ad præsens debere 'Thomam ad matrem totius regni ecclesiam redire, 'professionem scribere, scriptam legere, lectam inter 'examinandum in præsentia episcoporum Lanfranco 'porrigere; in qua præceptis quidem ejus in omnibus 'quæ ad Christianæ religionis cultum pertinent se ob- 'temperaturum absolute, nulla interposita conditione, 'promitteret; successoribus vero ejus non ita nisi prius 'vel coram vel in episcopali concilio competens ei ratio 'redderetur, qua antecessores suos Dorobernensis ecclesiæ 'primatibus id fecisse et facere debuisse evidentissime [f. 13, b.] 'comprobaretur. Igitur rediit, quæ jussa sunt implevit, 'sacratus abscessit. Non post multos dies Lanfrancus 'ab universis Anglici regni episcopis, qui diversis tem- 'poribus, diversis in locis, ab aliis archiepiscopis vel a 'papa tempore Stigandi sacrati sunt, professiones petiit 'et accepit. Sequenti anno cum prefato archiepiscopo 'Romam ivit, et honorifice a sede[2] apostolica susceptus, 'unum quidem pallium ab altari Romano more acce- 'pit, alterum vero in inditium videlicet sui amoris, 'cum quo missam celebrare solebat, Alexander ei papa 'sua manu porrexit. In cujus præsentia Thomas ca- 'lumniam movit de primatu Dorobernensis ecclesiæ, et

[1] *statutum*] A. B. C. D.; originally statum, by a slip of the pen, the *tu* being interlined, A. and E.

[2] *Romam . . . . . sede*] Written upon an erasure, A.

'de subjectione trium episcoporum Dorcensis sive Lin-
'coliensis, Wigorniensis, Licitfeldensis qui nunc est
'Cestrensis, dicens Cantuariensem ecclesiam atque Ebo-
'racensem parem ad invicem honorem habere, nec
'alteram alteri secundum beati Gregorii constitutionem
'debere ullatenus subjacere, excepto quod alterutrius[1]
'archiepiscopum priorem et digniorem oporteat esse, eo
'quem constiterit fuisse posterius ordinatum; predictos
'vero tres episcopos suæ sedi suisque antecessoribus ab
'antiquis temporibus extitisse[2] subjectos. Lanfrancus
'hoc[3] audiens, etsi moleste tulit, modesta tamen dis-
'cretione verba illius veritate penitus carere respondit,
'asseverans Gregorianam illam constitutionem non de
'Cantuariensi et Eboracensi ecclesia[4] sed de Londo-
'niensi et Eboracensi esse prolatam. De qua re et
'de tribus episcopis multis hinc inde verbis prolatis,
'decrevit Alexander papa oportere hanc causam in
'Anglica terra audiri, et illic totius regni episcoporum
'et abbatum testimonio et juditio diffiniri. Lanfrancus
'quamvis alligatum illum suo tempore facta ab eo
'professione teneret, maluit tamen pro successoribus[5]
'laborare quam eis inposterum indiscussam hanc
'tantam calumniam discutiendam reservare. Uterque
'igitur in Paschali[6] solemnitate ad regem venit, ibique
'prolatis in medium partium rationibus, sententiam
'de negotio regalis curia dedit. Jussum est tunc fieri
'scriptum, totius causæ continens finem.[7] Lanfrancus
'Alexandro papæ direxit epistolam in qua ei totius
'negotii gestionem breviter et veraciter enarravit.
[f. 14, a.] 'Utraque scripta sunt subter annexa,[8] præmissa pro-

Archbishops of Canterbury.

gard to the rights of the archbishoprics and certain bishoprics.

Lanfranc gives his opinion.

Pope Alexander decrees that the question shall be tried in England.

The royal court gives sentence.

Lanfranc sends a letter to the pope containing an account of the matter.

[1] *alterutrius*] A. D. E.; alter alterius, B.; altero alterius, C.

[2] *extitisse*] A. D. E.; fuisse, B. C.

[3] *hoc*] A. E.; hæc, B. C. D.

[4] *ecclesia*] A. D. E.; omitted, B. C.

[5] *successoribus*] A. D. E.; successori bus suis, B. C.

[6] *Paschali*] The *h* interlined, A.

[7] *finem*] ita finem originally, but the *ita* crossed through at same time, A.

[8] *Utraque scripta sunt subter annexa*] A. D. E.; Utraque sunt subternexa, B. C.

Archbishops of Canterbury.

'fessione quam Thomas Lanfranco coram rege et ejus 'curia manu in manum porrexit.

The declaration made by Thomas to Lanfranc.

§ 26. 'Decet Christianum quemque Christianis legi-'bus subjacere, nec his quæ a sanctis patribus salubriter 'instituta sunt quibuslibet rationibus contraire. Hinc 'namque iræ, dissensiones, invidiæ,[1] contentiones, cete-'raque procedunt, quæ amatores suos in pænas æternas 'demergunt. Et quanto quisque altioris est ordinis, 'tanto impensius divinis debet optemperare preceptis.

He promises obedience to Lanfranc in all matters.

'Propterea ego Thomas ordinatus jam Eboracensis 'ecclesiæ metropolitanus antistes, auditis cognitisque 'rationibus, absolutam tibi, Lanfrance, Dorobernensis 'archiepiscope tuisque successoribus de canonica obe-'dientia professionem fatio, et quicquid a te vel ab 'eis juste et canonice injunctum mihi fuerit, serva-'turum me esse promitto.

But does not promise it unconditionally to his successors.

De hac autem re dum a 'te ordinandus essem, dubius fui; ideoque tibi quidem 'sine conditione, successoribus vero tuis conditiona-'liter[2] obtemperaturum me esse promisi.

[A.D. 1072.]

His reasons.

§ 27. 'Anno ab incarnatione Domini nostri Jhesu 'Christi M°.LXX°.II°., pontificatus autem domni Alex-'andri papæ xi°., regni vero Willelmi gloriosi regis 'Angliæ et ducis Normanniæ .vi^to^., in præsentia ipsius 'et episcoporum atque abbatum, ventilata est causa 'de primatu, quem Lanfrancus Doruuernensis[3] ar-'chiepiscopus super Eboracensem ecclesiam jure suæ 'ecclesiæ proclamabat, et de ordinationibus quo-'rundam episcoporum, de quibus ad quem specialiter 'pertinerent certum minime constabat. Et tandem 'aliquando diversis diversarum causarum auctoritati-'bus[4] probatum atque ostensum est quod Eboracen-'sis ecclesia Cantuariensi ecclesiæ debeat subjacere, 'ejusque archiepiscopi ut primatis totius Britanniæ

---

[1] *contraire . . . . . invidiæ*] Written upon an erasure, A.

[2] *conditionaliter*] A. C. D.; conditionabiliter, B. E.

[3] *Doruuernensis*] A.; Dorobernensis, B. D. E.

[4] *auctoritatibus*] A. D. E.; auctoribus, B. C.

Archbishops of Canterbury.

'dispositionibus in iis[1] quæ ad Christianam religio-
'nem pertinent in omnibus obedire. Subjectionem
'vero Dunelmensis hoc est Lindisfarnensis episcopi,
'atque omnium regionum a terminis Licitfeldensis
'episcopii et Humbræ magni fluvii usque ad extre-
'mos Scottiæ[2] fines, et quicquid ex hac parte præ-
'dicti fluminis ad parrochiam Eboracensis ecclesiæ
'jure competit, Cantuariensis metropolitanus Eboracensi
'archiepiscopo ejusque successoribus in perpetuum
'obtinere concessit. Ita ut si Cantuariensis archiepi-
'scopus concilium cogere voluerit, ubicumque ei visum
[f. 14, b.] 'fuerit, Eboracensis archiepiscopus sui præsentiam
'cum omnibus sibi subjectis episcopis ad nutum ejus
'exhibeat, et ejus canonicis dispositionibus obediens[3]
'existat. Quod autem Eboracensis archiepiscopus pro-
'fessionem Cantuariensi archiepiscopo facere etiam[4]
'cum sacramento debeat, Lanfrancus Dorobernensis
'archiepiscopus ex antiqua antecessorum consuetudine
'ostendit; sed, ob amorem regis, Thomæ Eboracensi
'archiepiscopo sacramentum relaxavit scriptamque tan-
'tum professionem recepit, non præjudicans successori-
'bus suis qui sacramentum cum professione a succes-
'soribus Thomæ exigere voluerint. Si archiepiscopus
'Cantuariensis vitam finierit, Eboracensis archiepisco-
'pus Doroberniam veniet; et eum qui electus fuerit,
'cum ceteris præfatæ ecclesiæ episcopis, ut primatem
'proprium jure consecrabit. Quod si archiepiscopus
'Eboracensis obierit, is qui ei successurus eligitur,
'accepto a rege archiepiscopatus dono, Cantuariam vel
'ubi Cantuariensi archiepiscopo visum fuerit accedet,
'et ab ipso ordinationem canonico more suscipiet.'

The author unwilling to become tedious by entering too much into detail.

§ 28. Hic si epistolam Lanfranci ad Alexandrum papam totam posuero, erit onerosum profecto. Quapropter quod ad rem tantum attinet supponam, aditiens etiam

---

[1] *iis*] A. E.; his, B. C.; hiis, D.
[2] *Scottiæ*] A. E.; Scotiæ, B. C. D.
[3] *obediens*] D.; inobediens originally in text, but the *in* partially erased, A. and E.; obediens, B. C.
[4] *etiam*] A. D. E.; et, B. C.

Archbishops of Canterbury.

privilegia sedis apostolicæ, quæ ad suam causam firmandam magno fuisse suffragio ipse asseverat. Unde nullus me jure criminari debebit quasi talibus scriptis volumen implendo alienam in me transferam gloriam, sed dabit potius, si æquum judicat, necessitati susceptæ historiæ veniam. Quinimmo a studioso lectore habendæ sunt scriptori gratiæ, quod omnia hic congesta inveniet, quæ et labori essent per multa volumina scrutari et dubietati si umquam forte possent inveniri. Simul quia nec adhuc controversia inter duos metropolitanos conquievit, sed in magno etiam nunc versatur litigio, cum ad istos qui modo dissident ordine venero, non habebo necesse ostendere quæ pars veritate nitatur, cum jam tempore istius Lanfranci præoccupavero.

The controversy between the two archbishops for precedence still rages.

Lanfranc's letter to pope Alexander II.

§ 29. 'Domino totius[1] Christianæ religionis summo 'speculatori Alexandro papæ, Lanfrancus sanctæ 'Dorobernensis ecclesiæ antistes debitam cum omni 'servitute obedientiam. In concilio quod Angliæ 'per vestram auctoritatem coactum est, ubi querelæ 'Thomæ archiepiscopi prolatæ et ventilatæ sunt, 'allata est ecclesiastica gentis Anglorum historia, 'quam Eboracensis ecclesiæ presbyter, et Anglorum 'doctor, Beda composuit; lectæ sententiæ, quibus pace 'omnium demonstratum est a tempore beati Augus- [f. 15, a.] 'tini, primi Dorobernensis archiepiscopi, usque ad 'ipsius Bedæ ultimam ætatem, quod fere centum et '.xlta. annorum spatio terminatur, antecessores meos 'super Eboracensem ecclesiam, totamque insulam quam 'Britanniam vocant, necnon et Hiberniam, primatum 'gessisse, curam pastoralem omnibus impendisse, in 'ipsa Eboracensi urbe persepe locisque finitimis ubi 'eis visum fuit, episcopales ordinationes atque concilia

Council of Winchester. [Easter, 1070.]

For almost 140 years, from Augustine to Bede, the archbishops of Dorobernia always considered the primates of England,

[1] *Domino totius*] Taken by Malmesbury from the *Epistolæ archiepiscopi Lanfranci*; he has, however, abbreviated the opening part of the letter, and omitted the whole of the conclusion. It will be found entire, and with some variations, in MS. Cotton, Nero, A. vii. ff. 6–8, b.

'celebrasse, Eboracenses antistites ad ipsa concilia 'vocasse, et cum res poposcisset, de suis eos actibus 'rationem reddere[1] compulisse. Episcopos quoque, 'quorum subjectionem in questionem Thomas adduxerat, infra illud .c^um^. et .xl^ta^. annorum spatium, per 'Dorobernenses archiepiscopos fuisse sacratos, ad concilia vocatos, quosdam quoque, culpis exigentibus, 'ab eis cum Romanæ sedis auctoritate depositos. 'Multaque in hunc modum, quæ epistolaris modestia[2] 'per singula explicare non potest. Diversa ad legendum porrecta concilia, quæ diversis temporibus, diversis de causis, a meis sunt antecessoribus celebrata. Quæ tametsi[3] eandem suæ institutionis non 'habuere materiam, eandem tamen de primatu et 'subjectione episcoporum tenuere sententiam. Recitatæ 'eorundem de quibus questio versabatur episcoporum 'ante prædecessores meos factæ electiones, et per eos 'ordinationes, qui Dorobernensi ecclesiæ de sua obedientia scriptas reliquerunt professiones. Urbs namque quæ nunc Cantuarberia nominatur antiquis 'temporibus ab ipsius[4] terræ incolis Dorobernia vocabatur. Nec defuere gesta quibus reseratum est, cum 'Anglia per plures esset regulos divisa, Nordanimbrorum[5] regem ubi sita est civitas Eboraca, accepto 'pretio, cuidam simoniaco episcopium vendidisse, pro 'qua culpa a Dorobernensi archiepiscopo ad concilium 'vocatum esse,[6] nolentemque venire, pro sua inobedientia excommunicationis sententiam pertulisse. Cujus 'communionis atque consortii omnis illarum partium

Archbishops of Canterbury.

and as possessing authority over York.

The bishops, whom Thomas asserts to be independent of Canterbury, formerly consecrated by the archbishop of Dorobernia.

And Canterbury was anciently called Dorobernia.

A proof of this, that when the king of Northumberland sold the bishopric of York, he was cited by the archbishop of Dorobernia, and excommunicated.

---

[1] *reddere*] A. D. E.; eis reddere, B. C.

[2] *modestia*] A. D. E.; molestia, B. C.

[3] *tametsi*] A. D. E.; tamen etsi, B. C.

[4] *ipsius*] A. D. E.; ipsis, B. C.

[5] *Nordanimbrorum*] A. E.; Northanhimbrorum, B. C.; Northanimbrorum, D.

[6] *vocatum esse*] Originally vocasse, A. and E., but the *sse* crossed through, and *tum esse* added in its place; vocasse, B.; vocatum fuisse, C.; archiepiscopo advocatum esse, D.

Archbishops of Canterbury.

This opinion confirmed by many popes, and often handed down in writings, which, however, have been destroyed by fire.

'ecclesia tamdiu abstinuit, quoadusque concilio se-
'ipsum exhibuit, et quod male gestum est correxit. [f. 15, b.]
'Ultimo, quasi robur totiusque causæ firmamentum
'prolata sunt antecessorum vestrorum Gregorii, Bo-
'nefatii, Honorii, Vitaliani, Sergii, item Gregorii,
'Leonis, Johannis privilegia atque scripta, quæ Doro-
'bernensis ecclesiæ præsulibusque Anglorumque re-
'gibus, aliis atque aliis temporibus, variis de causis
'sunt data aut transmissa.[1] Reliqua enim reliquorum
'tam autentica quam eorum exemplaria in ea com-
'bustione atque abolitione quam ecclesia nostra ante
'quadriennium perpessa est, penitus sunt absumpta.
'His atque aliis, quæ particulariter breviterque ex-
'plicari non possunt, ex parte ecclesiæ nostræ in
'causa peroratis, contra tantam tantarum auctoritatum
'evidentiam paucissimas contradictiones opposuit, epi-
'stolam illam precipue ferens in medium qua beatus
'Gregorius Lundoniensem atque Eboracensem eccle-
'siam pares esse, nec alteram alteri subjacere in-
'stituit. Quam scripturam cum in rem nichil facere
'concordi sententia cuncti protinus diffinissent, pro
'eo quod nec ego Londoniensis episcopus essem, nec
'de Londoniensi ecclesia esset questio instituta, vertit
'se ad alia egena atque infirma argumenta, quæ post
'paucam moram, Christo revelante, paucis sunt objec-
'tionibus abolita. Et cetera.'

The argument that the bishops of London and York are equal has nothing to do with the question.

Letter from pope Boniface IV. to Ethelbert, king of Kent.

§ 30. 'Domino excellentissimo[2] atque præcellentissimo
'filio regi Anglorum Ethelberto, Bonifatius episcopus,
'servus servorum Dei. Dum Christianitatis vestræ
'integritas ita circa conditoris sui cultum excreverit,
'ut longe lateque resplendeat, et in omni mundo
'annuntiata vestra Deo dignæ operationis augmenta[3]

---

[1] *aut transmissa*] A. D.; atque transmissa, B. C. E.

[2] *Domino excellentissimo*] See Jaffé, *Regesta Pontificum*, who makes the date A.D. 610. A fine twelfth century copy of this letter will be found in MS. Cotton, Claudius E. v. f. 235, b.

[3] *augmenta*] A. D. E.; argumenta, B. C.

Archbishops of Canterbury.

Boniface gives his permission for a dwelling place for monks to be established at Canterbury.

'referat, enormes largitori omnium bonorum grates 'Deo exsolvimus, qui vos de excelso prospexit, 'et in tanto virtutum culmine erexit. Quapropter, 'gloriose fili, quod ab apostolica sede per coepiscopum 'nostrum Mellitum postulastis, libenti animo concedi-'mus; id est ut vestra benignitas in monasterio in 'Dorobernensi civitate constituto, quod sanctus doctor 'vester Augustinus, beatæ memoriæ Gregorii disci-'pulus, sancti Salvatoris nomini consecravit, cui ad 'præsens preesse dinoscitur dilectissimus frater noster 'Laurentius, licenter per omnia monachorum regu-'lariter viventium habitationem statuat, apostolica 'auctoritate decernentes, ut ipsi vestri [1] prædicatores [f. 16, a.] 'monachi, monachorum gregem sibi associent,[2] et 'eorum vitam sanctitatum moribus exornent. Quæ 'nostra decreta si quis successorum vestrorum, sive 'regum, sive episcoporum, clericorum sive laicorum 'irrita facere temptaverit, a principe apostolorum 'Petro, et a cunctis successoribus suis, anathematis 'vinculo subjaceat, quoadusque quod temerario ausu 'peregit Deo placita satisfactione peniteat, et hujus 'inquietudinis veram emendationem faciat.[3] In Christo 'valeas, domine fili. Missa per manum Melliti episcopi 'Lundoniensis, anno Dominicæ Incarnationis .DC°.XV°.'

Epistle of pope Boniface V. to Justus, archbishop of Canterbury. [A.D. 625.]

Congratulates him on having converted the people of Kent, and king Edbald.

§ 31. 'Dilectissimo fratri Justo [4] Bonifatius episcopus, 'servus servorum Dei. Susceptis vestræ dilectionis 'apicibus, in quibus reperimus inter alia plurimos ex 'gentilibus [5] ibidem degentium, Deo Omnipotente et 'Domino nostro Jhesu Christo auxiliante, conversos, 'maxime autem in partibus Cantiæ, ad veri Dei

[1] *vestri*] A. D.; vestræ insulæ, B. C.; ūre was apparently the original reading in A., but the erasure of the last letter is too complete to admit of certainty in the matter; ūrĕ, E.; MS. Cott. Claud. E. v. reads *vestræ salutis.*

[2] *associent*] assotient, A.

[3] *faciat*] fatiat, A.

[4] *Dilectissimo fratri Justo*] See a copy of this letter in MS. Cott. Claud. E. v. f. 235, b.

[5] *ex gentilibus*] Repeated in A., but the second repetition crossed through.

Archbishops of Canterbury.

'nostri fidem vestris laboribus esse perductos, valde 'gratulati sumus. Edbaldi[1] quoque regis animum 'ad veræ agnitionis viam esse correctum, Deum 'Omnipotentem in id laudavimus, qui sui nominis 'sacramentum vestrique[2] laboris fructum non deseruit, 'sicut ipse prædicatoribus Evangelii veraciter repro-'misit: "Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus '"usque ad consummationem sæculi."[3] Multa est 'clementia apud Deum, multa est in vobis demonstrata, 'cum aperiantur corda barbararum gentium ad suscipi-'endum prædicationis vestræ singulare misterium. Ut 'enim proficerent, vestris meritis est eorum salva-'tio procurata, Domino dicente: "Qui perseveraverit

His predecessor has granted the city of Dorobernia to Augustine and his successors as the original metropolitan see.

'"in finem, hic salvus erit."[4] Cognovi siquidem in 'vestris sillabis ut sanctæ recordationis prædecessor 'noster Gregorius constituit Augustino et omnibus 'successoribus suis in posterum metropolitanam et 'primitivam sedem in civitate Dorobernia, ubi caput 'totius gentis Anglorum a diebus paganorum habetur. 'At vero nunc per revelationem Jhesu Christi, qui 'est origo et caput Christianitatis, eadem civitas ex-'altatur, et orthodoxa fides, quæ est radix nobilissima, 'ibidem collocatur, ut ex illa segete uberrimum fruc-'tum boni operis ad pabulum cælestis patriæ omnes 'insulani metere[5] queant. O quam felix illa civitas 'quæ meruit in se Christum habitatorem habere! 'Felix illa civitas, felix et tota gens; cum illos superna 'misericordia visitare non dedignata sit, quos ante 'mundi creationem prædestinaverat sibi sociare.[6] Quare

Expresses a hope that it may always continue so.

'absit ab omni Christiano, ut ex illa civitate Dorobernia 'aliquid minuatur aut in aliud mutetur nunc vel

---

[1] *Edbaldi*] A. D. E.; Eadbaldi, B.

[2] *vestrique*] D.; at first nr̄iq, in A., but *n* altered into *u*; nr̄iq, B. E.

[3] *Ecce ego*] Matth. xxviii. 20.

[4] *Qui perseveraverit*] Matth. x. 22.

[5] *metere*] C. D.; at first metiri, A., but altered into metere, and for greater distinctness *tere* also interlined; metiri, corrected into metere, E.; metiri, B.

[6] *sociare*] sotiare, A.

Archbishops of Canterbury.

[f. 16, b.] 'futuris temporibus, quæ a predecessore nostro[1] domno 'papa Gregorio statuta sunt, quoquomodo res humanæ 'quassentur. Sed magis ex auctoritate beati Petri 'apostolorum principis id ipsum præcipientes firma- 'mus, ut in Dorobernia civitate semper in posterum 'metropolitanus totius Britanniæ locus habeatur, om- 'nesque provintiæ regni Anglorum prefati loci metro- 'politanæ ecclesiæ subitiantur, immutilata et perpetua 'stabilitate decernimus. Hanc autem ecclesiam utpote 'spetialiter consistentem sub potestate et tuitione 'sanctæ Romanæ ecclesiæ, si quis conatus fuerit immi- 'nuere, eique de concessæ potestatis jure quicquam abstu- 'lerit, auferat eum [Deus omnipotens][2] de libro vitæ 'suæ, sciatque se sub anathematis vinculis esse nodatum. 'Deus te incolumem custodiat, reverende frater.'[3]

He also decrees that Dorobernia should be the metropolitan city, and that all the provinces of England should be subject to the metropolitan church there, and that it again should be under the special protection of Rome.

Epistle of pope Honorius I. to Honorius, archbishop of Canterbury. [circa A.D. 634.]

§ 32. 'Dilectissimo fratri Honorio Honorius episcopus, 'servus servorum Dei. Susceptis vestræ dilectionis 'litteris, in eis reperimus vestri laboris sollicitudinem 'circa vobis commissum gregem multa fatigatione 'occupatam, multo labore et angustia crebrescentibus 'malis et mundanis usibus mentis vestræ difficultates 'sepius sustinere gravitatem. Nos vero hortamur ves- 'tram dilectionem, ut opus evangelii quod cepistis 'teneatis, quia in eo tibi laborandum atque perse- 'verandum magis quam omittendum est. Memento 'evangelici precepti quo dicitur: "Ego pro[4] te '"rogavi, Petre, ut non deficiat fides tua; et tu '"aliquando conversus confirma fratres tuos." Et 'iterum in Apostolo: "Stabiles estote[5] et immobiles, '"scientes quod labor vester non est inanis coram '"Domino." Ideo suppliciter vestram dilectionem 'ammonemus, ut fide et opere in timore Dei et

[1] *nostro*] D.; interlined in A.; omitted, B. E.; meo, C.

[2] *auferat eum Deus omnipotens*] D.; auferat eum, A. B. E.

[3] *reverende frater*] r. f., A. E.; k. f., D.; reverentissime frater, B.

[4] *Ego pro*] Luc. xxii. 32.

[5] *Stabiles estote*] 1 Cor. xv. 58.

Archbishops of Canterbury.

'caritate, vestra adquisitio decessorumque vestrorum, 'quæ per domni Gregorii exordia pullulat convales- 'cendo amplius extendatur, ut ipsa promissio[1] Domi- 'nici eloquii vos ad æternam festivitatem evocet, quæ 'dicit: "Venite ad me[2] omnes qui laboratis et onerati '"estis, et ego reficiam vos." Et iterum: "Euge,[3] '"serve bone et fidelis, intra in gaudium domini tui; '"quia super pauca fuisti fidelis super multa te '"constituam." Interea tuæ sedis auctoritatem nos- 'træ auctoritatis privilegio firmari postulasti. Nos 'vero absque ulla dilatione gratuito animo annui- 'mus,[4] quia rectum est ut quæ semel statuta atque 'disposita a prædecessoribus nostris cognovimus, hæc 'ipsa[5] et nos confirmemus. Eorum itaque vestigia 'sequentes, juxta ritum priscæ consuetudinis quæ a 'temporibus sanctæ recordationis Augustini prædeces- 'soris vestri nunc usque ecclesia tua detinuit, ex auc- [f. 17, a.] 'toritate beati Petri apostolorum principis, primatum 'omnium ecclesiarum Britanniæ tibi Honorio tuisque 'successoribus in perpetuum obtinere concedimus. Tui 'ergo juris ditioni subici præcipimus omnes Angliæ 'ecclesias et regiones, et in civitate Dorobernia me- 'tropolitanus locus, et honor archiepiscopatus et caput 'omnium ecclesiarum Anglorum semper in posterum 'servetur; et a nulla persona per aliquam malam 'suasionem in alium locum mutetur. Aliter autem si 'quis fecerit, tipo superbiæ instinctus et nostræ præ- 'ceptioni[6] inobediens, et prænominatæ ecclesiæ con-

In accordance with his request he confirms to him the rights granted by his predecessors, viz.: that Dorobernia should be the metropolitan city, and seat of the archbishopric, and that all the churches of England should be subject to it.

---

[1] *promissio*] D.; originally promissa, but *a* crossed through and *-io* interlined, A.; *a* dotted under and *io* interlined, E.; promissa, B.

[2] *Venite ad me*] Matth. xi. 28.

[3] *Euge*] Matth. xxv. 21.

[4] *annuimus*] C.D.; originally annuentes, but *-entes* crossed through and *-imus* interlined in A.; *-entes* marked under and *-imus* interlined in E.; annuentes, B.

[5] *hæc ipsa*] D.; partly on an erasure in A., the words having apparently been originally written *hoc ipsum*; hec ipsi, C.; hoc ipsum, B. E.

[6] *præceptioni*] D.; originally præceptionis, but the *s* erased in A. and E.; præceptionis, B.

Archbishops of Canterbury.

'cessis suæ dignitatis contenderit reniti, sciat se separatum a participatione corporis[1] et sanguinis Domini et Redemptoris Jhesu Christi. Deus te incolumem custodiat, reverende frater.'[2]

Epistle of pope Vitalianus to Theodorus. [A.D. 668.] Theodorus asks to be confirmed in his diocese.

§ 33. 'Dilectissimo fratri Theodoro Vitalianus episcopus, servus servorum Dei. Inter plurima quæ per vestras sillabas nobis intimari jussisti, cognovimus etiam desiderium vestrum pro confirmatione diocesis quæ tuæ subjectioni subjacet, quia in omnibus ex nostro apostolicæ auctoritatis privilegio splendescere desideras.

The pope grants his request, and confirms all the rights and privileges granted by Gregory to Augustine.

Nos vero vestræ petitioni annuentes, quia congruit pastorali sollicitudine circa ecclesias Dei quæ a priscis temporibus ab hac apostolica sede statuta intelligimus, irrefragabili ratione volumus ut sicut a nobis ita et a nostris successoribus perpetua stabilitate muniantur. Unde nobis visum est te exhortari, ac in præsenti commendare tuæ sagacissimæ sanctitati omnes ecclesias in insula Britanniæ positas. Omnia ergo quæ a sancto Gregorio, predecesssore nostro, Augustino sincello[3] suo statuta sunt atque firmata, vel etiam per sacrum usum pallii concessa, nos tibi in ævum concedimus, et Doroberniam civitatem, ubi primitus per revelationem Jhesu Christi Domini nostri fides Catholica secundum institutionem sacrorum canonum suscepta est, habeto.[4] Ex auctoritate autem beati Petri apostolorum principis, cui a Domino Deo potestas data est ligandi atque solvendi in cælo ac terra, nos licet immeriti ejusdem beati Petri clavigeri regni cælorum vicem tenentes, tibi, Theodore, tuisque successoribus, sicut abolitanis temporibus fuerunt [f. 17, b.] condonata in perpetuum, ita in ipsa tua metropoli-

Decrees that Dorobernia shall be the metropolitan city of his see.

---

[1] *corporis*] digi corporis in A., but *digi* crossed through.

[2] *reverende frater*] r. fr., A. E.; reverentissime frater, B.

[3] *sincello*] Over sincello D. has the following in a contemporary gloss, 'id est, ejusdem cellæ socio.'

[4] *habeto*] D.; originally habetote, A., but the *te* erased; habetote, B. E.

Archbishops of Canterbury.

'tana sede, quæ sita est in civitate Dorobernia, immutilanda concedimus obtinenda. Si quis vero, quod non optamus, contra hanc nostræ apostolicæ diffinitionis privilegii auctoritatem venire temptaverit, si quidem episcopus aut presbyter aut diaconus fuerit, ex hac apostolica auctoritate decernimus ut episcopus ordine presulatus careat, et presbyter vel diaconus a suis gradibus se noverint dejectos. Ex numero autem laicorum tam ex regibus quam principibus, sive magna sive parva persona fuerit, sciat se alienum a participatione corporis Domini nostri Jhesu Christi. Hanc autem privilegii paginam suffultam auctoritate beati Petri apostolorum principis, cujus ministerio fungimur, tibi, Theodore, tuisque successoribus in perpetuum obtinendam delegamus. Deus te incolumem custodiat, dilectissime frater.'

Epistle of pope Sergius I. to Ethelred, Alfred, and Aldulf, kings of England [circ. A.D. 693].

§ 34. 'Sergius episcopus, servus servorum Dei, Ethelredo, Alfrido, Aldulfo, regibus Anglorum. Donum gratiæ spiritualis, Sancti[1] Spiritus illustratione fidelium corda succendit, et reparando reficit, et virtutis mirificæ constantia roborat, et cælestium benefitiorum instituit perhenniter promereri suffragia, et labentium rerum exitia nichilominus præcavere. Quo usi munere pietatis Dei sancti patres,[2] ut quædam astrorum cælestium splendifera luminaria mundi totius per ambitum renitentes, gloriose post præsentis vitæ felitia gaudia inter numerum electorum meruere ascribi. Porro vos gens sancta, genus electum, populus adquisitionis, filii lucis, stirps regia, fidei propago, ac incrementa virtutum, gaudete in Domino et exultate, quod vestri non immemor studii egregius ac primus apostolorum Petrus fidei firmissima petra, dum mentis

---

[1] *Sancti*] D.; at first quod Sancti, A., but *quod* crossed through; quod sancti, but *quod* underlined, E.; quod sancti, B.

[2] *sancti patres*] D.; added in the margin, A.; interlined, E.; omitted, B.

Archbishops of Canterbury.

Recommends to them Bertwald as head of the see of Kent, and chief pontiff of Britain.

'ac conscientiæ vestræ censu letatur, nominum quoque vestrorum[1] reminiscitur et agnoscit. Confidimus nempe quod et aditum regni cælestis aperiat, quibus tantum inter gentes, quibus Deo auspice præpolletis, favorem contulit dignitatis. Et vos igitur Christianissimi ac dilectissimi filii, ejus auctoritate collatum vobis antistitem Bertwaldum, Cantiæ sedis præsulem, totiusque Britanniæ primum pontificem, alacri pectore menteque devota suscipite, scientes [f. 18, a.] quod mercedem prophetæ accipiet si quis hunc ut prophetam accipiat. Et si spernere illum forsan, quod absit! fastu quisquam prosiliat, non eum sed a quo missus est spernet. Qui juxta Dominicam vocem absque ullo amminiculo condempnabitur. Procul ergo a vobis longeque talis absit infanda temeritas, ne diram hostis antiquus inobedientiæ fatiem in vobis inveniat, quos sancta Dei ecclesia in gremio filiorum adoptionis sotiare dignata est. Optamus autem quo[2] misericordia solita, Dominus noster Jhesus Christus fatiat vos ineffabiliter ministerii ac regii culminis honore sullimari,[3] et in examine futuri juditii reservari.'

Epistle of pope Sergius I. to the bishops of England [circa A.D. 693].

§ 35. 'Dilectissimis fratribus universis episcopis per Britanniam constitutis Sergius. Sicut nobis quibus curam offitii pastoralis beati Petri apostolorum principis supernæ dignatio miserationis, regimenque concessit, fratris incogniti reverendam advexit præsentiam, ita quoque vestri religiosissimi præsulatus collegii agnita salus, geminum attulit tripudii munus. Nam omnium auctori bonorum Domino Deo nostro immensas peregimus gratias, reperta fratrum fidelium in sinu sanctæ matris ecclesiæ unanimi-

---

[1] *quoque vestrorum*] D. E.; quoq; n̄r̄oꝝ, A.; q°q; nr̄oꝝ, B.

[2] *quo*] quo, all MSS., but the construction seems to require *quod*.

[3] *sullimari*] D.; interlined, A. and E.; omitted, B.

Archbishops of Canterbury.

tatis devota constantia et amore fervente inter se ‘ dilectionisque consortio. Sic enim sagaci sollertia ‘ Deum complacare noscuntur, offerentes ei pura libamina, cum in ara pectoris splendorem veri luminis ‘ refoventes, nullis illecebris mentem illudant, nullis ‘ fratrum stimulis corda percellant, nullis proximos ‘ nocentibus, mentibus annuant; sed ut Dei ministri[1] ‘ speculum se subjectis vitæ morumque probitate exhibeant. Hinc sibi Deum prosperantem invenient in ‘ adversis, nec quicquam poterunt hostis insidiæ eis ‘ nocendo surripere. Etenim ubi præsto est Domini ‘ adjutorium, cuncta fugatur spirituum malignorum ‘ adversitas. Cum ita sit, paternis affatibus colletantes ‘ vestræ fraternæ dilectionis unanimi religiositati, insinuamus vobis quod præsens dilectissimus frater ‘ Berthwaldus, Cantuariorum provintiæ præsul, qui in ‘ sedem reverendæ memoriæ Theodori quondam archiepiscopi subrogatus est, juxta ritum priscæ consuetudinis, quæ a tempore sanctæ ac venerandæ memo- [f. 18, b.] ‘ riæ domni et prædecessoris nostri Gregorii Romani ‘ pontificis nunc usque sua ecclesia detinuit, a nobis ‘ immo a beato Petro apostolorum principe primatumque[2] omnium ecclesiarum Britanniæ sortitus, cum ‘ sacro usu pallii ac venerabilis dalmaticæ, illic demandatus est. Quod non incommode, fratres karissimi, indeptus[3] promeruit, cum nequaquam fastu ‘ sive tumore jactantiæ, sed mente subnixa ac humili ‘ corde tantum munus dignus obtinuit. Quocirca ‘ hortamur fratres vestrum a Deo dicatum consortium ‘ salubrique consilio commonemus, ut propter Dei ‘ amorem atque futuræ vicissitudinis spem, eidem ‘ fratri vestræ regionis archiepiscopo, ac si nobis de-

He announces to them his investiture of Berhtwald as archbishop of Canterbury.

---

[1] *ministri*] D.; at first ministros, A., but the *-os* erased, and *-i* interlined; ministros, B.

[2] *primatumque*] At first primatum, A., but *que* interlined.

[3] *indeptus*] A. D. E.; indemptus B.

'bitum ministerii honorem exsolvere, et ut presuli 'primatum gerenti efficaciter sciatis obedire, non ignari 'quid vas electionis insinuet: "Obedite[1] præpositis '"vestris." Et rursum: "Qui potestati[2] resistit, Dei '"ordinationi resistit." Ideoque, fratres, vos ammone-'mus, universosque ordinum gradus, præcipientes ex 'hac apostolica auctoritate, ut nullus sit qui præsumat 'contra hæc quæ ab hac apostolica sede olim sunt 'constituta, præsentibus vel futuris temporibus, con-'traire, sed semper præmemoratæ ecclesiæ concessæ 'potestates, illibatæ serventur in perpetuum. Et 'quia vos, annuente divina clementia, hæc peracturos 'indubitata mente confidimus quæ commonere sta-'tuimus fraternitatis vestræ religiosum propositum, 'ineffabilem Salvatoris nostri potentiam exoramus, 'ut pia vos semper religione pollentes, perhenni[3] 'tribuat lætitia gratulari, et fraternis affectibus col-'lætantes, sanctorum meritis in eterna beatitudine 'sotiari. Deus vos incolumes custodiat, dilectissimi 'fratres.'

Archbishops of Canterbury.

and commands them to pay him due deference and obedience.

§ 36. 'Gregorius episcopus, servus servorum Dei, epi-'scopis Angliæ salutem. Dei Omnipotentis immensæ 'pietatis magnitudinem collaudamus, qui suæ majestatis 'gloriam sic dilatare dignatus est, ut in omnem terram 'exierit jam sonus prædicatorum suorum, et in fines 'omnis[4] terræ verba eorum. Cujus ineffabili pietatis 'gratia, sicut noscimur procreati, ita quoque sumus 'adoptati, sanctæ regenerationis portantes misterium, 'in spem gloriæ filiorum Dei, per Jhesum Christum 'Dominum nostrum. Reverentiæ itaque vestræ dicato 'collegio colletantes, ut in fide stabiles et in opere [f. 19, a.] 'efficaces inveniamini hortamur, honore invicem præ-

Epistle of pope Gregory III. to the bishops of England. [A.D. 731–734.]

[1] *Obedite*] Hebr. xiii. 17.
[2] *Qui potestati*] Rom. xiii. 2.
[3] *perhenni*] B. D.; originally perenni in A., but *h* interlined; perenni, E.
[4] *omnis*] A. D.; orbis, B. E.

Archbishops of Canterbury.

'venientes, et, alter alterius, honera[1] portantes, quia sic 'adimplebitis legem Christi, caritatem continuam ha- 'bentes, in dilectione Dei et proximi, sine qua impos- 'sibile est placere Deo. Fratris igitur nostri Tatwini, 'qui beatæ memoriæ Augustini prædicatoris vestri 'cathedræ subrogatus est, adventus nos admodum 'letificavit, quia virum religionis et magnæ probitatis 'sub ipso tempore quo apud nos stetit eum cognovi- 'mus. Proinde auditis ejus petitionibus, antecessorum 'ejus jura dignitatis perquiri in sacro scrinio fecimus, 'et invenientes eum justa postulasse, sacrum pallium 'cum venerabili usu dalmaticæ, apostolica ei auctori- 'tate tradidimus; annuentes quoque jura dignitatis 'omnia, quæ prædecessores sui a tempore beatæ me- 'moriæ Augustini habuisse noscuntur. Sicut ergo 'sancti patris nostri Gregorii Romani pontificis decre- 'tum, præfato Augustino sincello suo, predicatori 'vestro, omnes episcopos Angliæ subjecit; sic nos, 'Deo auctore et beato Petro apostolorum principe, 'licet indigni ejus nomine vicem gerentes, tibi, Tat- 'wine, Doroberniæ civitatis archiepiscope, tuisque 'successoribus legitimis, omnes ecclesias Britanniæ 'earumque rectores subicimus, apostolica auctoritate 'præcipientes ut omnis homo totius Angliæ tuis cano- 'nicis jussionibus obediat, et te sciat esse speculato- 'rem atque primatem totius insulæ, cui vices nostras 'per omnia gerendas in regione illa commisimus. 'Tuam autem ecclesiam Doroberniæ constitutam, ut 'propriam et primam sobolem regionis vestræ in 'Christo, spetialiter sub tuitione manus nostræ tene- 'mus; quam volumus in pacis tranquillitate vigere, 'ejusque jura et dignitatis privilegia in perpetuum 'immutilata servari; quia prima et mater est alia- 'rum omnium, primitus in vestra regione constituta,

He is rejoiced at the arrival of Tatwine.

Announces to them his investiture as archbishop,

and commands that all the churches of Britain should be subject to him; that all the English clergy should obey him; and appoints him primate and guardian of the whole island;

also that the church at Dorobernia should be the mother church.

[1] *honera*] A. D. E.; onera, B.

Archbishops of Canterbury.

'in honore sancti Salvatoris Domini nostri Jhesu 'Christi. Scriptum est enim: "Non est[1] sanctus ut '"est Dominus." Et ubi est caput vegetum, reliqua 'membra fortius vegetantur. Vos itaque, fratres, hæc 'apostolicæ auctoritatis mandata cum alacritate et 'subjectionis reverentia audite et suscipite; et cum 'præfato fratre nostro, archiepiscopo vestro, in messe 'Dei laborate. Si autem quivis hæc perturbare volu-
[f. 19, b.] 'erit, et nostræ diffinitionis statuta divellere conten-'derit ac violare, sciat se contra ipsum mundi Sal-'vatorem et beati Petri auctoritatem niti; et ideo 'nisi resipuerit æternæ dampnationis sententiam in-'currere. Deus vos incolumes custodiat, dilectissimi 'fratres.'

Epistle of pope Leo III. to Athelhard, archbishop of Dorobernia. [Jan. 18. 802.]

§ 37. 'Leo episcopus, servus servorum Dei, Athelardo 'archiepiscopo Dorobernensis ecclesiæ in perpetuum.[2] 'Pontificali discretioni præcipue convenit præsulibus 'ecclesiarum secundum eorum irreprehensibilem fidem 'audientiam prebere, et eorum quæ per beatum 'Petrum principem apostolorum et nos gerere desi-'deraverint, quæ canonicis non refragentur sanctioni-'bus, effectum concedere; ut cum id quod desiderant 'obtinuerint, flagrantiores erga eorum religionis amo-'rem existant. Exhortanda[3] itaque nobis est ac 'prædicanda tua fraterna almitas, pro diocesibus 'Angliæ tibi commissis, videlicet episcoporum seu 'monasteriorum tam monachorum quam clericorum 'et puellarum; quæ sicut abolitanis temporibus tua 'ecclesia tenuit, ut in sacro scrinio nostro requisita 'cognovimus, ita tibi tuisque successoribus tenenda 'confirmamus. Omnes Anglorum ecclesias sanctus[4] 'ac egregius prædicator Gregorius ordinavit, atque

Recites the appointment of Augustine as archbishop by Gregory the Great;

---

[1] *Non est*] 1 Reg. ii. 2.

in perpetuum] A. D. E.; in perpetuum salutem, B.

[3] *Exhortanda*] D. E.; originally exortanda, A., but *h* interlined.

[4] *sanctus*] D.; originally sanctas in A., but a *v* interlined over the second *a*; partially corrected, E.

Archbishops of Canterbury.

'catholice confirmavit beato Augustino archiepiscopo, 'sincello suo, subjectas fore in ævum per sacrum 'usum pallii. Et ideo ex auctoritate beati Petri 'apostolorum principis, cui a Domino Deo potestas 'ligandi atque solvendi concessa est[1] dicente: "Quia '"tu[2] es Petrus, et super hanc petram ædificabo ec-'"clesiam meam, et portæ inferni non prævalebunt '"adversus eam; et tibi dabo claves regni cælorum, '"et quodcunque ligaveris super terram erit ligatum '"in cælis, et quodcunque solveris super terram erit '"solutum in cælis;" immo et secundum institutam 'sacrorum canonum censuram, licet immeriti ejusdem 'Petri clavigeri regni celorum vicem gerentes, tibi, 'Athelarde,[3] tuisque successoribus, omnes Anglorum 'ecclesias sicut a priscis temporibus fuere, in per-'petuum in ipsa tua metropolitana sede, per subjec-'tionis cognitionem, irrefragabili jure concedimus ob-'tinendas. Si quis vero, quod non optamus, contra 'hanc diffinitionis nostræ vel apostolici privilegii 'auctoritatem venire temptaverit, ex apostolica aucto-'ritate statuimus ut si archiepiscopus vel episcopus 'fuerit ex ordine præsulatus sit dejectus. Similiter 'presbyter vel diaconus, aut alius quilibet minister 'sacri ministerii si fuerit, ab ordine sit depositus. 'Si autem ex numero laicorum fuerit, tam rex quam 'princeps, aut quælibet magna sive parva persona sit, 'a[4] sacræ communionis participatione se noverit ali-'enum. Hanc privilegii paginam auctoritate beati [f. 20, a.] 'Petri apostolorum principis, cujus ministerio fungi-'mur, tibi, Athelarde, tuisque successoribus in per-'petuum concedimus obtinendam. Ad cujus firmita-'tem manibus nostris subscripsimus, illudque nomine

Continues the rights and privileges of Augustine to Athelard.

Orders the deposition of any ecclesiastic who should oppose this decree.

Any lay person doing so to be excommunicated.

---

[1] *concessa est*] D.; interlined in A.; added on margin, E.; omitted, B.

[2] *Quia tu*] Matth. xvi. 18, 19.

[3] *Athelarde*] A., D. E.; Athelardo, B.

[4] *a*] D.; interlined, A. and E.; omitted, B.

'nostro signari mandavimus. Quam etiam a Sergio 'scriniario nostro scribi præcepimus, mense Januario. 'Data xv. kalendas Februarii, per manum Eustachii 'primicerii sanctæ sedis apostolicæ, imperante domino 'Karolo, piissimo consule, Augusto a Deo coronato, 'magno pacificoque imperatore; anno secundo post 'consulatum ejusdem domini, indictione .xa.'

Archbishops of Canterbury.

Jan. 18.

§ 38. 'Fratribus et filiis in Christo omnibus episcopis 'Angliæ Formosus. Audito nefandos ritus[1] pagano- 'rum partibus in vestris repullulasse, et vos tenuisse 'silentium, ut canes non valentes latrare, gladio 'separationis a corpore Dei ecclesiæ vos ferire de- 'liberavimus. Sed quia, ut nobis dilectus frater 'noster Pleimundus intimavit, tandem evigilastis, et 'semina verbi Dei olim venerabiliter jacta in terra 'Anglorum, cepistis renovare, mucronem devotationis 'retrahentes, Dei Omnipotentis et beati Petri apo- 'stolorum principis benedictionem vobis mittimus, 'orantes ut in bene ceptis perseverantiam habeatis. 'Vos enim estis fratres de quibus Dominus loquens 'inter alia inquit: "Vos estis sal[2] terræ, et si sal '"evanuerit, in quo salietur?" Et iterum: "Vos '"estis lux[3] mundi," significare volens per verbi 'sapientiam condiri mentes hominum a vobis debere, 'et in moribus et vita vestra, bonæ actionis studium 'quasi lumen apparere fidei, per quod gradientes[4] 'ad vitam quomodo caute ambulent, videant; ut ad 'promissionem æternæ beatitudinis, sine offensa cur- 'rentes valeant pervenire. Nunc ergo accingimini et 'vigilate contra leonem, qui circuit "quærens[5] quem '"devoret," et non patiamini ulterius in regione vestra

Letter of pope Formosus to the English bishops. [A.D. 892–896.] Has heard that they allowed pagan rites to be performed. Had intended to excommunicate them; but having heard that they are improving he relents.

---

[1] *Audito nefandos ritus*] D.; originally Auditis nefandis ritibus, but the inflections crossed through, and *-to*, *-os*, *-tus* interlined, A. and E.; Auditis nefandis ritibus, B.

[2] *Vos estis sal*] Matth. v. 13.

[3] *Vos estis lux*] Matth. v. 14.

[4] *gradientes*] D.; originally gradientibus, but the *-tibus* crossed through, and *-tes* interlined, A. and E.; gradientibus, B.

[5] *quærens*] 1 Petr. v. 8.

Archbishops of Canterbury.

When one bishop dies, another is to be immediately appointed.

'penuria pastorum Christianam fidem violari, gregem 'Dei vagari, dispergi, dissipari; sed cum unus obierit, 'alter qui idoneus fuerit canonice protinus subroge- 'tur. Nam secundum legem plures facti sunt sacer- 'dotes, eo quod morte prohiberentur permanere. 'Quod David considerans, et in spiritu Christi eccle- 'siam fore permansuram ad finem sæculi prospitiens, 'ait: "Pro patribus[1] tuis nati sunt tibi filii, constitutes

And so also when the head of the bishops dies.

'" eos principes super omnem terram." Nulla itaque 'mora sit subrogandi alium cum quilibet sacerdotum 'ex hac vita migraverit, sed mox ut illi qui primæ [f. 20, b.] 'sedis principatum gerens inter vos ceteris episcopis 'præesse dinoscitur, fratris obitus fuerit denuntiatus, 'facta electione canonice alter consecratus succedat.

Now who this head is has been known from ancient times,

'Quis autem inter vos principatum tenere debeat, 'quæve sedes episcopalis ceteris præpolleat, habeat- 'que primatum, abolitanis temporibus notissimum est.

for according to the writings of Gregory, Dorobernia or Canterbury is the metropolitan city and chief seat of the episcopate, and Pleimund is head of the see.

'Nam ut ex scriptis beati Gregorii ejusque succes- 'sorum tenemus, in Dorobernia civitate metropolim 'sedemque primam episcopalem constat esse regni 'Anglorum, cui venerabilis frater noster Pleimundus 'nunc præesse dinoscitur. Cujus honorem dignitatis 'nos nullo pacto imminui permittimus, sed ei vices apo- 'stolicas per omnia gerere mandamus. Et sicut beatus

And we confirm to him the rights and precedence granted by Gregory to Augustine.

'pater Gregorius primo vestræ gentis episcopo Augus- 'tino omnes Anglorum episcopos esse subjectos consti- 'tuit, sic nos prenominato fratri Doroberniæ sive 'Cantorberiæ archiepiscopo, ejusque successoribus le- 'gitimis, eandem dignitatem confirmamus; mandantes 'et auctoritate Dei et beati Petri apostolorum prin- 'cipis præcipientes, ut ejus canonicis dispositionibus 'omnes obediant, et nullus eorum quæ ei suisque 'successoribus apostolica auctoritate concessa sunt 'violator existat. Si autem quivis hominum contra 'hæc aliquando niti ac imminuere ista temptaverit,

---

[1] *Pro patribus*] Ps. xliv. 17.

Archbishops of Canterbury.

'sciat se proculdubio multandum fore gravi anathe-
'mate, et a corpore sanctæ ecclesiæ quam inquietare
'molitur, perpetuo, nisi resipuerit, separandum.'

Epistle of pope John XII. to archbishop Dunstan, Oct. 1 [960 or 961?].

§ 39. 'Johannes episcopus, servus servorum Dei, con-
'fratri Dunstano Dorobernensis ecclesiæ archiepiscopo,
'vitæ perpetuæ permanendam in Christo, salutem. Si
'pastores ovium, solem geluque pro gregis sui custo-
'dia die ac nocte ferre contenti sunt, et oculis
'conspectant vigilantibus ne aliqua ex ovibus aut
'errando pereat, aut ferinis laniata morsibus rapiatur,
'quanta cura quantoque sudore debemus esse pervi-
'giles ob salutem animarum, qui dicimur pastores
'earum. Attendamus igitur nos offitium exhibere
'erga custodiam Dominicarum ovium, et ne quasi
'lupo veniente territi fugiamus, ne in die divini
'examinis pro desidia nostra ante summum Pasto-
'rem et negligentia vestra excruciemur; unde modo
'honoris reverentia in sullimiore arce ceteris diju-
'dicamur. Primatum itaque tuum in quo tibi ex
'more antecessorum tuorum vices apostolicæ sedis
'exercere convenit, ita tibi ad plenum confirmamus,
'sicut beatum Augustinum ejusque successores præ-
'fatæ eclesiæ pontifices habuisse dinoscitur. Pallium
'vero fraternitati tuæ ex more admissarum solemnia
[f. 21, a.] 'celebranda commendamus, quo tibi non aliter uti
'concedimus quam eo usu quem antecessores nostri
'prodiderunt, ecclesiæ tuæ privilegiis in suo statu
'manentibus. Neque tua prudentia hoc incognitum
'habet, vel cujuscunque, quoniam indumenti honor
'moderatione actuum tremendus erit. Honestati mo-
'rum tuorum hæc ornamenta conveniunt, quatinus,
'auctore Deo, possis esse conspicuus, ita ut vita tua
'filiis tuis sit regula, et in illa, si qua tortitudo illis
'inest, dirigatur, dum in ea quod imitentur aspi-
'tiant.' Et in fine epistolæ: 'Sancta Trinitas fra-
'ternitatem vestram gratiæ suæ protectione circum-
'det, atque ita in timoris sui viam te dirigat, ut

Confirms to him as primate all former rights, privileges, and dignities of the office.

Archbishops of Canterbury.

'post vitæ hujus amaritudinem, ad æternam pervenire simul mereamur dulcedinem. Et hoc scriptum est per manum Leonis scrinialis sedis apostolicæ, in mense Octobri, indictione .iiii^ta.^, die .i^o.^ kalendarum Octobris, anno .xii^o.^ summi pontificis[1] Johannis.'

The reading of these documents greatly strengthens the position of the archbishop of Canterbury.

§ 40. Hæc sacra privilegia sanctorum apostolicorum in concilio totius Angliæ lecta, tunc magnum firmamentum[2] Cantuariensis ecclesiæ primatui attulere. Hic quoque inserta, si lectorum poterunt evitare nausiam, non incommodum locum obtinebunt. Contra quæ Thomas Eboracensis archiepiscopus parum virium habebat, nec ei diffusior calumpniarum campus patebat, licet secum fautorum classes asciscceret. Opposuit tamen soli Augustino a beato concessum Gregorio, ut non solum episcopos quos ordinaret, neque hos tantummodo qui per Eboracæ episcopum essent ordinati, sed etiam omnes Britanniæ sacerdotes haberet Domino Deo nostro Jhesu Christo auctore subjectos. Post obitum vero ejus, esset inter Lundoniensem et Eboracensem episcopos mutua gratiæ vicissitudo, et foret amplitudo prior honoris, anticipatio ordinationis. Voluisse Gregorium ut Augustinus poneret sedem Lundoniæ, sed ipsum caritate regis Ethelberti delinitum, resedisse Cantiæ. Non difficile fuisse Gregorio, si competere videret, ut pauculis verbis controversiæ ambiguitatem sedaret, dicens: 'Hæc tibi, Augustine, et omnibus successoribus tuis concedo.'[3] Sed quia hoc rationi resultare cerneret, noluisse verba sua ventis diffundere. [f. 21, b.]

Thomas, the archbishop of York, has very little ground for objection left.

He argues, however, that it was only to Augustine that such privileges were granted by Gregory,

and that after his death his honours were granted to the bishops of London and York alternately.

That Gregory wished Augustine to settle in London, but that he preferred Canterbury on account of his affection for king Ethelbert.

Other arguments.

---

[1] *anno .xii^o.^ summi pontificis Johannis*] Pope John XII. was consecrated in 955, and died in 964. There is an error, therefore, in the statement that this letter was written in the 12th year of his pontificate. *See* Jaffé, *Regesta Pontificum.*

[2] *firmamentum*] D.; originally momentum, A., but corrected into *firmamentum, fir* being interlined, and the *o* of *momentum* altered into *a*; momentum, E.; monimentum, B. C.

[3] *concedo*] D.; commendo originally, but the *m̃* crossed through, and *ce* interlined in A.; *m* dotted under and *ce* interlined, E.; commendo, B. C.

Archbishops of Canterbury.

Lanfranc puts an end to the dispute.

§ 41. Hæc et hujusmodi plura pergenti dicere, quod et defensionis necessitas et antiquitatis inscientia ejus eloquio ministraret arma, Lanfrancus disputationis pedem contulit, hujusmodi vigilantissimo responso occurrens. 'Opinio est veritatis egena qua niteris, ut 'dicatur soli Augustino concessum habere subjectionem 'omnium episcoporum Britanniæ, et eorum etiam qui 'essent ordinati per episcopum Eboracæ. Exile et 'omnino angustum id esset munus, quod familiari ab 'olim suo, novo Anglo, vir largiretur apostolicus; pre-'sertim cum vivo Augustino nullos Eboracensis pontifex 'ordinarit, quos subjectos haberet Augustinus, sed nec 'aliquis ibi extiterit episcopus. Beatus siquidem Pau-'linus primus ejusdem urbis presul, non tempore Au-'gustini sed tempore Justi qui quartus fuit Cantiæ 'pontifex, illuc directus est. Nescientem Gesta Anglorum 'docebunt quod dico. Hæc intelligentes sanctissimi sedis 'apostolicæ presules, subjectionem omnium episcopo-'rum Angliæ successoribus Augustini confirmaverunt, 'sicut privilegia recitata testantur; Gregorianam ut 'dicunt constitutionem verbis ornantes amplissimis, et 'liberalitate munifica prosequentes; ejusdem sedis arbi-'tri, ejusdem sententiæ patroni. Æquumque censent, 'ut omnes Anglorum ecclesiæ ab eo loco mutuentur 'vivendi disciplinam, a cujus fomite rapuerunt credendi 'flammam. Quis enim nesciat quod a Cantia manavit 'Christi credulitas in Eboracum et in ceteras Angliæ 'ecclesias? Porro quod dicis, potuisse beatum Gregorium 'si voluisset successoribus Augustini confirmare dicto 'quod concesserat Augustino, verum omnino est, nec 'potest abnui. Sed quod, queso, prejuditium hoc Can-'tuariensi sedi affert? A simili causa proponam. Nam 'quando Dominus et Salvator noster Jhesus Christus 'dixit beato Petro: "Tu es Petrus,[1] et super hanc petram '"ædificabo ecclesiam meam, et tibi dabo claves regni

He disposes of the arguments of the archbishop of York.

The popes, as recognizing the authority given to Augustine and his successors, have always confirmed it;

and every one knows that the faith of Christ flowed from Kent into York.

Certainly Gregory might have used the words 'and to your successors.'

But the power given by Christ to Peter bears an analogy to that given by Gregory to Augustine.

[1] *Tu es Petrus*] Matth. xvi. 18.

Archbishops of Canterbury.

Here also Christ might have said, 'I will give the keys to you and your successors;' but His not having done so does not diminish the reverence paid to St Peter's successors.

'"cælorum," potuisset adicere si voluisset: Eandemque
'potestatem successoribus tuis concedo. Veruntamen
'dicti prætermissio nichil reverentiæ imminuit succes-
'soribus Petri. Ibisne his verbis obviam, referesne ad- [f. 22, a.]
'versa? Enimvero omnium Christianorum conscientiis
'est inditum, ut nichil minus[1] quam beato Petro suc-
'cessoribus ejus et minantibus attremant, et serenam
'benignitatem indulgentibus gaudenter applaudant.
'Estque tunc demum omnium ecclesiasticarum rerum
'rata dispensatio, si successorum beati Petri fuerit
'comprobata juditio. Quid illud agit, nisi vis divinæ
'liberalitatis per Dominum Jhesum a beato Petro in
'vicarios ejus diffusa? Ergo de similibus idem pronun-
'tiabis juditium si dialecticam nosti. Preterea quod
'valet in toto, valet in parte; quod valet in majori,
'valet in minori. Romana ecclesia quasi totum est
'omnium ecclesiarum; ceteræ ecclesiæ sunt quasi ejus
'partes. Sicut enim quodam intuitu homo est genus
'individuorum suorum, et tamen in unoquoque indi-
'viduo inest totius hominis tota proprietas; ita quodam
'respectu, sedes Romana est genus et totum omnium
'ecclesiarum; et tamen in unaquaque ecclesia totius
'Christianæ fidei tota regnat integritas. Ipsa est major
'omnium ecclesiarum, et quod in ea valet debet valere
'in minoribus, ut potestas primi cujuscunque ecclesiæ
'principis in succedentes demanet, nisi si quid perso-
'naliter et nominatim excipiatur. Quare sicut Christus
'dixit omnibus præsulibus Romanis quod dixit Petro;
'ita quod dixit Gregorius omnibus successoribus Au-
'gustini,[2] dixit in Augustino. Hinc conficitur ut sicut
'Cantia subicitur Romæ, quod ex ea fidem accepit, ita
'Eboracum subitiatur Cantiæ, quæ eo prædicatores mi-
'sit. Jam vero quod allegas, voluisse Gregorium ut Au-
'gustinus resideret Lundoniæ, fluctuat plane. Qui enim

And the archbishop of York, if he understands logic, cannot gainsay this.

Further arguments to the same effect.

And as Kent is subject to Rome, so is York subject to Kent.

---

[1] *nichil minus*] A. D.; nichilominus, B. C.

[2] *Augustini*] Aug̃, A., *-ustini* being added over line.

'firmari potest, ut ipse magistri sui voluntati resultans, 'in repulsam decretorum iret? Sed famæ tam multo-'rum assensu firmatæ, derogare fidem refuto. Esto enim 'ut alias migraret; quid ad me, qui Lundoniensis epi-'scopus non sum? Nichil enim mea interest, nisi quia 'usus antiquitatis non patitur, si tu cum Lundoniensi 'pontifice primatus honorem partiaris. Ea de re si, lite 'sequestra, pace media, negotium ventilari desideres, 'pro mei juris offitio non deero recto juditio.'

Archbishops of Canterbury.

§ 42. Succubuit tantis rationibus Thomas, et placitum ad moderationem transferens, libenter conditioni concessit animum, ut ulterior ripa Humbræ fluminis esset [f. 22, b.] principium suæ diocesis, citerior esset limes[1] parrochiæ Cantuariensis. Emicat Lanfrancus tripudio, et victrici causa fretus gesta scripto excepit, ne si præterirent et laberentur recentia, rerum necessariarum posteri fraudarentur notitia. Modeste sane, ut nec scienda pretermitteret, nec dicendo efflueret, quia in proprias laudes facetiari odiosa jactantia est. Veruntamen ego conitio nullum alium potuisse tantam dubietatem ad planum absolvere, quantalibet quis vigeret industria, et cui etiam suffragaretur ipsa quæ Lanfranco justitia. Erat enim tunc temporis in doctrina et mundi sapientia famosissimus, et quem venerabiliter suspiceret Alexander apostolicus. Honoris maximum fuit inditium, cum Romam venienti, sequestrato illo Romani supercilii fastu, dignanter assurgeret; professus, hanc venerationem non se illius archiepiscopatui, sed magisterio litterarum deferre. Quapropter se fecisse quod esset honoris, illum debere facere quod esset justitiæ, ut, pro more omnium archiepiscoporum, sancti Petri vicarii vestigiis advolveretur. Reddidit ille debitum, tanti amoris expertus insignia, ut quæcunque petenda putasset haud dubie impetraret. Denique ambos itin-

The archbishop is convinced, and yields. [A.D. 1071.]

Boundaries of the diocese of York fixed.

Lanfranc has the whole matter written down, in order that it should be transmitted to posterity.

No one else could have settled the affair so well.

Honours paid to him at Rome by pope Alexander on account of his learning.

[1] *limes*] C. D.; limis in A., with *limes* written above it; limis, altered into *limes*, E.; limis, B.

Archbishops of Canterbury.

The archbishop of York and the bishop of Lincoln degraded.

Lanfranc intercedes for them with the pope; and, by his permission, restores to them their archiepiscopal rings and croziers.

eris sui comites, Thomam archiepiscopum Eboracensem et Remigium episcopum Lincoliensem, baculis et anulis expoliatos, quod primus esset filius presbyteri, secundus pro auxiliis Willelmo venienti Angliam præbitis, factus esset episcopus, divinum munus bellicosis laboribus nundinatus, precibus suis restituit offitio. Papa enim pondus facti a se reitiens, in eum considerationem transfudit, bene an secus fieret. Redderet ipse investituras si vellet, sin minus, faceret quod commodum sciret. Ita illi de manu Lanfranci baculos et anulos recipientes, lætum ad patriam cum eodem moliti sunt reditum. Nec minori eum amoris diligentia palpandum curavit Gregorius Alexandri successor, multa illius consilio transigens, multa etiam domesticis suis ignota, illius conscientiæ communicans. Sermonis hujusce veritati assistit epistola in initio papatus Angliam directa, quæ inter epistolas Lanfranci reperitur. Porro Willelmus rex in omnibus ei assurgebat, aggaudebatque et ei et aliis, quos in bono fervere audisset, permisitque ei concilia congregare, quorum unius actio hæc est:

They return with him joyfully to England.

Pope Gregory VII., the successor of Alexander [A.D. 1075] equally partial to Lanfranc,

who is also in great favour with the king.

He is permitted to hold councils.

Council of London, A.D. 1075.

'Anno Incarnationis Dominicæ .M°.LXXV., regnante 'Willelmo anno nono, congregatum est concilium in 'Lundonia, præsidente Lanfranco archiepiscopo Doro- 'bernensi, considentibus secum Thoma archiepiscopo 'Eboracensi et cæteris episcopis. Rofensis ecclesia 'per id tempus pastore carebat. Lindisfarnensis qui 'et Dunelmensis[1] episcopus canonicam excusationem [f. 23, a.]

[1] *Anno Incarnationis . . . . . qui et Dunelmensis*] D. E.; written partly over an erasure and partly on the lower margin in A.; Anno Incarnationis Dominicæ M.LXXV., regnante glorioso rege Anglorum Willelmo, anno regni ejus nono, congregatum est Lundoniæ in ecclesia beati Pauli apostoli concilium totius Angliæ regionis, episcoporum, videlicet, abbatum necnon et multarum religiosi ordinis personarum, jubente atque eidem concilio præsidente Lanfranco sanctæ Dorobernensis ecclesiæ archipræsule, totiusque insulæ Britanniæ primate, considentibus secum viris venerabilibus Thoma Eboracensi archiepiscopo, Willelmo Lundoniensi episcopo, Walkelino Winto-

'habens, concilio interesse non potuit. Et quia multis 'retro annis in Anglico regno usus conciliorum obso- 'leverat, renovata sunt nonnulla quæ antiquis etiam 'fuerant[1] canonibus definita. Ex concilio igitur Tole- 'tano quarto, Milevitano atque Bracharensi, statutum 'est, ut singuli secundum ordinationis suæ tempora 'sedeant, præter eos qui ex antiqua consuetudine sive 'suarum ecclesiarum privilegiis digniores sedes ha- 'bent. De qua re interrogati sunt senes et ætate 'provecti, quid vel ipsi vidissent, vel a majoribus atque 'antiquioribus veraciter ac probabiliter ipsi audissent.[2] 'Super quo responso, petitæ sunt indutiæ ac concessæ 'usque in crastinum. Crastina autem die, concorditer 'perhibuere quod Eboracensis archiepiscopus ad dex- 'teram Dorobernensis sedere debeat, Lundoniensis epi- 'scopus ad sinistram, Wentanus juxta Eboracensem. 'Si vero Eboracensis desit, Lundoniensis ad dexteram, 'Wentanus ad sinistram. Ex Regula beati Benedicti, 'et ex antiqua regularium locorum consuetudine, ut 'monachi proprium ordinem teneant, et proprietate 'careant. Si quis vero cum proprietate inconfessus 'obierit, in cimiterio non sepeliatur. Ex decretis 'summorum pontificum Damasi et Leonis, necnon 'ex conciliis Sardicensi et Laodicensi,[3] in quibus pro- 'hibetur episcopales sedes in villis existere, concessum 'est regia munificentia et sinodali auctoritate, episco- 'pis de villis transire ad civitates, Herimanno de

Archbishops of Canterbury.

Councils of Toledo, Milevia, and Braga.

Position of the various bishops at the council settled.

Bishops always to reside in cities instead of in villages.

---

niensi, Hermanno Siraburnensi, Wlstano Wirecestrensi, Walterio Herefordensi, Gisone Wellensi, Remigio Dorcensi seu Lincoliensi, Herfasto Helmeanensi sive Norwicensi, Stigando Selengensi, Osberno Exoniensi, Petro Licitfeldensi; Rofensis ecclesia per id tempus pastore carebat. Lindisfarnensis qui et Dunelmensis, B. C.

[1] *fuerant*] D.; interlined in A. and E.; quæ antiquis sunt diffinitionibus diffinita, B. C.

[2] *audissent*] D.; originally uidissent, A., but the *ui-* crossed through and *au-* interlined; and the like alteration in E.; accepissent, B. C.

[3] *Sardicensi et Laodicensi*] The council of Sardica, in Illyria, was held in May, A.D. 347; the first council of Laodicea, on discipline, A.D. 366.

Archbishops of Canterbury.

Consequent changes in the seats of bishops.

Various other regulations in accordance with the decrees of former councils.

'Siraburna ad Serisberiam, Stigando de Selengeo ad 'Cicestrum, Petro de Licitfelde ad Cestrum. Ex 'multis Romanorum præsulum decretis, diversisque 'sacrorum canonum auctoritatibus, ne quis alienum 'clericum vel monachum sine commendatitiis litteris 'ordinet vel retineat. Ad comprimendam quorundam 'indiscretorum insolentiam, ex communi decreto sanci-'tum est, ne quis in concilio loquatur præter licen-'tiam a metropolitano concessam, exceptis episcopis 'et abbatibus. Ex decretis Gregorii majoris et mino-'ris, ut nullus de propria cognatione vel uxoris de-'functæ seu quam cognatus habuit uxorem accipiat, 'quoadusque parentela ex alterutra parte ad septimum 'gradum perveniat. Ut nullus sacros ordines seu[1] [f. 23, b.] 'offitium ecclesiasticum emat vel vendat. Ne sortes 'seu divinationes ab aliquo exerceantur. Ex conciliis 'Heliberritano et Toletano .xi°., ut nullus episcopus vel 'abbas seu quilibet ex clero, hominem truncandum 'membris vel occidendum judicet vel judicantibus 'faveat.'

Lanfranc collects alms from the members of the council, and distributes them.

He attacks the Lombards on account of their avarice.

§ 43. Interea cum Pater Lanfrancus omnibus virtutibus solidaret ingenium, componeret animum, tum elemosina præcipue, aiunt ejus prognosticon fuisse: 'Date[2] 'elemosinam, et ecce omnia munda sunt vobis.' Quo ille accepto ab acclamantibus hilari vultu ad Deum dixerit: 'Certemus ergo mutua vicissitudine, tu dando, 'ego dispertiendo.' Respondit cælestis pietas prædicabilis viri[3] voto; affluebantque sibi tanta quæ quantumlibet ambitum possent et explere et vincere. Nec ille segnis erat in erogando, avaritiam familiare Longobardis vitium ex persona sua propulsans et

[1] *ordines seu*] D.; ordines vel seu, A.; *vel* being the last word in fol. 45, and *seu* the first word in fol. 45 *b*, apparently the result of a slip of the pen; vel seu in E., the *vel* being underscored.

[2] *Date*] S. Luc. xi. 41.

[3] *viri*] D.; viro originally in A., but the *o* partially erased, and *i* interlined.

Archbishops of Canterbury.

decutiens. Et erat non inconsideratus dator, nec deperibat ejus liberalitas, quam discretio et animi condiebat alacritas; luxque vultus ejus non cadebat in terram, sed erat accipienti gratissima, sicut sol mane novo exoriens, qui discussis nubilis tranquillat ventos, et serenat aera. Expendebantur ergo pauperibus panes, calcei, et prorsus quæ ad victum pertinent et amictum. Denarii non dabantur, maturiori tractatu, consilio profundiori, quod hujusmodi vulgus, suffarcinato etiam marsupio, sicco concoquat ore famem. Et quasi aliquid sacrosanctum vitat dare pro victu[1] nummum, ne debilitet numerum. Clericis egentibus et monasteriis immensum quantum nummorum cumulabat, plerumque verecundiores ad rogandum invitans. Nec pudebat archiepiscopum, alte succinctum, pauperibus cibos apponere, et[2] tenuioris fortunæ scolares ad disputationum pugnam committere. Post verba utrique læti abibant, dum et victor scientiæ præmium et victus acciperet verecundiæ solatium. Edifitia ecclesiæ[3] cui sedebat, vorax flamma ante non multum consumpserat, cumulabantque ruinam aggeres parietum, disjecta tectorum. Ille, deturbatis veteribus fundamentis, suscitavit in ampliorem statum omnia; ignores majore pulchritudine an velocitate. Auxit enim bonæ voluntatis gloriam celeritatis industria. Et primo quidem monachos
[f. 24, a.] tumultuariis et angustis, post elaboratis et magnificis ædibus inclusit. Jam vero ex habundanti est dicere, quantum ibi ornamentorum congesserit, vel in palliis et sacratis vestibus, in quibus, cedente materia, manus aurificum vincebat expensarum pretium, vel in diversicoloribus picturis, ubi lenocinante splendore fucorum ars spectabilis rapiebat animos, et pulchritudinis gratia

And liberally supplies the necessities of the poor,

and of the needy clergy and distressed monasteries.

He himself waits on paupers, and encourages poor scholars.

His cathedral having been burnt, he rebuilt it quickly and magnificently.

Collected in it an immense quantity of valuable ornaments and vestments;

and spared no expense in decorating it superbly;

---

[1] *dare pro victu*] D.; originally attingere in A., but crossed through, and the words *dare pro victu* interlined; the like correction in E.; attingere, B. C.

[2] *et*] 7 et, A.

[3] *Edifitia ecclesiæ*] See the *Gesta Regum*, lib. ii. § 165, ed. Hardy.

Archbishops of Canterbury.

He recovers possession of the church lands,

and even compels Odo, bishop of Bayeux, the king's brother, to refund what he had extorted. [A.D. 1076.]

sollicitabat oculos ad lacunaria. Possessiones omnium villarum quæ, vel antecessorum incuria vel exactorum violentia, aliena ingemiscebant imperia, in jus domesticum revocavit, favente rege et manutenente, adeo ut etiam ab ejusdem regis[1] fratre Odone Baiocensi episcopo, et comite Cantiæ, placito extorqueret,[2] quæ ille injuste detinebat. Animus enim versipellis et fallax bona Cantuariensis ecclesiæ inhiaverat, et profecto pessumdedisset, nisi Lanfrancus obstaret. Prevalebat in eo animæ vivacitas, sed et beatissimi Dunstani[3] in eum favor effusus. Nam quotiescumque[4] in talibus cunctabundus, ne res male vergeret, suspensam differret sententiam, aderat ille soporato, detegens adversariorum argutias, et evadendi demonstrans semitas. Quinetiam quondam egrum, et cunctantis vitæ pertesum,[5] visione qua videretur cum eo luctam inîsse, eripuit discrimini, restituit bonæ valitudini.

Dunstan used to appear to him in visions, and direct him what course to pursue.

The monks of Canterbury given to secular sports and amusements.

§ 44. Monachi Cantuarienses, sicut omnes tunc temporis in Anglia, secularibus haud absimiles erant, nisi quod pudicitiam non facile proderent. Canum cursibus avocari; avium predam raptu aliarum volucrum per inane sequi; spumantis equi tergum premere, tesseras quatere, potibus indulgere; delicatiori victu et accuratiori cultu; frugalitatem nescire, parsimoniam abnuere; et cetera id genus, ut magis illos consules quam monachos pro frequentia famulantium diceres. Hoc ille conspicatus, aliquandiu patientiam tenuit, nec comminus pavidos roncho[6] austeritatis exterruit. Sciebat enim artis artium, id est regiminis animarum peritissimus, consue-

---

[1] *ab ejusdem regis*] D.; originally a proprio in A., but crossed through and ab ejusdem regis interlined; a proprio, B. C..

[2] *placito extorqueret*] The famous suit on Penenden Heath. *See* Wilkins, Concil. i. 323.

[3] *Dunstani*] Interlined in A.

[4] *quotiescumque*] The second syllable of this word not having been written with perfect distinctness, Malmesbury has interlined *-ties*.

[5] *pertesum*] D.E.; a word erased after pertesum, and the space left blank, A.; pertæsum angustias, B. C.

[6] *roncho*] A.; concho, B.; conto, C.; rancor, D.; Roncho, E., with *a* written above the first *o*.

Archbishops of Canterbury.

tudinem a natura esse secundam, et repentina morum conversione teneriores exacerbari animos. Quapropter blandis monitionibus per intervalla temporis, nunc illa nunc ista subtrahens, cote virtutum[1] rudes exacuebat ad bonum mentes, elimabatque ab eis vitiorum rubiginem. Et undecunque malorum extirpabat plantaria, continuo ibi[2] bonorum jaciebat semina. Nec prius abstitit quam, adulterinis abdicatis fetibus, ultronei geniales virtutum adoptarent successus. Sunt hodie ampliori quam uspiam Angliæ, ut decet, numero, religione Cluniacensibus non impares. Plurimus inest eis adhuc Lanfrancus, multa viri memoria, ingens in Deum devotio, pulcra in advenientes affabilitas. Manet nec [f. 24, b.] in ævum abolebitur communis in omnes, singularis in unumquemque, illius caritas. Quod nullum umquam tristem permitteret, sed si quenquam subnubilum videret, statim scitaretur[3] causam et quæreret, cognitæ impiger mederetur. Ultroneus juvenibus offerre denarios, quibus necessitudinum propriarum inopiæ occurrerent. Si datum fortuitu excideret geminare, idque clam aliis esse præcipere. Previdens præterea per totam Angliam monachis, ut nec deplorarent necessaria, nec claudicarent a regula. Jam enim episcoporum livor increverat, volentium ab episcopalibus sedibus monachos clericis immissis extrudere. Auctor hujus factionis fuit Walkelinus Wentanus, ad cætera bonus, sed in hoc ad pravum consiliis susurronum flexus, plus .xl^ta^. canonicos cappis et superpellitiis ornaverat. Regem in sententiam traxerat, et tantum moræ in medio, ut archiepiscopi consensum eliceret; is quominus haberetur, nichil dubitandum. At ille auditum facinus exhorruit; et tot potentum excogitatas machinas, ut

In which the archbishop was too wise to interfere too abruptly.

But gently and by degrees he converted and reformed them.

His charity, and alacrity in comforting those in distress.

He provides for impoverished monks;

many of whom were being ejected.

The author of this mischief was Walkelinus, bishop of Winchester.

Who persuades the king to sanction his proceedings.

The archbishop is horrified.

---

[1] *cote virtutum*] D.; originally written *uirtutes*, in A., but *v* added, apparently at the same time, above the line; *cotæ virtutum*, B.; cote virtutum, C.

[2] *ibi*] Interlined in A.

[3] *scitaretur*] A. E.; sciscitaretur, B. C.; scicitaretur, D.

Archbishops of Canterbury.

Prevails upon pope Alexander II. to prohibit the change.

casses aranearum solo intuitu[1] dissolvit; quinetiam, ne idem auderent posteri, egit ut Alexander papa scriptis inhiberet. Magnum id et laudandum, ut quod sedula sanctorum benignitas tempore regis Edgari inchoaverit, iste labefactari non permiserit. Quanvis iniqua comparatione factum hujus cum illorum facto pensitetur. Nam illi totius Angliæ magistri, arridente etiam rege, facile quod vellent efficerent; iste autem solus contra tot obsistentes rem profligaverit et vicerit. Abbatiam Sancti Albani per Paulum abbatem, quem ibi constituit, in eum quo nunc est statum provexit. In Rofensi episcopatu clerici servientes vix ad quaternarium numerum assurgere poterant, et ipsi cotidiani panis egentes. Hos per Gundulfum episcopum sustentans sumptibus propriis, monachos ad .lta. introduxit, quibus villa permagnifica data procuravit, ut non solum non afficerentur inopia, sed etiam victualium gauderent copia. Extra urbem Cantuariam[2] in aquilonali parte lapideas[3] domos omnibus egenis, in occidentali parte regia valetudine fluentibus ligneas[4] locavit, canonicis etiam apud sanctum Gregorium regularibus institutis, qui eis divina facerent officia;[5] divisis pro varietate sexuum habitaculis, sumptibus provisis, ministris delegatis. Hujusmodi tempore Willelmi majoris insistebat operibus, non multas de his[6] quæ ab eo petenda putasset repulsas passus. Nam ad ceteros minus civilis, illi erat affectuosus et dulcis. Laboranti ergo justitiæ, prebebat manum ne laberetur in præceps; ceterum multotiens vitæ suæ tedium apud amicos ingemiscens. Conjectabatque et prædicebat ex præsentibus futurorum [f. 25, a.]

Appoints Paul abbot of St. Albans. Supports the necessitous clergy at Rochester, and introduces monks there.

Builds houses outside Canterbury for the poor and diseased.

The king assists him in his undertakings.

---

[1] *intuitu*] D. E.; the *in-* of this word written above the line, A.; tuitu, B. C.

[2] *Cantuariam*] D.; interlined in A. and E.; omitted, B. C.

[3] *lapideas*] D. E.; originally ligneas, A., but *lign* crossed through, and *lapid* interlined; ligneas, B. C.

[4] *ligneas*] D. E.; originally lapideas in A., but *lapid* crossed through, and *lign* interlined; lapideas, B. C.

[5] *canonicis . . . . . officia*] B. C. D. E.; interlined in A.

[6] *de his*] B. C. D. E.; interlined in A.

pestem, vir sagacis animi et ævi maturus. Nec eum fefellit estimatio. Siquidem defuncto patre, junior Willelmus in regnum suffectus, cum Lanfrancum parum sibi coniventem offenderet, ingentibus promissis juris et æqui tenendi mollitum, ad suffragium suum avertit. Sed potestate potitus, multisque pro defectione principum pene omnium angoribus conflictatus, promissa negligebat. Quapropter sponsionis[1] ab archiepiscopo ammonitus, turbide respondit: 'Quis omnia potest facere quæ 'promittit?' His pertesus non moras longas in luce traxit, sed post annos .xix. archiepiscopatus[2] febrim nactus, cum medici consulti necessariam potionem respondissent, prius se confessione et viatico munivit. Hinc poculo sumpto, sed in contrarium verso, efflavit; qualem semper optaverat exitum sortitus. Hoc enim domesticis confitebatur se Deum precari, ut vel dissinteria vel febri urgente moreretur, quod hæ valetudines nec memoriam turbent nec loquelam implicent. Vir cujus industriam prædicabit Cantia, cujus doctrinam in discipulis ejus stupebit Latinitas, quantum omnes anni durabunt. Nam ipse pauca ingenii monimenta reliquit, decretales epistolas, et præcipuam contra Beringerium.

Archbishops of Canterbury.

William II. not so favourable to him.

Worn out by opposition Lanfranc dies, having been archbishop for 19 years. [May 24, 1016.]

His industry and his knowledge of Latin alike admirable.

His decretal letters and his epistle against Berengarius lasting monuments of his ability.

§ 45. Post eum vacavit sedes archiepiscopatus annis plus .iiii^or^. Rex enim malorum susurronum consiliis plus justo credulus, omnes sibi redditus annumerabat. Sed de talibus alias dixi, multum, ut decet, regiæ majestati deferens.[3] Ad præsens nos aliud urget opus, ut de suc-

The see vacant for over four years.

---

[1] *multisque . . . . . sponsionis*] D. E.; written upon an erasure, A.; nichil fuit malum quod non ageret, nichil quod non promitteret; præsentes provintialium calamitates minis pejorum acerbans. Super quos fallacis sponsionis, B. C.

[2] *post annos xix. archiepiscopatus*] D.; interlined in A.; omitted, B. C.; post annos xix. episcopatus, E.

[3] *enim . . . . . deferens*] D. E., and written upon an erasure, A.; Rex abjecto respectu omnis boni, omnia æcclesiastica in fiscum redegit. Juvenili calore et regio fastu præfervidus, humana divinaque juxta ponderans et sui juris estimans. Sed de ejus moribus alias locuti sumus, in hoc quoque pontificum opere, cum se causa dederit, dicemus, B. C.

Archbishops of Canterbury.

Eadmer quoted.

Account of Anselm.

Is born at Aosta;

his early pursuits and disposition.

He goes to Bec;

desires to become a monk.

When a boy his parents had devoted him to God.

His doubts as to whether he should become a hermit or a monk.

cessore Lanfranci rerum seriem protendamus. Quanquam non seriatim verba sed summatim facta exsecuturus[1] sim, prono favore domno Edmero cedens, qui omnia ita lucide exposuit, ut ea[2] quodammodo subjecisse oculis nostris videatur.[3] De Anselmo est sermo, qui in Augusta civitate oriundus, quæ se primam transcendentibus Alpes exhibet, mediocritatem natalium in clarissimam famam face virtutum suarum extulit. Puer litteris institit; pueritiam egressus, numquam vel lasciviori aspectu castimoniam turbavit. Patriam terram exeundi, patris ira adolescenti occasionem ingessit. Quam cum ille nullo posset lenire ingenio, ne domestica simultas in violationem naturæ transiret, abscessu fefellit suo. [f. 25, b.] Evasis Alpibus, cum volutaret anxius animi quo tenderet, divina dignatio fluctuantem serenavit. Normanniam ad Lanfrancum eundum, cum quo si moraretur, et patriæ necessitudine et litterarum fomite incolatum levigaret. Cum ergo Beccum venisset, non aspernanter a Lanfranco susceptus, magnum ei levamentum[4] ad scolas regendas fuit. Adolescebat interea virtus cum ævo, industria cum ingenio. Jamque vernans tempus ætatis, meditabatur in robur juventutis serpere, erat enim .xx^ti^viiⁱᵉᵐ. annorum, cum desiderio monasticæ religionis afflatus est. Nam et olim tenellus puer idem desideraverat, insignes ausus in angusto corpusculo versans. Petieratque et acceperat a Deo gravis morbi incommodum, quo parens uterque perterritus, Deo filium voveret. Tunc vero pluribus secum ratiocinationibus agebat, quid præstaret heremum sectari an monachum. Si monachum, utrum conduceret animæ diviti loco an

---

[1] *exsecuturus*] Originally written executurus in A., but *s* afterwards inserted.

[2] *ea*] D.; originally omnia ea in A., but the *omnia* crossed through; ea, B. C.

[3] *videatur*] D; subjecisse videatur in A., but the *subjecisse* crossed through; videatur, B. C.

[4] *levamentum*] D.; momentum originally in A., but *mo-* crossed through and *leva-* interlined; monimentum, B. C.

Archbishops of Canterbury.

tenui. Dives scilicet locus conferret otium pro ubertate redituum, sed afferret[1] penitudinis tedium pro copia necessariorum. Tenuis e contra pro[2] laboribus lasciviam excuteret, sed pro debilitate virium multiplicaret susurrum. Item utrum melius esset monachum fieri Becci, an alibi. Si Becci, frustra se ingenium trivisse in litteris, cum nullus esset ibi quem doceret, quod quamlibet magnam scientiam fama Lanfranci obscuraret. Si alibi, ubi pauci essent litteris probati, ex solitudine et singularitate scientiæ posse superbiam generari. Has ratiocinationes secum diu decoctas, in amantis sui Lanfranci sinum competenti evaporavit tempore. Ille ad Maurilium Rotomagensem archiepiscopum referendum censuit, quod esset monachus, et pro longevitate religionis sectarum omnium discretus arbiter.

As to whether he should settle as a monk at Bec or elsewhere.

He betakes himself for counsel to Lanfranc;

who refers him to Maurilius, bishop of Rouen.

§ 46. Quid morer? Prolatis et discussis rationibus, monachatus præfertur cunctis religionibus, quod soli monachi vivant sub alieno arbitrio, substernantur obedientiæ, valefatiant voluntati propriæ. Locus Beccus eligitur, ubi temperato inter egenum[3] et superfluum usu, nec labor frangeret nec mollities enervaret, ubi surgentem fastum in Anselmo premeret Lanfranci comparatio. Monachi non esse ut per doctrinam nundinetur famam, ut cupiditate gloriæ vendat litteraturam. Fit ergo ibi monachus; et post triennium translato Lanfranco ad Cadomum, prior ab Herlewino abbate institutus est. In quo offitio .xv. annis vitam suam omnibus virtutibus excoluit, juvenibus maxime intendens, quod pro ætatis teneritudine possent vel industria ad bonum vel incuria ad malum effigiari. Frugalitati adeo in-

He decides to become a monk and to settle at Bec.

Is made prior.

He exercises that office most beneficially for fifteen years.

---

[1] *afferret*] D.; auferret originally in A., but the *u* partially erased, and *f* written in its place; auferret, B. C. E.; in the last MS. there is the trace of *f* smeared out under the *u*.

[2] *pro*] si pro originally in A., but the *si* crossed through; also in E., but the *si* underlined; si pro, B. C. D.

[3] *egenum*] B. C. D. E.; egestum originally in A., but *-estum* crossed through, and *-num* interlined.

Archbishops of Canterbury.

suevit, ut tunc constricta vitalia, posteriori tempore, etiam si vellet, ampliori cibo aditum negarent. Peculiaritatis vitium cum in se voluntate tum in aliis predicatione, extirpabat, id esse solum dictitans quod diabolum e cælo, hominem e paradiso eliminaverit, quod ipsi Dei precepti transfugæ, voluntati indulsissent propriæ. Itaque proprio mentis arbitrio indulgentiam auferens, nichil omnino exterius aggregabat, omnis generis peccatum adeo cavens, ut diceret malle se esse sine peccato in inferno quam cum peccato in cælo. Dictum tunc plausibus exceptum, nunc intellectorem desiderat; sed alias quærendus expositor. Orationum et meditationum ejus instantiam indicat liber de his, Spiritu sancto, ut credimus, dictante, conscriptus, cujus ipse affluentiam bibulis hauserat medullis; soliloquiorum etiam ad se et allocutionum ad Deum libri, quibus cogitata omnium antecessorum evicit, vel, ut mitius dicam, in unum acervum coegit. Credulitatem enim nostram, quam illi auctoritate extorquere[1] volunt, ille ratione roborat, quod credimus ita esse nec aliter esse posse invincibilibus approbans argumentis. Discretione et patientia emulorum animos obtinuit, qui sibi prelatum illum dolerent. Sedulitate in defunctum juvenem, cæterorum omnium ad bonum accendit ignaviam, animavit industriam. Nec interea tacita in ejus pectore sine miraculis vivebat religio; sed non paucis signis Deus viri gratiam exhibebat. Cogitanti nocte quomodo Deus potuisset prophetis uno momento ostendere preterita, præsentia et futura, idem munus collatum. Reclusis enim a dormitorio in ecclesiam omnium parietum obstaculis, vidit monachum, cujus id curæ erat, a lecto egressum, funem signi tenere, quo monachos ammoneret surgere. Pudendorum sanies solo ejus visu in sanitatem refloruit, lavatura manuum ejus in potum sumpta leprosus luridam cutem exuit. Lan-

[f. 26, a.]

His great abhorrence of sin,

and his abounding with the Holy Spirit, testified by his writings.

Whereas others appeal to the credulity of their readers, he appeals to their reason.

His sanctity attested by signs and miracles.

He cures the diseased and sick

[1] *extorquere*] B. C. D. E.; interlined in A.

guidum morti vicinum, qui se videret a lupis immanibus circumseptum, beluinoque rictu devorandum, ideoque clamores horrendos eiceret, adventu suo fugatis hostibus, placida quiete donavit. Alter a desperato morbo per aquæ benedictæ jactum convaluit. Tertius illecebras carnis ejus benedictione evasit. Is fuit Boso, tunc juvenis, postea Beccensis abbas, qui cum Anselmo in libro 'Cur Deus homo' loquitur. Qui juvenis adhuc ab eo monachus factus, recentis professionis tedium patiebatur, veteris et jam desuetæ flammæ agnoscens et ingemiscens vestigia. Quapropter patri æstus suos confessus, hoc tantum responsi accepit: 'Deus[1] miserea-' tur tibi, fili.' Quo dicto, in animum patientis lux serena influens, coagulum vitiorum extenuavit et depulit.

Archbishops of Canterbury.

and by his blessing frees Boso, afterwards abbot of Bec, from his carnal desires.

[f. 26, b.] § 47. Defuncto dehinc Herlewino abbate, amplius munus suscepit, ab omnibus Beccensibus[2] in abbatem electus, quamvis multis excusationibus refugere niteretur. Hoc ille magis virtutibus inserviit,[3] de quibus par videretur aliquas perstringere, nam .xv. quoque annis hoc offitium exercuit. Sed quia est animus magis illa describere quæ ad archiepiscopatum ejus pertinent, furabor et pertransibo hunc locum. Castigat enim et præcipitat dicendi moras suscepti operis necessitas, ne reculcare videar quæ a clarissimo præoccupata sunt ingenio. Quamvis, sicut in aliis dixi, non videatur absurdum si virtutum ejus et operum indicem texuero; ut qui spatiosa illa volumina non attigit, isto instruatur compendio. Suscepto igitur in alteram vitam Lanfranco, deprædationes ecclesiarum ubique in Anglia, bonorum proscriptiones, exerceri. Mater ecclesiarum in Cantuaria fisco addicta regio, annuis et sepe etiam menstruis exactoribus vellicabatur. Tolerabilius enim propemodum videretur, si unius

Death of Herlewin, abbot of Bec. Anselm succeeds him, [A.D. 1079]

and holds the office for fifteen years.

The author will hasten over this period to describe his archbishopric.

Great extortions suffered by the mother church at Canterbury after the death of Lanfranc, in order to raise money for the crown.

---

[1] *Deus*] Genesis xliii. 29.

[2] *Beccensibus*] D.; interlined in A. and E.; omitted, B. C.

[3] *inserviit*] A.; inseruit, B. C. D. E., which is perhaps the better reading, but the passage is obscure.

Archbishops of Canterbury.

None of the bishops bold enough to oppose this.

cui consuesset, perpetuum imperium ingemisceret, quam novis et sibi semper succedentibus dominis subjaceret. Inter hæc apud episcopos grande silentium, nec erant canes qui latrare valerent. Nulla vox credebatur dolori, intra conscientiam strangulabatur juditium, ob unius hominis metum. Nam quid attinet loqui, ubi loquendo irrites odium, nec ullum nanciscaris emolumentum? Erat tamen spes nonnulla his malis posse imponi finem, si quando Cantuariensem archiepiscopum viderent, qui esset os omnium, vexillifer prævius, umbo publicus. Spargebaturque in vulgus rumor, haud equidem sine mente et numine Dei, ut arbitror, Anselmum fore archiepiscopum, virum penitus sanctum, anxie doctum, felicem futuram hujus hominis benedictionibus Angliam. Hujusmodi verba ad aures ejus perlata, continuerunt eum in Normannia totis .v. annis, quamvis crebro, causis ingruentibus, ultra mare advocaretur. Invitabat ergo eum multorum necessitas, sed retrahebat timor, ne, famæ melioris oblitus, raptari ambitione archiepiscopatus putaretur. Postremo, cum jam differre sine dispendio animarum nequiret, in Angliam navigavit,[1] conscientiæ suæ puritatem Deo sacrificans. Cæterum quid homines loquerentur, ipsi viderent, cum quantum sua interesset, eorum obloquia, honesta diu conversatione vitasset. Simul et jam rumor de ejus archiepiscopatu, minas olim intentans, longinquitate temporis detepuerat.

Hopes entertained that an efficient archbishop of Canterbury might put a stop to these evils.

A report spread that Anselm was to be appointed archbishop. Belief that a man of his learning and piety will be a blessing to England.

The rumor reaches him in Normandy.

He is solicited to accept the archbishopric, but hesitates.

At last consents and sails for England. [Sept. 1092.]

In the meanwhile the rumor of his appointment dies away.

There are various other causes for his arrival.

§ 48. Adventus plures et rationabiles fuere causæ, sed hæ præcipuæ. Ut abbatiam apud Cestrum firmaret, quam ejusdem civitatis comes Hugo[2] monachis potissimum Beccensibus implere volebat. Ut eundem [f. 27, a.]

---

[1] *in Angliam navigavit*] D.; interlined in A., and on the margin of E.; omitted, B. C.

[2] *comes Hugo*] Hugh de Abrincis, surnamed Lupus, earl of Chester, nephew of William I., being his sister's son. He ejected the secular canons from St. Werburgh's, Chester, in 1093, establishing in their room an abbot and convent of Benedictine monks from Bec. He died in A.D. 1101.

Archbishops of Canterbury.

Hugonem jamdudum languentem visitaret, qui quanquam in supremis positus, omnium in confessione supercilium recusans, Anselmum expetebat; veteris amicitiæ pignus apud eum depositurus si moreretur. Ut prediorum suorum vectigalia lenito intercessionibus suis rege levigaret. Et prima quidem continuo expediit, tertium vero absoluturus curiam contendit. Nec molles, ut alii, rimatus aditus, statim ut venit, pro sanctitatis reverentia in interiora admissus est. Data secreti copia, cuncta[1] quibus regem[2] accusabat fama incunctanter aperuit; necessitates quoque suas modeste allegans.[3] Ille omnia negotia Beccensis ecclesiæ ad arbitrium rectoris componens, ceterarum rerum[4] amaritudinem cachinno dissolvit. Famæ licentiæ non se posse obviare dictitans; ceterum sanctum virum non debere illa credere. Neque enim procatiore responso exsufflare hominem tunc volebat, sciens quanti eum pater et mater pendere soliti essent dum adviverent. Nam et hoc in rege magnificum videri debet, quod qui omnia pro potestate facere posset, magis quædam joco eludebat, ad sales multa extra juditium animi transferens.[5] Cum enim[6] ab episcopis ei suggereretur, ut permitteret orationes per regnum fieri quo Deus ei dignaretur inspirare ut matrem ecclesiarum pastore sullevaret, respondit ludibundus, risu iram dissimulans: 'Orate quod vultis;

He goes to the court, and is admitted to a private audience of the king.

He tells the king how evilly he is reported of, and discloses his own necessities.

The king settles all matters connected with Bec as he wishes; and laughs at the reports concerning his own evil doings.

He says that Anselm ought not to believe them.

For that he as king treated many things as a joke with which he ought to have been very angry.

Thus, when the bishops requested to be allowed to pray that he would appoint an archbishop,

---

[1] *cuncta*] D. E.; written above an erasure, A.; flagitiorum obscenitatem, B. C.

[2] *regem*] B. C. D. E.; eum originally in A., but crossed through, and *regem* interlined.

[3] *allegans*] accusabagans originally in A., the eye of the writer having apparently been distracted by the *accusabat* of preceding line; the *-ccusaba* is however crossed through, and *lle* interlined.

[4] *ceterarum rerum*] D.; the word *rerum* interlined in A. and E.; ceterorum, B. C.

[5] *Nam . . . . transferens*] D. E.; written upon an erasure, A,; Licet nulla Dei consideratio, nulla cujuscunque hominis sanctitas ejus proterviam sedare possent, adeo cuncta quæ sibi dicebantur vel turbida ira vel facetis ut sibi videbatur salibus eludebat; quod his diebus propalatum est. Cum ab episcopis, B. C.

[6] *enim*] D. E.; interlined in A. omitted, B. C.

Archbishops of Canterbury.

he said laughingly that 'no prayers would change his determination.'

Again, he joked about Anselm's not wishing for the archbishopric.

'ego fatiam quod placebit, quia nullius umquam 'oratio voluntatem meam labefactabit.' Item cum in consessu procerum de Anselmo haberetur verbum, unus intulit ipsum esse solum nostro tempore nullius honoris cupidum. Tum ille subsannans, 'Nec, ait 'archiepiscopatus Cantuariensis?' Quod cum ei æque a colloquente negaretur, affirmavit Anselmum omnia pedibus manibusque acturum, si modo ullius spei honorem illum[1] consequendi nancisceretur spiritum. 'Sed, 'per sanctum,' inquit, 'vultum de Luca, et ipse et omnes 'archiepiscopatus competitores hoc tempore mihi ce-'dent, quia ego archiepiscopus ero.' Taliaque frequenter ingeminans, mox vim morbi gravem persensit; quo aucto, post paucas horas decubuit. Ac[2] tum forte Anselmus a tumultibus curiæ se removerat; sed pernicitate a rege directi nuntii concitatus, desideranti præsentiam suam exhibuit. Cujus confessione ex consensu episcoporum suscepta, de peccatis dolentem instituit, ut virgam emendationis indicem per episcopos [f. 27, b.] qui tunc frequentes convenerant, super altare vadem mitteret, viduatis ecclesiis pastores sufficeret, exules restitueret, vinculatos expediret. Facit[3] ille omnia, nichilo remissiore devotione quam si a Deo juberentur. Urgebat eum amarior valitudo, penasque delictorum reposcere sperabatur. Tunc commode ad circumstantes sermonem produxit egrotus, de consolatione Cantuariensis ecclesiæ, in episcopos ejus rei considerationem transmittens. Plausu exceptum est verbum, ibatque clamor cælo bona et salutem regi optantium. Transfunditur tamen in eum consultationis dignatio, pronisque mentibus in assensum regium pendetur, ut quem ipse dignum pronuntiaret, cuncti profecto susciperent. Ita ille cubito sese attollens, 'Hunc,' ait,

At last he becomes very ill and takes to his bed.

Anselm at his request attends him.

He receives his confession, and orders him to make amends for his evil doings.

The king obeys him in all things. He consults the bishops about the church at Canterbury.

Their joy at the king's reformation.

He appoints Anselm archbishop.

---

[1] *honorem illum*] B. C. D.; honoris illius originally in A., but *-is illius* crossed through, and *-em illum* interlined, and the like alteration in E.

[2] *Ac*] A. D. E.; At, B.; Attamen, C.

[3] *Facit*] A. D. E.; Fecit, B. C.

Archbishops of Canterbury.

'sanctum virum Anselmum eligo,' ingenti subsecuto fragore faventium. Hoc audito, securitatem Anselmi pectoris pavor hausit, simul et faties impalluit. Conantem super his excusationes moliri, in partem tulerunt episcopi. Et primo quidem his verbis deliniunt: Gratularetur tempori quod Deus ipse proculdubio amministrasset, ut per ejus archiepiscopatum possent tot per Angliam mala recidi, perturbationibus omnibus dexter modus imponi. Prenuntiaret ille quod fieri in Dei rebus vellet, se non defuturos ejus[1] suffragio; ille Deum pro eis oraret, ipsi forensia, si qua essent, pro eo susciperent. Susciperet ergo benigne quod divinitus regi feroci videbatur inspiratum, ne omnium perversitatum quæ deinceps in regno emergerent culpabilis esset. Talia jactabant. Sed ipse, futurorum præsagus, omnes eorum ratiocinationes levi responso exivit:[2] Tanto ponderi se pro ætatis debilitate non esse congruum; præsumptuosum si juvenis quilibet tantum temptaret laborem, nedum ipse cui sanguis heberet et cujus vires emula senectus carpsisset; secularia negotia se nescire, quia nollet scire quorum occupationes semper post monachatum horruisset; liberum affectans animum, voluptati sanctarum Scripturarum intendere; velle illos dissonantiam facere, ut aratrum sanctæ ecclesiæ, quod in Anglia duo boves validi, et pari fortitudine ad bonum certantes, id est rex et archiepiscopus Cantuariensis,[3] debeant trahere, nunc ove vetula cum tauro indomito jugata, distorqueatur a recto: 'Et ego,' inquit, 'sum ovis vetula, qui si quietus essem verbi
[f. 28, a.] 'Dei lacte et operimento lanæ aliquibus possem fortassis non ingratus esse; sed si me cum hoc tauro conjungitis, videbitis pro disparilitate trahentium aratrum non recte procedere. Nullum ergo de hoc facto emolumentum habebitis, immo dum timor ves-

The bishops congratulate Anselm.

Anselm expresses his doubts as to his capability for the office.

He enunciates his difficulties and intentions in a parable;

[1] *ejus*] A. D. E.; omitted, B.
[2] *exivit*] A. D. E.; exuit, B.
[3] *id est rex et archiepiscopus Cantuariensis*] B. C. D. E.; interlined, A.

Archbishops of Canterbury.

and gives reasons why he ought to decline the honour.

'tra oppilaverit ora, videbitis ecclesiam, cui inconsulte consulere vultis, vivo pastore carentem. Preterea, cum sim alterius regni abbas, quam indecens et ambitione plenum sit videtis, ut defraudem monachos quibus tutelam, et archiepiscopum exhonorem cui professionem debeo.' Eo instantius illi urgere, et omnibus quæ objecerat festinam medelam promittere. Rex quoque, nuntiata sibi obstinatione repulsæ, per paternam et maternam amicitiam obtestari ne suæ detrimento animæ velit in sententia permanere. Quinetiam omnibus ad ejus pedes provolutis, ipse quoque in fatiem concidit, nullisque flectebatur heros lacrimis, nullis lactabatur promissis; adeo, ut postea sub obtestatione[1] deitatis dicebat, tunc anxius, ut si voluntas Dei esset, mallet carere spiritu quam tanto curarum fluctuare estu. Quin et monachos suos præsentes de suffragio lacrimabiliter appellabat, donec episcopi mutuo se cohortati, impetum quasi in hostem conjurant. Itaque pars a tergo, pars ab ante, ad lectum eum[2] jacentis impellunt, arreptæque manus digitos, quos stricte in volam curvaverat, erigere conantur; aliquantoque labore cassato, quod fortitudinem in viro suscitaverat ira et dolor, vix indici levato, cum ille pro violentia voces dolentis exprimeret, baculum pastoralem apposuere. Stringentes continuo manum ne abiceret, traxerunt potius quam duxerunt in ecclesiam, solemnia pro more munia exsecuti. Et licet læta vox omnium *Te Deum laudamus* canentium diverberaret aures,[3] ille nisu quo poterat clamabat: 'Nichil est quod agitis; nolo, non consentio.' Regressusque ad regem, illum propediem melius habiturum dixit, se non consensisse violentiæ, ideoque omnia quæ facta fuerant de hac re in se in irritum deduci

The king and the bishops all entreat him to accept it.

His great distress and perplexity of mind.

The bishops force the pastoral staff into his hand,

and drag rather than lead him into the church.

He still protests against their violent consecration of him;

and declares that it is null and void.

---

[1] *obtestatione*] A. D. E.; obstinatione, B.

[2] *eum*] D.; written on the margin of A.; interlined, E.; omitted B.

[3] *aures*] B. C. D.; over this word *auras* is interlined in A.; aures, with *a* written over the *e*, E.

posse et debere. His dictis, comitatus magnatibus, excedens curia successit hospitio, lacrimas ubertim fundens,[1] multoque dolore gravis. Tali igitur gestu, internæ voluntatis interprete, magis accendit decumbentis animos, ut statim juberet eum pronuntiari in vulgus archiepiscopum, investirique omnibus quæ ad ecclesiæ Cantuariensis spectant redditus.[2] Urbem [f. 23, b.] præterea Cantuariæ quam archiepiscopus Lanfrancus habuerat ex benefitio, isti concessit ex solido. Actum anno ab Incarnatione Domini millesimo .xc°. iii°., pridie nonas Martii[3] prima Dominica .xl^mæ^.

Archbishops of Canterbury.

Nevertheless the king proclaims him archbishop, and invests him with all the revenues and dignities held by Lanfranc.

Sunday, March 6, 1093.

§ 49. Anselmus igitur in prædia ecclesiastici juris abiit, et rex discussa infirmitate convaluit. Impigre enim quod[4] inceperat urgebat, ut Anselmum in archiepiscopatu firmaret. Missique sunt nuntii Normanniam cum litteris regis ad archiepiscopum Rotomagensem et monachos Beccenses, qui liberam ei cessionem impetrarent. Illi quoque rationem rei quam petebantur diligenti lance pensantes, aliquantis controversiis prolatis et eventilatis, tandem concesserunt. Sed suspendit ordinationem ejus simultas inter regem et ipsum irrepens, hujuscemodi de causa. Convenerat eum rex favorabilibus assentationibus, ut possessiones ecclesiæ Christi quas ipse abalienaverat, voluntaria dignatione in clientum suorum jus æternum transcriberet qui illas post decessum Lanfranci per ejus donum invaserant. Negavit Anselmus infligere dampnum ecclesiæ cui nichil ipse contulisset. Commota ex his principis bile, quod

Anselm departs to his duties, and the king recovers from his illness.

Messengers sent to the archbishop of Rouen and the monks of Bec to obtain leave for Anselm to accept office.

After some hesitation they grant it.

A dispute between the king and Anselm about the revenues of the church.

Anselm refuses to hand them over to the king's clients.

---

[1] *fundens*] D.; ciens originally in A.; sciens, E.; profundens, B. C.

[2] *redditus*] Originally written *reditus* in A., but *d* interlined; reditus, B.

[3] *pridie nonas Martii*] A. D. E.; pridie nonas Novembris, B. C.

[4] *convaluit. Impigre enim quod*] D. E.; after *convaluit* there is a blank erasure of five lines in A.; convaluit. Nec moratus, omnia bona promissa retorsit in contrarium, audentior ut ipse fatebatur in Deum malis irrogatis. Furebat plane et bachabatur, [adeo] ut Gundulfo Rofensi episcopo monenti ut a Deo castigatus, ex hoc circumspectius viveret, non temperaret dicere, 'Per 'vultum de Luca, nunquam me 'Deus bonum habebit pro malo quod 'mihi faciat.' Tunc tamen quod, B. C.

Archbishops of Canterbury.

The king's anger, and postponement of Anselm's consecration.

Anselm's joy at the prospect of leading a private life; he having already resigned his abbacy at Bec.

At length, however, the king is persuaded to appoint him.

ante de pontificatu ejus summo celerabatur[1] studio, dilatum et pene omissum. Unde egregia mens ejus assurrexit lætitia, sperans se omni prælationis defunctum munere, et in solitariam vitam transferendum. Jam enim abbatiæ dato baculo decesserat, per Rotomagensem archiepiscopum Willelmum absolutus. Solebatque et tunc et sepe profiteri, quod ad nullam prelationem valeret, nisi ad prioratum claustri, quia et gauderet otio, et aliis laboribus impar,[2] linguam ad benedicendum promptam haberet. Veruntamen multo fluente tempore, omnium querelis rex[3] turbatus quod carentes rectore pessumirent ecclesiæ, vix persuasit ei, ut suscipiens archiepiscopatum, consensu suo cunctorum roboraret desiderium. Ingentibus autem[4] promissis quæ ipsas onerarent auras[5] effusis, quæ hominem illicerent, tardantem impellerent. Regalia ergo pro more illius temporis principi fatiens, .vii^{mo}. kalendas Octobris Cantuariæ assedit; sed pridie nonas Decembris ab omnibus episcopis Angliæ sollennia episcopalia suscepit. Fuitque prognosticon ejus: 'Vocavit multos,[6] et misit servum suum 'hora cœnæ dicere invitatis ut venirent, quia parata 'sunt omnia; et ceperunt simul omnes excusare.'[7]

September 25.

He is consecrated at Canterbury, 4th December.

---

[1] *celerabatur*] A. D. E.; celebrabatur, B. C.

[2] *impar*] Interlined in A.

[3] *rex*] D.; interlined in A. and E.; omitted, B. C.

[4] *autem*] Interlined in A.

[5] *auras*] A. D. E.; aures, B. C.

[6] *vocavit multos*] S. Luc. xiv. 16, *et seq.*

[7] *excusare*] This is the last word of fol. 28, b.; fol. 29 commences with the words, Veruntamen cum ille; and the connecting sentence between the two, Nec multo post . . . . eligeretur, is written on the lower margin of p. 56. It appears on examination that this connecting sentence was added by Malmesbury to supply the place of an entire folio, which he had cut out between folios 28 and 29. B. and C., transcribed before the excision had occured, thus supply the passage :—excusare. Nec diu stetit regalis fidei integritas, quin ipso die primi in archiepiscopatum introitus mitteret Rannulfum [Radulfum, C.] quendam clericum, contra eum de propriis æcclesiæ rebus disceptaturum. Qua ille insolentia turbatus animum, multa sibi non prospera in honore illo eventura et præsagiit et prædixit. Rex enim in eum et [in] omnes venabatur lites; commentabatur causas, quibus congregaret pecunias. In exactionibus

Nec multo post rex mare transiit. Erant his diebus duo competitores Romani præsulatus, Guiber-

Archbishops of Canterbury.

The king soon after this goes abroad.

Contest at Rome between Wibert

sevus; in male partis dispertiendo prodigus: ibi harpiarum ungues, hic Cleopatræ luxum; in utroque impudentiam prætendens. Si quis ei sponte quid obtulisset, nisi quantitas dati suæ conveniret menti, statim obliquo intuitu [offerrentem] exterrebat, quoad illum ad quas liberet doni conditiones adduceret. Hac versutia cum multum questum conflasset ex aliis, in Anselmo utilitate spei lapsus est. Nam cum ei quingentas libras obtulisset, sperans valiturum Dei rebus, ut eo muneribus delinito loqueretur securius, rex more suo exiguitatem muneris suo criminatus est responso. Cumque nec precibus flecteretur dicentis ut tantillum grate susciperet, habiturus cum expediret episcopali liberalitate plura servili importunitate nichil, effecit ut archiepiscopus argentum sibi diffinitum egenorum commodo annumerari præciperet. Exhilaratus plurimum, et religionis rigorem læto paululum risu deflectens, quod per hanc repulsam Deus integritatem famæ suæ conservasset. Nam quia nichil tam recte fit quod depravari verbis non possit, exciperetur profecto in malum si dedisset argentum, dicereturque fecisse propter simoniam quod voluisset fieri propter roborandam Dei causam. Hinc Willelmus succensus, toto post hæc tempore perpetuum contra eum suscepit discidium. Letabaturque invenisse se causam qua ejus confidentiam deprimeret, ne pontificali auctoritate ad reprimenda vitia assurgeret. Denique cum transfretaturo leniter suggereret ut concilia celebrari permitteret, abbates abbatiis desolatis præficeret, petulantiam in primum sexum edicto compesceret, omnia ille retulit adversantia. Exploratum se habere quod illi magno sit contemptui, qui sibi audeat loqui ea quæ nunquam Lanfrancus præsumpsisset patri suo dicere. Celebranda concilia cum vellet, in concilio dicenda quæ præciperet, abbatias suas esse, de his se facturum quod liberet, perinde ut ipse faceret de villis suis quod sibi in mentem veniret. Tum Anselmus animadvertens offenso principis animo, se frustra contra torrentem brachia tendere, per nuntios deprecatus est ut vel se plena gratia in amicitiam reciperet, vel qualitatem commissi ediceret. Non defuturum se judicio secundum gravedinem delicti, non diminuta reverentia gradus sui. Relato responso quod de nullo eum culparet, nec tamen in gratiam reciperet, quia non audiret quare, ille intelligens quo res vellet vergere, consuluit tamen et elicuit ex responso episcoporum occultum dicti misterium. Pecuniam esse qua posset placari mens regia, si redderetur vel ejusdem vel majoris summæ quam fuerat ante oblata. At archiepiscopus indignitate dicti caput concutiens, 'Absit,' ait, 'ut ve-
' nalem domini mei gratiam faciam;
' putans exilis et perituræ rei precio
' comparari posse tantæ majestatis
' excellentiam. Quam si eum vendere
' velle putavero, tantæ feditatis es-
' timatione dominum meum exho-
' noro, cui fidem et honorem debeo.
' Itaque nec quod ante promisi
' dabo, quia in meliores usus est
' expensum, nec aliud, quia expi-

Archbishops of Canterbury.

and Urban for the papacy.

The opinion of England is divided; but the king is in favour of Wibert.

Anselm supports Urban, in accordance with the intention he had avowed to the king;

and upon the king's return asks his permission to go to Rome to be invested by pope Urban.

Renewed anger of the king at his request. He abuses Anselm for calling Urban 'pope' without his leave.

tus et Urbanus,[1] summi ambo et præstantes viri, neuterque alteri pro persona cedebat. Consensu dubio fluctuabat Anglia, in Guibertum tamen pro metu regis inclinatior. Anselmus jamdudum Urbanum in papam susceperat, idque rege non abnuente exceperat cum ad archiepiscopum eligeretur.[2] Verun- [f. 29, a.]
tamen cum ille redisset in regnum, cassus molimi-
nis quo meditatus fuerat fratrem provintia spoliare,
adiit eum pontifex petiitque licentiam Romam eundi
pro pallio sumendo a papa Urbano. Hoc dicto rex,
ut semper calori pronus erat,[3] novas causas irarum
invenit; excitatusque in malum[4] pronuntiavit, non rec-
tam eum[5] fidem sibi quam promiserat posse servare,
si sine sua licentia Urbanum vel quemlibet papam

'latione hominum meorum nolo 'mercari unius hominis amicitiam. 'Forsitan enim et hac occasione ira- 'rum causis assuesceret, ad quas le- 'niendas rusticorum tenues fortunas 'paulatim absumeret.' His ratiotinationibus malivolentia delatorum apud regias aures exaggeratis, adeo efferbuit, ut continuo eum abire jubens a curia, omni patriarchatus ejus subjectioni renuntiaret. Ita ille in Normaniam, Anselmus in Cantiam discesserunt; ille tumentibus et efferatis animis, ille leni mente medelam malorum per Deum operiens.

Erant his diebus duo competitores Romani præsulatus, summi ambo et prestantes viri. Uterque causam verisimilibus rationibus fulciebat. Urbanus electione cardinalium, Guibertus electione imperatoris Theutonum, cujus esset Roma et Italia. Neuter ergo pro persona sua cedebat. Guiberto necessitatem subjectionis ministrabat terrarum tractus qui sub imperio illius jacet; Urbano favebat omnis Gallia et Normannia, et cetera usque ad Oceanum Brittannicum. Incertum cui faveret Divinitas, nisi quod Urbani fama prosperius crementum sumebat. Consensu dubio fluctuabat Anglia, in Guibertum tamen inclinatior propter metum regis. Anselmus jamdudum Urbanum in papam susceperat, ut alterius provintiæ abbas, idque rege non abnuente exceperat inter alia, cum eum ad archiepiscopatum impelleret, B. C. D. and E. as in text.

[1] *Guibertus et Urbanus*] D.; interlined in A. and E.

[2] *Nec multo post . . . . eligeretur*] This passage is written in a smaller character on the lower margin of A.

[3] *calori pronus erat*] A. D. E.; furori erat, B.; pronus furori erat, C.

[4] *malum*] D.; *bilem* written upon an erasure, but crossed through, and *malum* interlined, in A.; *malum* written above *bilem*, E. Excitatusque in furiam, ausus est pronuntiare non rectam fidem quam, etc. B. C.

[5] *eum*] D.; interlined in A. and E.

appellaret. Differendum id ad frequentiorem conventum respondit Anselmus, serioque tractandum, utrum ideo fidelitatem terreni domini debilitaret si vicarium sancti Petri appellaret. Magnis ergo utrinque motibus, magnis consultationibus actum. Eratque ratiocinatio regis hujusmodi: Consuetudo regni mei est a patre meo instituta, ut nullus præter licentiam regis appelletur papa. Qui consuetudines regni tollit, potestatem quoque et coronam regni violat. Qui coronam mihi aufert, inimicitiis et infidelitate in me agit.[1] Respondebat Anselmus: Dominus contra sapit, qui hanc quæstionem duobus præceptis absolvit et enodem reddidit. Quid enim fidelitatis debeamus vicario beati Petri ipse docet: 'Tu es Petrus,[2] et super hanc 'petram edificabo ecclesiam meam; et tibi dabo 'claves regni cœlorum, et quodcunque ligaveris super 'terram erit ligata et in cœlis, et quodcunque sol-'veris super terram erit soluta et in cœlis.' Et communiter omnibus: 'Qui vos audit[3] me audit, et 'qui vos spernit me spernit.' Et iterum: 'Qui vos 'tangit,[4] quasi qui tangit pupillam oculi mei.' Porro quid debeamus regi alias declarat: 'Reddite[5] quæ sunt 'Cæsaris Cæsari, et quæ sunt Dei Deo.' Reddam ergo sine offensa in his quæ Dei sunt vicario beati Petri obedientiam; et in his quæ terrenæ dignitati domini mei competunt, fidele auxilium et consilium pro nosse meo non subtraham. In his exsequendis omnes episcopi Angliæ primati suo suffragium negarunt, partes agentes mercenarii et libertatis profugi. Et quasi parum id esset, omnem ei obedientiam et subjectionem abnegaverunt.[6] Incentor et vexillifer factionis erat Willelmus Dunelmen-

Archbishops of Canterbury.

Anselm answers him, and the case is discussed between them.

The arguments of the king stated.

Anselm's reply.

The English bishops refuse to support the primate, and deny obedience.

---

[1] *agit*] D.; agitur originally in A. and E., but *ur* erased; agitur, B. C.

[2] *Tu es Petrus*] S. Matth. xvi. 18, 19.

[3] *Qui vos audit*] S. Luc. x. 16.

[4] *Qui vos tangit*] Zach. ii. 8.

[5] *Reddite*] S. Matth. xxii. 21.

[6] *abnegaverunt*] D.; after the word a blank erasure of half a line in A.; abnegaverunt; rege jubente et initium defectionis faciente, B. C.

Archbishops of Canterbury.

William, bishop of Durham, heads the faction against him, in the expectation of obtaining the archbishopric upon the dismissal of Anselm; or else he hopes that Anselm will retire voluntarily.

His reasons for not doing so.

sis episcopus, homo importunæ facundiæ et ambitionis infestæ, qui speraret archiepiscopatui intrudi, Anselmo depulso; ideoque improbius insistebat negotio, promiseratque regi futurum sua solertia ut ille cederet honori, sponte reddito baculo et anulo. Sed ventilabat ingenium adverso Deo, cum omnia ejus et cæterorum consilia longis ambagibus volutata, uno contudit responso: Si quis esset qui probare præsumeret quod ideo fidem [f. 29, b.] terreno negaret regi quia appellaret vicarium beati Petri, esset ipse contra paratus cui et ubi deberet respondere. Eo magis illi animis labefactati, majorem quam opinabantur animadverterunt viro inesse prudentiam, quod sciret non debere archiepiscopum Cantuariæ judicari nisi in consistorio apostolici. Ita tota acumine limatorum in consiliis virorum inaniter adversus eum cui Deus aderat certabatur. Nam quæcunque dicenda putassent, statim inventa ratione, sicut vehementi flatu casses aranearum dirumpebat. Adeo immotus animo et sollicitudinis vacuus, ut illis in partes secedentibus et dicta sua huc et illuc ponderantibus, ipse sopori ad parietem reclinatus indulgeret. Eodem vultu, mente inconcussus, nec ira turbulentus nec metu anxius; tranquillitatem animi, et ipse fatebatur, et fatiei prætendebat hilaritas. Surrectum ergo in clamores et furias, Dunelmensi episcopo palam pronuntiante eum[1] qui ratione non possit compesci debere vi opprimi. Reclamatum est a proceribus, qui multo magis quam episcopi ab injuriis archiepiscopi temperandum censebant. Denique jussi[2] ut ei subjectionem abnegarent, prorsus refutarunt, dicentes Christianos se esse, nec velle in aliquo archiepiscopi sui voluntati resultare. Id rex,[3] quamvis moleste tulisset, formidine tamen majoris tumultus iram intra fauces repressit,[4]

He assumes great unconcern and cheerfulness.

Anger and disappointment of the bishop of Durham.

He meditates employing force against Anselm.

The nobles, however, take the part of the archbishop, and decline to oppose him.

The king, although indignant, represses his anger,

[1] *eum*] Interlined in A.

[2] *Denique jussi*] D. E.; a blank erasure of a word after *Denique* in A.; Denique a rege jussi, B. C.

[3] *rex*] D.; ille originally in A., but crossed through, and *rex* interlined; ille, B. C.

[4] *repressit*] D. E.; written over an erasure, A.; absorbuit, B. C.

Archbishops of Canterbury.

tum quoniam sponsio episcoporum non bene processerat, in eorum reclinatur consilium, volens ut Anselmus baculo privatus et anulo pelleretur regno. Sed cum id vi nequiret obtinere, et ille se quidem Anglia[1] cedere, sed insignia et nomen non reddere profiteretur, dilata omnia cum bona pace ab idibus Martiis quæ tunc erant ad octavas Pentecostes. Hoc illi jam vacationem meditanti, cum proceres renuntiassent, producto suspirio gemebundus retulit: 'Quanquam ex præteri-
'tis futura non nesciam, tamen ne omnia meo videar
'urgere arbitrio, pacem amplector, quantum mea refert
'ab ea non deviaturus. Qui violator pacis extiterit,
'ipse quantum ad Deum est viderit.' Nec fortuitum dictum viri[2] a veritate decidit. Nam ante præfinitum tempus multa ei impacta contraria, camerarius ejus ad pænam ante suos oculos abreptus, quidam quorum consiliis potissimum innitebatur ultra mare fugati. Arguta malignitatis consilia ad ejus honoris detrimentum excogitata et ad rem deducta. Nuntii duo, singulares versutiarum artifices, ipso ignorante et nichil minus suspicante,[3] Romam missi ut explorato urbis statu agerent apud papam, ut pallium regi mitteret
[f. 30, a.] tradendum cui liberet. Strenue illi et impigre quæ jussi fuerant exsecuti, Albanensem episcopum Walterium ex præcepto Urbani papæ Angliam adducunt. Is Dofris appulsus, clam Anselmo curiam venit, ingentibusque promissis[4] animum Willelmi sitientem explevit. Si Urbanus in Anglia reciperetur ad papam, fore ut quæcunque rex petenda estimasset, ille privilegio sedis apostolicæ roboraret. Ceterum ad causam archiepi-

but still wishes to degrade and banish Anselm.

The archbishop professes his willingness to leave England, but not to resign his title and dignities.

The matter is put off from 15th March till the octaves of Pentecost.

The archbishop promises that whatever may be the provocation he will maintain peace.

Insults and injuries offered to him.

Messengers sent secretly to Rome, to influence the pope against him.

Urban sends Walter, bishop of Albano, to England.

He lands at Dover, and goes clandestinely to court; plots with the bishop of Durham.

Promises that if Urban is recognised in England as pope, Rome will sanction all the king's acts.

---

[1] *Anglia*] D.; interlined in A. and E.; omitted, B. C.

[2] *viri*] A. D. E.; uiri Dei / videri } B.; viri Dei, C.

[3] *Nuntii . . . . . suspicante*] D. E.; written partially over an erasure, A.; clerici duo, singulares versutiarum artifices, Girardus et Willelmus, ipso ignorante et nichilominus suspicante, B. C.

[4] *promissis*] The last syllable of this word interlined in A.

Archbishops of Canterbury.

The king refuses to banish Anselm;

but publishes an edict declaring Urban to be the rightful pope.

Interview of the bishops with Anselm.

They tell him that he ought to be friends with the king,

because he had obtained the pall for him from Rome.

scopi nichil suffragii, nisi quod rogatus ut eum expelleret, impossibile factu respondit, ut vir celebratissimæ sanctitatis et scientiæ et in præsulatum introductus legitime deturbaretur, nullius obnoxius culpæ. Continuo igitur edictum per provintiam promulgatur Urbanum apostolicum debere dici et credi. Eo audito mirari Anselmus, cum ecce frequentes episcopi ad eum missi venere. Pertemptatoque[1] sensim homine utrum ad redimendam regis amicitiam esset infractior, cum nichilo mutatum experirentur, quod latebat aperuere. Dominum regem sua opera et impensa pallium a Roma meruisse, suoque labore transegisse negotium quod illi multis constaret marcis; par esse ut tanto principis benefitio digno respondeat muneris offitio. Ingemuit ille doli machinam in effectum deductam, dicta episcoporum largis suspiriis excipiens; negavitque se quicquam propter hoc daturum, quia parvi estimaret benefitium cujus amplitudinem ipsi[2] tantipenderent. Per hæc rex edoctus nullo modo mentis ejus robur enervari posse, ut in amicitiam suam cederet, salva dignitatis suæ magnanimitate, ultro expetiit et impetravit. Dataque ei publice potestate ut per totum regnum primatus sui jus exerceret libere, dies præfixa quo Albanensis episcopus cum pallio Cantuariam veniret. Venienti, et sacrum insigne in vase argenteo deferenti, vulgo applausum, ab archiepiscopo nudipede sed sacerdotalibus

Which Anselm declares that he values very little.

The king seeks to be reconciled to him.

And publicly grants him all the archiepiscopal rights.

---

[1] *Cæterum . . pertemptatoque*] D. E.; this passage stands thus in A.

Continuo igitur edictum per provintiam promulgatur, Urbanum apo- *b* *c* stolicum debere dici et credi. Eo audito mirari Anselmus, cum ecce frequentes episcopi ad eum missi *a* venere. Cæterum ad causam archiepiscopi nichil suffragii, nisi quod rogatus ut eum expelleret, impossibile factu respondit, ut vir celebratissimæ sanctitatis et scientiæ, in præsulatum introductus legitime, deturbaretur, nullius obnoxius culpæ. Pertemptatoque. The letters *b*, *c*, *a*, above the line indicate the manner in which the author wished the sentences to be transposed. The original sequence is preserved in B. C.

[2] *ipsi*] D. E.; interlined in A.; et ipsi, B. C., the copyist having misread the correction in A., which is slightly indistinct.

vestimentis induto occursum. Inde desuper altare Domini Salvatoris pallium assumptum, sacratus pontifex beatis humeris composuit, et ad divina celebranda processit. Erat tunc dies Dominica, iiii. idus Junii, fuitque nonnullis ingenti miraculo[1] quod idem evangelium illa die occurrit[2] quod ante prognosticon ejus fuerat: 'Homo quidam fecit cenam magnam et vocavit 'multos, et misit servos suos hora cenæ dicere invitatis 'ut venirent, quia jam parata sunt omnia. Et ceperunt 'omnes simul excusare.'

Archbishops of Canterbury.

He assumes the pall at Canterbury.

Sunday, June 10, 1095.

[f. 30, b.] § 50. Ita concordia inita, et rege ultra mare profecto, serena pacis tranquillitas toto illo anno ab animo Anselmi curas depulit, et bonorum hominum levavit sollicitudines. Sed posteriori tempore Willelmo reverso, rursus tempestas intonuit, rursus procella odiorum inhorruit. Enimvero ille felici letus[3] eventu, statim in Walenses contendit. Nam maxima Dei gratia omnibus ejus conatibus occurrente, ita in omnibus[4] usus est placido allusu fortunæ ut videretur cum eo Deus benefitiis certare. Si pugnam adoriretur opimas manubias referebat, si pelago impacato navigare volebat[5] statim venti furorem ponerent. Videbat hæc Anselmus et aggaudebat, sperans illum propter tam affluentem gratiam quandoque liberam facere ecclesiam. Quocirca de Gualensi expeditione reversum meditabatur leniter[6] aggredi, sed prævenit ille convitiis per nuntium exagitando archiepiscopum, causatus militum quos in hostem miserat paucitatem et inertiam. Quo allato

The king goes abroad.

Peace between him and Anselm.

Upon his return their quarrels break out afresh.

The king's undertakings prosper,

and Anselm hopes that he will be well inclined towards the church.

But he sends a messenger to upbraid the archbishop.

---

[1] *ingenti miraculo*] See *ante*, p. 84.

[2] *occurrit*] A. D. E.; occurrerit, B. C.

[3] *letus*] D. E.; written upon an erasure, A.; superbus, B. C.

[4] *Nam maxima . . . . . occurente, ita in omnibus*] D. E.; written upon an erasure, A., a line being also left blank; Nam post illud dictum quod superius commemoravi, quod nunquam benefaceret pro malo quod sibi Deus intulisset; post illud ergo dictum fatuum et arrogans, ita in omnibus, B. C.

[5] *volebat*] A. D. E.; voluisset, B.C.

[6] *leniter*] Interlined in A.

Archbishops of Canterbury.

Anselm gives up all hope of his reformation.

And endeavours to avoid quarrelling with him by asking leave to go to Rome.

The king refuses his permission.

Threatens to confiscate all the revenues of the archbishopric;

and that unless Anselm will swear not to go to Rome, he will banish him.

Anselm goes in person to the king, and answers him.

spes omnis emendationis[1] apud Anselmum obtorpuit. Dimisit igitur nuntium responsione vacuum, ne reciprocis relatibus jurgiorum campus aperiretur. Seviebat, instinctu credo diaboli, contra pontificem fortuna;[2] parabanturque in proximam curiam contra eum machinamenta. Quæ omnia petendo licentiam eundi Romam quassavit et depulit; cum prius multis moliminibus voluntatem ejus super ecclesiarum statu attemptasset. Quocirca hæc communicaturus cum papa rogavit, ut dixi, licentiam pergendi Roma bis terque frustra. 'Intelligo enim,' aiebat rex, 'licentiam interdicendam, 'cum eum nullo gravi peccato sciam onerari cujus a 'Roma petat absolutionem, nec egere illius loci consilio 'cum ei nullius scientiæ desit copia. Magis certe 'dixerim Urbanum Anselmi cedere sapientiæ quam 'Anselmum Urbano indigere. Quod si pertinatius ceptis 'institerit, omnem archiepiscopatum in meum fiscum 'redigam; transgreditur enim promissa sua, quibus 'fidem suam astrinxit omnes consuetudines servaturum 'regni mei. Insolitum quippe est mihi ut quisquam 'procerum meorum eat Romam, nisi meo potissimum 'missu. Ideo vel juret mihi se numquam deinceps pro 'qualibet impressione sedem apostolicam appellaturum, 'vel evacuet regnum. Hec,' inquit, 'vos fideles mei sibi 'dicite, et si videritis eum velle desistere itinere, tunc [f. 31, a.] 'vigorem curialis juditii experiatur, quod me totiens 'inquietare non timuerit de re quam ad summam per-'ducere nolit.' Contra hæc Anselmus per nuntios agendum non ratus, ipse ad regem ingressus, pro more dextræ illus assedit; habuitque orationem ad hanc sententiam: 'Quod dicis me non debere ire Romam, 'quia et gravi peccato caream et scientia affluam, 'quamvis neutrum pro vero arrogem, tamen Dei libræ

---

[1] *emendationis*] D. E.; written upon an erasure, A.; de regali correctione, B. C.

[2] *fortuna*] D.; written upon an erasure, A.; principalis arrogantia, B. C.

Archbishops of Canterbury.

'committo examinanda.[1] Quod dicis me promisisse 'ut consuetudines tuas servarem, amplector, sed con- 'ditiones requiro. Cum exceptione enim dixi me 'servaturum, illas duntaxat quæ legibus Dei consen- 'taneæ, cum rectitudine[2] essent constitutæ. Quod dicis 'me fidem excedere, quia, prævaricatis consuetudinibus 'tuis, sedem apostolicam appello, custodita reverentia 'principatus tui non verum esse alter diceret. Fide- 'litatem enim quam tibi rex, debeo, ex Dei fide 'habeo, cujus vicarius est sanctus Petrus cujus sedem 'appello. Quod dicis me debere jurare ne ulterius 'pro quavis causa Romam appellem, pronuntio pub- 'lice quod Christianus princeps ab archiepiscopo suo 'tale[3] sacramentum exigit injuste. Si enim sanctum 'Petrum jurejurando abjurarem, Christum negarem. 'Quando vero pro ulla re Christum negavero, tunc 'tibi de petitæ licentiæ peccato satisfacere non tardabo. 'Forsitan autem, me discedente, procurabit Deus ut 'non diu res ecclesiasticæ, sicut minaris, tuis famulen- 'tur compendiis.' Obstrepebant dicenti rex et pro- ceres, illud maxime objurgantes numquam in con- suetudinibus servandis mentionem Dei fuisse vel recti.[4] Tum ille comi vultu, et pene in risum resoluto, dixit hæc eadem verba: 'Pape! Si nec 'Dei nec rectitudinis mentio, ut dicitis, facta fuit, 'cujus tunc? Absit ab omni Christiano leges vel 'consuetudines tenere et tueri[5] quæ Deo et rectitu-

The king and the nobles cry the archbishop down.

Anselm confutes them.

---

[1] *examinanda*] B. C. D. E. Another word was originally in the author's mind; but having written *refer–*, he has afterwards crossed it through, and interlined *exa–* above, finishing on the next line with the syllables *–minanda*, A.

[2] *rectitudine*] C.D.; honestate with *rectitudine* written above it, A.; vel rectitudine, B.; honestate, E.

[3] *suo tale*] D. E.; archieps uo tale, A.; votale, B.C., apparently through a misunderstanding of the original correction in A., which is slightly indistinct.

[4] *recti*] C.; honesti originally, but crossed through, and *recti* interlined, A.; ł recti / honesti } B.

[5] *tueri*] B. C. D.; teneri originally, but crossed through, and *tueri* interlined, A.; tueri written upon an erasure, E.

Archbishops of Canterbury.

They are abashed at his arguments.

'dini noscuntur esse contrariæ.' Hoc illi dicto quasi malleo frontes impudentes reperculsi, demissione capitum et vocis silentio injustitiam suam testati sunt. Nichil enim ille turbabatur, sed quandocunque illi succlamarent tacens, rursus ad caput sententiæ inpermotus revertebatur. Veruntamen non continuit rex animum quin crudeles minas intorquens diceret non illum quicquam de suo regno exportaturum. At ille impavidus: 'Pedes,' inquit, 'et nudus pergam, si equi-'taturas meas et vestes vestrum esse quis affirma-'verit.' Puduit principem dicti, et rubore tinctus ora: 'Non ita,' inquit, 'volo, sed undecimo abhinc 'die cum ad portum veneris, nuntio meo in por- [f. 31, b.] 'tandis vel dimittendis parebis.' Irasceretur alius, sed Anselmus imperturbatus manens benedictionem suam regi non abnuenti obtulit, prelocutus moleste se quidem et egre iram regiam ferre sed si dignaretur intelligere, ad commodum ejus animæ viam inchoatam spectare. Subterfugerunt hoc negotium sicut et prius episcopi. Quos cum ille de suffragio convenisset, responderunt illum et religiosum et sapientem esse; pro sapientia consilio eorum non indigere, sed quid fatiendum sit optime scire; pro sanctitate incunctanter bonum exsequi velle et posse. Se adversus dominum suum non posse assurgere, cujus gratia carere nollent pro honoribus et parentibus suis quos diligerent. Ille qui esset omnis labis mundanæ et cupiditatis immunis, rem Dei ut ceperat persequeretur, habiturus episcoporum voluntatem tacitam, ceterum vocis opem nullam. Quanquam si qua fides, si quis aditus meliori consilio esset, præstaret domi dulce confovere otium quam patria et honoribus extorrem tanto indulgere labori.[1] Ita omnes discessere, solisque duobus penitentiam antequam

The king however breaks out afresh, and declares that Anselm shall not take anything with him when he leaves the kingdom;

or at any rate only such things as he should allow.

Anselm remains calm under all these threats and revilings.

(A.D. 1097.)

But says that he is sorry to have incurred the king's displeasure.

When he meets the bishops, to take their sense on the matter, they have recourse to subterfuge;

and say that he knows best how to act.

They assure him of their good will, although they dare not openly assist him.

Two of them alone ask for and obtain his

[1] *Quanquam . . . . labori*] This sentence stands in A. after the words *permisit indempnem*, but with a mark of reference to show that it should be placed in its present position. Quanquam . . . . . labori, after permisit indempnem, B. C. D. E.

Archbishops of Canterbury.

mare transiret petentibus benignus ignovit. Eorum nomina fuerunt Osmundus Sereberiensis et Rotbertus Herefordensis. Una ergo die Cantuariæ commoratus, peram et baculum, solatia et inditia itineris, pro consuetudine assumpsit. Inde Doveram veniens, xv. diebus propter inclementiam venti ibi contra votum retentus est. Quo spatio nuntius, ut dicebatur, a rege missus,[1] contubernioque et convivio ejus indefesse potitus, causam adventus secretam tenuit. Sed cum jam prosperitas flatuum naves vocaret in altum, ille ex præcepto regis omnes bulgias et manticas efferri coram et expilari imperavit. Crudele et miserabile spectaculum! Primatem Angliæ, caput totius religionis et sapientiæ, predonis more exagitari. Sed cum solummodo necessaria supellex et nichil pecuniarum inveniretur, ille qui venerat facti, quod invitus fecerat penitens, abire permisit indempnem.[2]

forgiveness before he quits the kingdom.

After one day's delay, he quits Canterbury, and arrives at Dover, where he is detained for fifteen days.

A messenger sent there by the king conceals the cause of his mission.

But just before Anselm sails he ransacks all his luggage.

The messenger, finding no money and only mere necessaries, permits him to go unharmed.

§ 51. Solutas naves Nothus[3] provexit in salum, primo quidem segniter, adeo ut retorto flamine retro viderentur Angliam annare.[4] Quod cum præ dolore cordis siccis oculis nequiret pater videre, elevatis in altum manibus auxilium cælo detraxit; venti enim placatis animis constraverunt æquora, et versus Flandriam intenderunt carbasa. Ita naves flatu secundo sulcantes mare, non multo post Witsandis appulere. Primum illi hospitium cum sancti Bertini monachis fuit, cetera favor amministravit, omnibus eum certatim episcopis et abbatibus invitantibus, et invitum
[f. 32, a.] etiam detrahentibus. Ibat fama viri prænuntia, et dulci corda audientium afflabat aura. Quocirca quanto amore omnium susceptus, quantis offitiis delinitus sit,

He fears being driven back to England by the wind.

But at last the ship reaches Wissant,

where he is honourably received and entertained.

---

[1] *nuntius, ut dicebatur, a rege missus*] D.E.; written upon an erasure, A.; Willelmus de Warelwast clericus a rege missus, B. C.

[2] *ille qui . . . . . indempnem*] D. E.; written upon an erasure, A.; merito expilator pudore suffusus, malis suis gratus abire permisit indempnem, B. C.

[3] *Nothus*] *Sic*, MSS.

[4] *annare*] A. D.; navigare, B. C.; navigare altered into *annare*, E.

Archbishops of Canterbury.

conanti dicere succumbit sermo, fatiscit oratio. Mira rerum conversione, ut honoratior esset in aliena provintia quam fuerat civis in patria, archiepiscopus in ecclesia! Ipse Lugdunensis archiepiscopus Hugo, legatus apostolicus in Gallia, magni nominis et potentiæ nec religionis egenus, ubi eum ad Lugdunum iter advertere audivit, alacriter occurrit, devote obsecutus est. Ejus igitur consilio ibi resedit, totius causæ indices Romam Urbano apostolico litteras mittens. Valitudo subitanea flagitabat otium; simul et consilium videbatur, interim Wibertinis predonibus cedere. Ferebat enim per omnium ora rumor venisse archiepiscopum Cantuariensem ab Anglia, Romamque tendere ad Urbanum suffarcinatum pecunia; magnum esse quod secum ferat archiepiscopus Angliæ, quæ sit provintia omnium fertilissima. His illi animos incensi, jam tum semitas omnes obsederant, angustias locorum occupaverant, ne qua elaberetur. Ingens domino suo fore commodum si prenderetur qui Urbani partium propugnator esset. Quare passus est ardores eorum ad tempus negata præda languescere, ut se opinione deceptos esse[1] credentes, domum redirent. Hoc consilio fructum detraxit insidiantibus, et jam redierat nuntius, præcipiens ex parte apostolici ut remota omni excusatione per obedientiam Romam veniret. Nescius ille contraire obedientiæ, et de spe misericordiæ Dei audentior, viam invasit. Nam et vigor salutis refusus audatiam suggerebat, et citra senium viridis et cruda senectus bene adhuc labores patiebatur. Evasis ergo Alpibus Romam incolumis venit, nullo suorum homine vel jumento desiderato; uno tantum in toto itinere temptatus discrimine, quod tamen fuerit successus et alimentum gloriæ. Dux siquidem Burgundiæ eadem qua Wibertini spe raptatus, ad eum deprædandum in-

Hugh, archbishop of Lyons, legate apostolic in France, goes to meet him.

He sojourns at Lyons;

and thence sends messages to Urban at Rome.

A report spread that he is on his way to Rome, carrying great treasures with him.

Robbers sent by Wibert, the antipope, to waylay him.

But as he delays so long, they return home again.

The pope sends a messenger to summon him to Rome.

He accordingly sets out,

and arrives safely at Rome, having only met with one adventure on the way.

The Duke of Burgundy intended to rob him.

[1] *esse*] se esse, A., but the *se* crossed through.

flatiore spiritu animatus erat. Sed uno tantum aspectu ejus emollitus omnem exhalavit superbiam, resumpsit humilitatem. Adeo dulci intuitu, leni fatie, placida canitie, aspitientem capiebat, ut in quemcunque oculorum gratiam iniceret, statim in amorem sui alliceret. Ita cordis tumor, duci[1] per nebulonum verba conceptus, eo viso resedit. Continuoque pontificis exceptus osculo, benedictionem ultro expetiit. Advocatoque uno ex magnatibus suis, stipatus enim multis cum maximo [f. 32, b.] venerat tumultu, præcepit ut eum secure per terram suam deduceret, et non minus ei quam sibi ubique serviri faceret. Federata ergo amicitia discedit, sepius contra maledicos infrendens, et ingeminans ei Dei odium qui sibi persuasisset ut persequeretur Dei angelum. Anselmus ergo securus Cluniacum, mox, ut dixi, Lugdunum, inde Romam pervenit.

Archbishops of Canterbury.

But, mollified by his venerable aspect, abstains

kisses him, and asks his blessing.

Directs his followers to give him safe conduct.

He arrives at Rome.

§ 52. Quem apostolicus magnifice suscipiens, coram senatu amplissimis laudibus extulit. Illum esse totius Latinitatis magistrum in disciplinis liberalibus, in religione parem non invenirent. Contumelias multas pro fidelitate Romana passum, tandem per plenas periculis et mortibus vias ad se venisse. Flagitare a se suffragium, cujus ipse magis egeret consilio. Talia Urbanus jactabat; sed Anselmus pudore caput demissus, silentium premebat. Sed ubi summus pontifex laudum finem fecit, ille data copia causam suam omnem veraciter allegavit. Pollicetur præsul pariterque senatus auxilium. Scribuntur litteræ Willelmo regi Angliæ; jubetur Anselmus omnibus suis revestiri. Statim enim ut ille mare transierat, archiepiscopatum totum suæ ditioni substerni, et quæcunque Anselmus statuerat in irritum deduci, jusserat.[2] Litterarum responsum, jubetur archiepiscopus circa papam operiri. Sed non

The pope receives him magnificently, and extols his learning, piety and sufferings.

Anselm states his grievances.

The pope promises him aid, and writes letters to the king of England, commanding him to reinstate Anselm.

The king returns an answer that Anselm is to remain with the pope.

---

[1] *tumor, duci*] A. D. E.; timor, dulci, B.; tumor dulcia, C.

[2] *jusserat*] B. D.; statuerat, but *statu-* crossed through and *juss-* interlined in A.; statuerat underlined and jusserat written above, E.; statuerat, C.

Archbishops of Canterbury.

But owing to the unwholesomeness of Rome, he goes to the monastery of St. Salvator at Telese;

fuit animus diu ibi consistere, quod illius urbis aer insalubris peregrinis esset. Quocirca cuidam Johanni, qui olim suus monachus apud Beccum fuisset, sed tunc ab Urbano abbas cenobii Sancti Salvatoris, quod prope Telesinam urbem est, institutus, roganti cessit, ut in villa sua, Sclavia nomine, æstum æstatis vitaret. Ea villa in supremo montis vertice constituta, ideoque hinc inde veniente temperie, refrigerata prope momentis omnibus, pestiferi nichil habet spiritus. Juvabat itaque Anselmum[1] captivitas sua, videns sibi redditum quod diu desideraverat otium. Quapropter jamdudum resides animos in Deum excitans, consummavit ibi librum egregium, cujus titulus et materia est, 'Cur Deus 'homo.' Omnibusque amori et honori erat, adeo ut Rogerus, dux Apuliæ, apud quem rex Angliæ illum litteris insimulandum curaverat, spretis neniis, longe aliter sententiam suam in viri honorem transferret, illi villas, illi castella, illi postremo quæcunque placerent offerens, tantum remanentia sua terram suam beatificaret. Cum circa papam esset, in omnibus illi secundus, in processionibus, in stationibus habebatur; ad eum salutationes, ad eum munera post apostolicum [f. 33, a.] commeabant. Audiebatur libenter ab omnibus, fiebatque quod jubebat, cum divinos intonaret sermone; quod maximæ sibi delectationi erat, fructum scientiæ pronuntians esse, si cum bene dicas, alius de doctrina tua profectum bene vivendi accipiat. Ferebatur ergo magna cupiditate ut, archiepiscopatus deposito fasce, Deo posset intendere. Quod cum ab apostolico obnixe postularet, renuit prorsus. 'Immo,' inquit, 'per obedientiam 'jubeo, ut ubicunque sis, nomen et honorem Cantua-'riensis archiepiscopi non deponas. Delicati militis 'est ante bellum fugere; nec est religiosi et constantis 'animi citra ullam lesionem minis tantum et terrori-'bus cedere.' Tum ille: 'Obedientiam, Pater, non

There in the enjoyment of the ease he desired,

he composes his work, '*Cur Deus homo.*'

The king of England tries to set Roger, duke of Apulia, against him.

But on the contrary, Roger honours him.

He wishes to resign his archbishopric;

but the pope will not allow this.

He is willing to obey the pope;

[1] *Anselmum*] *Anſ̃* originally, *-elmum* being afterwards interlined, A.

'refugio, nec plagas quinetiam mortem ipsam pro 'Deo non horreo, nisi forte animus meus michi men- 'tiatur. Sed quid, queso, ibi fatiam, ubi non solum 'vacillat, sed jam omnis oppressa est justitia? ubi 'suffraganei mei partes boni, non modo propter[1] timo- 'rem non adjuvant, verum propter favorem impug- 'nant?' 'De his,' respondit papa, 'et talibus, gestit 'animus in concilio apud Barum agere, ubi et præ- 'sentiam tuam volo, et auxilium desidero.'

Archbishops of Canterbury.

but asks what he is to do when all respect and subordination are at an end.

§ 53. Ut ergo ventum ad concilium, apostolicus ante corpus sancti Nicholai constratum tapetibus et palliis, ipse, casula cum pallio amictus, tribunal ascendit; ceteri cum cappis sedebant. Omnibus ergo suum locum ex antiquo vendicantibus, Anselmus humilitate summus, quo poterat assedit. Exciderat animo summi pontificis, ingruente tumultu, ut ei locum delegaret. Sed erroris ammonitus est[2] quæstionis necessitate[3] a Græcis proposita, probare volentibus Spiritum Sanctum non nisi a Patre procedere. Hanc ergo quæstionem, dum expedire temptans, magis involveret, Græcis contra non improbabiliter occurrentibus, Anselmi recordatus, exclamat. Vividæ tonitruum vocis, ædis capacitas, et turbæ multiplicitas ingeminant: 'Pater et magister Anselme, 'Anglorum archiepiscope, ubi es?' Ille ubi se vocari audivit, in pedes constitit. Quem apostolicus compellans: 'Nunc,' inquit, 'magister, opus est scientia, opus 'eloquentiæ tuæ opera. Veni, ascende huc, et defende 'matrem tuam ecclesiam, quam Greci labefactare co- 'nantur. Succurre igitur, quasi a Deo huc missus.' Continuo cuncti astantes et assidentes[4] percunctari

The Council of Bari. [Oct. 1, 1098.]

Anselm is present,

and takes his place where he could.

A question proposed by the Greeks respecting the procession of the Holy Ghost from the Father only.

The pope is puzzled.

He calls up Anselm to answer it,

---

[1] *propter*] Interlined in A.

[2] *est*] Interlined in A.

[3] *quæstionis necessitate*] B.C.D.E.; originally quæstione, but the *e* of quæstione altered into *is*, and necessitate added above the line, A.

[4] *astantes et assidentes*] D.; substituted below the line in place of 'oculos et ora in eum conversi,' those words being crossed through, A.; oculos et ora in eum conversi, underlined, and astantes et assidentes, written on the margin, E.; oculos et ora in eum conversi, B. C.

Archbishops of Canterbury.

Places him beside the archdeacon of Rome, and in front of himself.

Announces him to the council.

quis esset. Annitentibusque proximis ad consessum [f. 33, b.] apostolici levatus,[1] sedere jussus est juxta Romanum archidiaconum, cui ante papam sedere moris est: 'Includamus,' inquit, 'hunc in orbe nostro, quasi alterius 'orbis papam.' Nec moratus, omnibus palam exposuit qui genus, unde domo, cujus scientiæ, cujus facundiæ, quam religiosus, quanta pro fidelitate Romanæ sedis passus esset.[2] Dilatusque in posteram diem questionis tractatus, quamvis Anselmus statim respondere non dubitaret.[3] Sed sequenti die solito maturius cetu coacto, promotus in editum, ita pertractavit questionis latera, ita penetravit et enubilavit intima, ut Latini clamore testarentur gaudium, Græci de se præberi dolerent ridiculum; nullus porro inops et inanis scientiæ discederet. Sensa illius sermonis procedenti tempore luculenter digessit, in libro De processione Spiritus Sancti facto. Tunc vero ubi verbum absolvit, omnes in illum oculos et ora conversi, hic laudare fidem, ille scientiam, omnes eloquentiam. Sedato fragore quem laus ejus suscitaverat, intendens in eum summus pontifex, ait: 'Benedictum sit cor et sensus tuus, et os 'et sermo oris tui sit benedictus.' Nec mora, cum consensu omnium roboratus in aliter sentientes fulmen excommunicationis intorsisset, de rege Anglorum ventilari sermo cepit.[4] Proferuntur in medium scelera dictu horrenda, adicitur contemptui humano cælestis injuria, quod scilicet bis terque ammonitus nichil correctionis exhibuerit. Quocirca cum suffragio et clamore omnium papa ad excommunicandum jam paratus esset, Anselmus genibus ejus affusus, orat dilationem, et vix impetrat. Quæ res non mediocrem ei apud cunctos videntes peperit gratiam, eo quod ostensione veræ sanctitatis

The discussion is adjourned to the following day.

The Latins are delighted at his arguments, and the Greeks are ashamed of themselves.

He afterwards records his views in a book, called "*De Processione Spiritus Sancti.*"

All the assembly praises, and the pope blesses him.

The crimes of the king of England are discussed.

The pope is about to excommunicate him.

But Anselm begs for delay.

---

[1] *levatus*] A blank space of four or five letters follows this word in A.

[2] *esset*] D.; added in margin, A.E.; omitted, B. C.

[3] *dubitaret*] respondubitaret, but *respon–* crossed through in A.

[4] *intorsisset . . . cepit*] A. D. E.; intorsit. His finitis, de rege Anglorum ventilari sermo cepit, B. C.

vicisset famæ suæ gloriam. Quam pulchrum erat, ut illi oraret veniam a quo tantam exceperat contumeliam!

Archbishops of Canterbury.

§ 54. Papa Romam regresso, comitatuique ejus adherente Anselmo, supervenit nuntius[1] a rege directus, qui allegationes Anselmi enervaret, objecta crimina dilueret. Quanquam omnem verecundiam projecerat, in immensum elatus, nec multum curaret quid de se diceretur. Legati hoc fuit verbum ad papam coram archiepiscopo:

The pope and Anselm return to Rome.

A messenger arrives from England to deny the accusation of Anselm against the king.

[f. 34, a.] 'Miratur dominus meus cur tibi vel in mentem venerit ut Anselmum juberes resaisiri, cum illud ei incunctanter prædixerit, si sine permissu suo egrederetur Angliam.'—'Accusat,' inquit eum apostolicus, 'de alia re?'—'Non' ait.—'Et pro hoc arripuisti,'[2] ait, 'tantum laborem huc veniendi, ut diceres primatem patriæ ideo rebus suis omnibus expoliatum, quia apostolicum appellavit juditium? Si ergo amas dominum tuum, matura reditum, et dic ei ut si non vult excommunicari, cito eum fatiat omnibus suis investiri. Et ne te de termino reddam suspensum, tertia ebdomada post Pascha[3] ad concilium in hac urbe celebrandum affer responsum. Certe pulsator jam excommunicatus esset, nisi pulsatus intercessisset.'[4] Perculsus ille tam insperato responso, misterium domini sui se illi secreto communicaturum respondit. Ardebat enim aliquid efficere, ut ampliorem locaret apud regem amicitiam. Itaque arte qua peritus erat negotium confitiens, singulos ambiendo, muneribus et pollicitationibus, regi terminum ad festum Sancti Michahelis obtinuit. Cunctatus est multum ad id concedendum Urbanus, quod luctarentur in ejus animo Anselmi re-

His address to the pope.

The pope questions him.

and advises him to return to his master, and tell him that if he does not wish to be excommunicated he must reinstate the archbishop.

He is to bring back the king's answer to a council at Rome three weeks after Easter.

By bribes and solicitation he obtains an extension of the term to Michaelmas.

---

[1] *nuntius*] D. E.; written upon an erasure in A.; supervenit Willelmus clericus de quo supradixi, B. C.

[2] *arripuisti*] D.; originally molitus es, but crossed through, and *arripuisti* interlined, A. E.; molitus es, B. C.

[3] *post Pascha*] D.; post interlined and the *æ* of Paschæ altered into *a*, A. E.; Paschæ, B. C.

[4] *Certe . . . . intercessisset*] B. C. D. E. Interlined in A.

Archbishops of Canterbury.

Anselm perceiving the pope to be so venal, purposes returning to Lyons.

The pope however persuades him to remain.

The right of being present at the councils granted to Anselm and his successors for ever.

Council held in St. Peter's at Rome. [April 24, 1099.]

Reinger, bishop of Lucca, announces the decrees to the people.

He says that one is there whose silence cries loudly to God;

ligio et munerum oblatio; sed prævaluit tandem pecunia. Itane omnia superat, omnia deprimit nummus! Indignum factum, ut pectori tanti viri, Urbani dico, vilesceret famæ cura, Dei respectus cederet, et pecunia justitiam præverteret. Visum est ergo Anselmo circa tam venalem hominem expectationem non perdere, sed Lugdunum remeare. Sed enim licentiam impetrare non potuit, retinente papa, ut invidiam facti aliquo levaret solatio. Fecit igitur eum manere secum usque ad concilium[1] in patriarchio, deditque ei domum jure hospitii perpetuo. Crebroque ad eum veniens, joca et seria cum eo transigebat, ut unam curiam non duorum diceres. Jamque aderat tempus concilii, omnibusque episcopis Gallicanis sedes suas agnoscentibus, nulloque recordante aliquem Cantuariensem archiepiscopum concilio Romano interfuisse, posita est ei sedes in corona, ut ante dixi, et in æternum jus sibi et successoribus suis transcripta. In ecclesia Sancti Petri erat concilium, ingens strepitus astantium, multus concursus venientium. Ideoque cum decreta minus audirentur, præcepit papa Reingero Lucensi episcopo, ut vocali sonoritate cuncta enuntiaret in vulgus. Assurgit ille imperato muneri, nec clamor inceptus frustrabatur hiantem; sed etiam longe positorum pulsabat et penetrabat auditum. Multaque parte decretorum edisserta, repente quasi animo excussus, aliena et quæ a negotio dissidere videbantur verba [f. 34, b.] intulit: 'Sed ve! quid fatiemus? Preceptis subditos 'oneramus, et auxilium a nobis querentibus nullum 'afferimus. Dolet hinc et conqueritur totus mundus, 'quod caput omnium membris suis non conqueritur. 'Ecce quidam inter nos modeste sedet et tacite,[2] cujus 'silentium clamor magnus est apud Deum, qui jam 'secundo anno apostolicæ sedis vigorem operiens, de 'omnibus suis injuste ablatis, quid queso excepit aux-

---

[1] *usque ad concilium*] B. C. D. E.; interlined in A.

[2] *tacite*] A. D. E.; tacet, B. C.

'ilii? Anselmus est de quo dico, archiepiscopus An-
'gliæ.' Hæc dicens, virgæ quam tenebat gravi ad
pavimentum illisione, indignitatem rei exaggerare visus
est. Hic papa in eum intendens: 'Absiste,' inquit, 'mo-
'veri, frater Rengeri, procurabitur huic rei correctio.'
At Rengerus fervore spiritus actus, cum dixisset: 'Ita
'expedit, aut justum judicem res non transibit,' rursus
interruptam seriem decretorum contexuit. Horum dic-
torum stupor affecit Anselmum, cum sciret nec suis nec
suorum querelis Rengerum ad hæc commemoranda in-
ductum fuisse. In hoc concilio papa cum omnibus
sententiam excommunicationis vibravit in laicos inves-
titores ecclesiarum, et in investitos a laicis, et in taliter
investitos consecrantes, et in illos qui pro ecclesiasticis
honoribus laicorum homines fiunt.

Archbishops of Canterbury.

and that one is Anselm, the archbishop of England.

He shows great indignation at the treatment that Anselm had received, and is reproved by the pope.

Anselm is astonished at his conduct.

The pope pronounces sentence of excommunication against all those concerned in lay investitures.

§ 55. Postero die concilii, archiepiscopus iter retrogra-
dum composuit; plurimisque laborum jactatus periculis,
per montuosa et saltuosa loca Lugdunum[1] contendit.
Neque enim rectum tramitem tenere potuit, quod ferebatur
Wibertus pictore Romam misso, imaginem ejus in
tabula pingi fecisse, ut quocumque se habitu effigiaret,
non lateret. Lugdunum ergo perveniens, solitam benig-
nitatem Hugonis expertus est, ut proprius loci dominus,
non ut peregrinus. Omnium jus intus et foris antistes
non roganti obtulit, et ut vellet coegit. Primatum in
consessu, amorem in occulto, reverentiam in publico,
offitium in omnibus. Solari curas, partiri vel potius
totos exponere honores; adeo ut missas celebranti suf-
fraganei loco serviret, ubicunque sermonem fatienti
ad pedes sederet. Vir magnanimus et constans, qui
auderet opes contempnere, fortunam provocare. Fuit
igitur ibi pater Anselmus toto tempore quo superfuere
Urbanus et Willelmus. Nec multo post utrumque
fata rapuere. Audita morte regis fudit lacrimas An-

After the council Anselm sets forth for Lyons.

He is obliged to take a circuitous route,

because Wibert had sent a painter to take his picture, so that however disguised he might not escape.

He arrives at Lyons, and is entertained by archbishop Hugh.

He remains there during the lifetime of Urban and king William.

---

[1] *Lugdunum*] D.; *Romam* crossed through, and *Lugdunum* interlined, A.; *Lugdunum* written upon an erasure, E.; Romam, B. C.

Archbishops of Canterbury.

[Aug. 1109.] Returns to England at the invitation of his successor, Henry I.

Recalls the rebellious nobles to their allegiance.

selmus, amoris indices, pietatis interpretes, continuoque a novo rege Henrico invitatus, Angliam adventu suo dignatus est; ubi etiam proceres qui a fide defitiebant sepe ex voluntate regis conveniens, multos ad rectum invitavit. Timebant conscii, ceteri libera fronte[1]

[1] *nec multo post utrumque . . . . . fronte*] D.E.; this sentence is written over an erasure in A., at the foot of folio 34, b.; folio 35, a, commencing with the words *et vividis luminibus.* That a leaf originally intervened between ff. 34 and 35 is evident from the fragment of vellum still remaining in the binding. It doubtless contained the passage here given from B. and C., and was cut out when Malmesbury remodelled the passage as it now stands in the text. Nec multo post crebrior fama ferebat Urbanum defunctum, obituque suo anticipasse datum Willelmo terminum. Dederat enim usque ad festum sancti Michaelis indutias; ut hoc respectu lenitus, attentius denarios Sancti Petri colligeret et mitteret. Sed ille crebris ambagibus remoratus, postorem abnegavit. Auditoque mortis nuntio, 'Dei odium habeat,' ait, 'quin 'curat.' Nec contentus, adjecit:—'Pulchre et feliciter mihi contigit 'quod pecuniam meam non habuit.' Interrogantique mores illius qui successit Urbano, cum diceretur* aliquibus morum liniamentis similem† esse Anselmo, ait, 'Per vultum Dei,‡ 'si talis est, non valet. Veruntamen 'si sit papa, ego agam quodlibet.' Protervus et arrogans, eque in Deum ut in homines§ rebellis; religioni Christianæ magis ex usu quam amore addictus, ut qui plures Judeos Christianos factos, ad Judaismum pecuniis corruptus revocaverit. Omnia fato agi credulus, nullum sanctorum nos posse adjuvare credebat et dicebat. Subinde increpitans et dicens, scilicet ea cura jam olim mortuos sollicitat, ut nostris intersint negociis. Proindeque si ab apostolico excommunicaretur, in secundis haberet, qui quantum suæ conscientiæ interesset, non multum curaret si totis annis sacramentorum expers esset. Quid illud? Nonne omni furore immanius? Plures de captura cervorum accusatos, omnes igniti ferri judicio examinari jussit. Tercio die cum omnes inusta cute apparuissent, plus justo exacerbatus, in hoc dictum prorupit:—'Quid est 'hoc? Deus est justus judex? Pereat 'qui hoc deinceps crediderit. Per 'montes et valles meo judicio amodo 'respondebitur, non dei, quod pro 'voluntate civibus hinc inde pericli-'tatur.' Horrebant ista dicentem audientes, sed et ego horresco referens. Sed plura pergenti dicere revocat ratio, quod non debeam defunctum meo premere judicio, qui habet judicem præfata, cui judicanti omnis attremit creatura. Nec enim multo tempore transcurso, luit dictorum et factorum petulantiam, sagitta vitalia trajectus, sicut alibi diximus. Est et aliud quod me non parum dehortatur, ne mala quorumlibet narrem in historia; ammonetur enim prava

* *diceretur*] dicerent, C.
† *similem*, eum similem. C.
‡ *Dei*] de Luca, C.
§ *homines*] hominem, C.

et vividis luminibus in eum intenti etiam acclama-
[f. 35, a.] bant dicenti. Postremo cum jam Rotbertus frater

Archbishops of Canterbury.

Upon the arrival of Robert in England to oppose his brother, Anselm addresses the people.

voluntas scelerum auditu, et discit posse fieri quod jam factum est, nec temporum discursu aboletur, quod aliquando commissum est. Adulterium discitur dum narratur, et omne crimen faciendum menti male inculcatur, dum qualiter ab alio factum sit studiosius explicatur. Quin potius senio evi obruatur iniquitas temporibus exsolescat feditas, cum ipsis auctoribus sepeliatur malitia. Narrantur* ea quæ generosos ad bonum stimulent animos; sileantur illa quæ vel propter voluptatem male demulceant, vel propter pænam exterreant.

Audito Willelmi obitu, Anselmus effusus est in lacrimas, veri doloris indices, sinceri amoris interpretes. Succutienteque pectus singultu, testatus est voce reverenda† nullo se umquam majori afflictum incomodo, velleque si voluntati non reluctaretur possibilitas, suo decessu illius degressum mercari. At vero Henricus qui Willelmo successerat, amplissimæ spei indolem de moderamine regni exhibuit, ut statim patrem patriæ Anselmum pernicibus de reditu interpellaret nuntiis, et affabilibus invitaret epistolis. Veniret modo et labanti patriæ manum porrigeret, negotia nutum ejus præstolantia decideret. Quibus motus, magno ejulatu provintialium decessit Burgundiæ, ingentique tripudio suorum accessit Angliæ. Favorabiliter ergo a novo rege receptus, excusationem super benedictione sua quam ante adventum ejus præoccupaverat, ubi ratione fultam animadvertit, non aspernanter accepit.

Porro rogantem ut sibi hominium faceret, æcclesiasticarumque rerum investituram de se acciperet, nullo ambiguo responso suspendit, palam excommunicationem in concilio Romano de talibus factam enuntians. Non se velle infirmare vigorem concilii cui interfuerit, quia stultum est si non patiaris legem quam ipse tuleris. Si pateretur dominus rex sine hominio et investitura fidem servaret integram, nec per dei gratiam ullam officii sui faceret jacturam. Sin minus, eo unde venerat continuo reditum moliretur. His verbis magnum fluctum curarum injecit regi. Anselmi abscessu animos omnium a se pro contumelia sancti averteret, nec minus divinam offensam incurreret. Cessione hominii et investituræ* parum aut nichil potestatis sibi residere crederet. Quare utrinque librato concilio, archiepiscopus suis omnibus honorifice revestitur, cetera ad consultum apostolici referuntur.

Interea rumor Rodberti comitis in Angliam venturi, animis eorum talia excussit negotia. Rex ipse regno timens, vitæ parum fidens, in Anselmum solum inclinari. Ipsi omnia secreta credere, bonas leges jurejurando promittere. Sepe adventu suo et procerum maxime suspectorum curiam ei facere, ut eos a perfidia sermonibus suis archiepiscopus exterreret. Quod ille non nesciens, ita de fide disserebat et

* *Narrantur*] Narrentur, C.
† *reverenda*] verecunda, C.

* *investituræ*] investituræ concessa, C.

Archbishops of Canterbury.

They promise allegiance to Henry, if he will correct the abuses of the late reign and pass just laws.

The king promises this, and the people undertake to support him.

regis[1] appulisset, et multi discessionem facere meditarentur, toto exercitu circumstante, locum editiorem ascendens, verba fecit ad populum. Quo quasi classico excitata agmina, elatis vocibus bona regi et fidem promiserunt, si malorum sub Willelmo juniore institutorum remissam faceret, si bonas leges sanciret. Horum ille fatiendorum omnibus Anselmum vadem obtulit, et fidem in manum dedit. Ita[2] omnes ferventiore spiritu in regis fidem animati sunt, ut si oporteret conspiratis animis, et devotis dextris, in ferrum pro rege ruerent. Quo vulgato, Rotbertus qui magis aliorum perfidia quam sua fidens industria venerat, destitit prælio, descivit a negotio: et qui spe regnum præsumpserat, obviis manibus pacem amplexus, in fraternæ necessitudinis amorem libenter accurrit.

Robert decides upon not offering battle.

The king requires Anselm to pay him homage, but Anselm waits for his excommunication from Rome. Messengers are sent to Rome on each side. The king again insists upon the homage, or else that Anselm shall leave the kingdom. Anselm desires that the contents of the pope's letters should be obeyed.

§ 56. Veruntamen cum rex more antecessorum suorum ab archiepiscopo hominium interrogaret, et ille pro excommunicatione Romæ facta differret, missi Romam[3] ab utraque parte nuntii.[4] Jubetur interim[5] regi vel hominium facere, vel absolutis morarum nexibus regno excedere. 'Quinpotius,' respondit ille, 'inspitiantur apo-'stolicæ litteræ, et quod tenor earum continet, fiant.' Redierant enim jam Roma nuntii, et casso labore semitam triverant, quod Paschalis papa sententiam antecessoris sui invicto robore tuebatur. 'Quid ad me de

---

perfidia per occasiones et quasi de longe petita materia, ut latebras interioris animi per exteriores corporis gestus facile deprehenderent. Nam male conscii pallore faciei prodebant mesticiam, ceteri libera fronte, B. C.

[1] *frater regis*] D. E.; interlined, A.; omitted, B. C.

[2] *Ita*] B. C.; originally *Tum*, but crossed through, and *Ita* interlined, A.; ita tum, D.; Tum ita, but tum underlined, E.

[3] *Romam*] D. E.; interlined, A.

[4] *cum rex . . . . . nuntii*] D. E.; written over an erasure, A. Veruntamen Henricus nec equa sedulitate nec paribus Anselmo respondit officiis, depravatus quorundam et maxime Rodberti fratris sermonibus, quem altus dolor perditi per eum regni stimularet, B. C.

[5] *interim*] Interlined in A., over igitur, which is crossed through; igitur interim, D.; regi interim, E.; ergo vel, B. C.

'litteris apostolici,' ait rex? Jura regni mei nolo amit-
'tere.' Procedente in contentionem sermone, asseruit
Anselmus terram se non exiturum, sed ad suam itu-
rum ecclesiam, consideraturumque quis sibi vel suis
inferret violentiam. Ita tunc discessum, sed posterioribus diebus molliores ex parte regis virum convenere litteræ, ut pacato animo curiæ præsentiam suam exhiberet;[1] futurum, ut habito[2] inter se colloquio, omnis sopiretur contentio. Non negat ille adventum, si forte Deus instinctu suo regalem tetigisset[3] animum.[4] Rursus igitur communi edicto mittuntur legati Romam, qui tam dura præcepta temptent vel lenire vel rescindere. Ex parte antistitis,[5] Baldwinus et Alexander monachi,[6] ex parte regis, Girardus archiepiscopus Eboraci, Herbertus Norwicensis, Rotbertus Cestrensis episcopi. Sed priores familiaris quoque causa urgebat, Girardum pro adeptione pallii, Herbertum pro rescissione privilegii abbatiæ Sancti Edmundi, quod Balduinus abbas illi cenobio per Alexandrum papam multis laboribus[7] adquisierat. Id erat, ut abbas illius loci nec episcopo Norwicensi, in cujus parrochia esse cognoscitur, nec ulli alii nisi primati Angliæ subitiatur. Hoc Herbertus

Archbishops of Canterbury.

Paschal II. confirms all the decrees of his predecessor.

The king refuses to pay any attention to his letter.

Anselm declares that he will not quit the kingdom,

and dares any one, at their peril, to injure him.

The king sends letters to him desiring to be reconciled.

He attends the court.

Envoys on each side again sent to Rome.

Some of them intrigue for their own purposes.

Herbert, bishop of Norwich, one of the envoys, captured by robbers.

---

[1] *curiæ præsentiam suam exhiberet*] D. E.; written above an erasure, A.; curiam præsentia sua visitare dignaretur; B. C.

[2] *habito*] A. D. E.; omnis, B. C.

[3] *tetigisset animum*] A. D. E.; tetigisset animum. Fomes enim inimicitiarum Rodbertus abscesserat, B. C.

[4] *Non negat . . . . animum*] This sentence precedes the words futurum . . . . . contentio, in A., but with a mark of transposition to indicate its present place. Also in E., but without any mark of transposition. In B. C. D. it stands as in text.

[5] *antistitis*] Originally *regis*, but crossed through at time of writing, and *antistitis* partially interlined, A.

[6] *monachi*] Originally *moniti*, but *-iti* crossed through, and, *-achi* interlined, A.

[7] *laboribus*] D.; originally *laboribus incertum an et muneribus*, but the last four words crossed through in A. They are in the text in B. and C.; while in E. we have laboribus incertum an et adquisierat, with the second and third words underlined, the copyist having evidently seen his mistake before completing the sentence.

Archbishops of Canterbury.

They release him on payment of a fine, and force him to swear that he will not attempt to injure Anselm at Rome.

depellere intendens, et[1] ignoro quo infortunio sotios [f. 35, b.] relinquens, deviaque[2] secutus prædonum manum incurrit. Sed .xl^ta^. marcis datis, servitutem exuit, libertatem viæ recepit. Primo per omne quod dicitur sanctum jurare compulsus Guidoni id nomen viro raptorum magistro, nichil se Romæ acturum quod ad domini sui Anselmi archiepiscopi spectaret incommodum. Datis igitur nummis, raptim sotios persequebatur liberiore otio, quia leviore marsupio.

He rejoins his companions, and they are presented to the pope.

They endeavour, in vain, to bribe the pope to espouse the king's cause.

Dissension amongst the envoys.

The king conceals the pope's letter, and spreads a report that it supports his views.

§ 57. Conjuncti corripiunt viam, papæque obtutibus præsentati, quicquid poterant et muneribus et promissis, agunt, ut regis voluntatem effectui mancipare possint. Sed nequiquam. Stat ille inflexibilis, nolens, ut dicebat, statuta sanctorum patrum enervare pro voluntate unius hominis. Nichil ergo labor hic profecit ad aliud, nisi ut lites in regno consereret, legatis inter se dissidentibus. Nam rex epistolam ab episcopis sibi allatam, quia suæ voluntati refragari viderat, occulendam putavit. Ceterum nuda verba foras extulit, quibus illi pro episcopali veritate asserebant apostolicum regis investituras æquanimiter ferre, si cetera boni principis offitia exsequeretur. Ideo autem noluisse hæc litteris indere, ne accepta occasione cæteri principes in eum inclamarent. Contra monachi palam clamitabant, apostolicis præceptis fraudem innecti conquerentes. Siquidem et epistola quam Anselmo attulerant vulgo jam lectitabatur, in qua non solum investituras non concedere, sed etiam[3] statuta Urbani pertinaciter probabatur Paschalis urgere servandaque monere. Strepebat igitur omnis aula murmure, non debere attendi monachis, qui libenter fucis veritatem obscurent dummodo archiepiscopo placeant.

The monks declare that he is deceiving them.

At last the papal letter is read; in which pope Paschal commands that the statutes of pope Urban shall be strictly obeyed.

The assembly cries out against the monks.

---

[1] *intendens, et*] Originally *pergens*, but crossed through, and *intendens* interlined in A.; pergens, B. C.; pergens, with intendens et written above it, E.; pergens, et intendens et, D., apparently from a misunderstanding of the correction.

[2] *deviaque*] D.; originally *et devia*, but the *et* erased, and *que* interlined in A.; et devia, B. C. E.

[3] *etiam*] Interlined, A.

Archbishops of Canterbury.

Dispute between Baldwin, one of the archbishop's envoys, and the nobles.

Doubt as to which way the matter would be settled.

Anselm does not refuse the communion to the bishops invested by the king, but will not bestow his benediction on them.

Episcopalem gradum et sermonem magni esse ponderis; monachos jus in secularium rerum testimonio perdidisse; 'At istud,' inquit Balduinus, 'seculare negotium 'est.' Tum proceres: 'Probum et prudentem te sci- 'mus virum, nec de illis esse quæ maxima turba 'ordinem vestrum male vivendo infamat, sed tamen et 'humana et divina exigit ratio ut magis tribus epi- 'scopis quam duorum monachorum credatur testimonio.' Diu ergo fluctuavit Anselmi sententia quo vergeret, quia et adversa fronte testimonium episcoporum refellere, videbatur superbum; porro epistolæ quæ sigillum apostolicum prætendebat non credere, stultum. Confirmato animo respondit ad certitudinem facti cognoscendam missurum se Romam. [f. 36, a.] Interim illis qui investirentur nec communionem suam negandam, nec benedictionem impertiendam.[1] Erant electi Rogerius

[1] *impertiendam*] D. E. After this word there is a blank erasure of five lines in A. Portions of the paragraph, from *Erant electi Rogerius . . . . archiepiscopo injuriam faceret*, are also written over erasures. The whole passage from *Interim illis qui investirentur*, to the commencement of the new section, *Ita cum Anselmus nullo*, stands thus in B. C., as it doubtless originally did in A.—Interim illis qui investirentur, nec communionem suam negandam nec benedictionem impertiendam. Nec intercessit dilatio, quin continuo rex Henricus suæ ut sibi videbatur potestatis compos effectus, duos investiret episcopatibus, Rogerium cancellarium Seresberiensi, Rogerium larderarium Herefordensi. Sed posteriori non multo post Lundoniæ, ubi res agebatur fatali sorte exanimato, Reinelmus reginæ cancellarius investitura pari subrogatur. Mandatur ergo Anselmo a rege, ut hos electos cum Willelmo electo Wintoniæ consecraret. Is Willelmus adhuc recenti fuerat potestate Henrici violenter ad Wintoniensem episcopatum electus, nec electioni assentiens, immo eligentes asperis convitiis et minis incessens. Sed regrediente Anselmo, ab eo et anulo et baculo pastorali donatus, et in ecclesiam introductus.* Quare ad illius benedictionem libens, ad aliorum consecrationem longe refugit animo reducto. Ita rex ira concitatior, Girardo Eboracensi consecrationis omnium munus injunxit. Nec ille leges prævaricari† retractasset, si non illi fedum ministerium altiori ratione refugissent.‡ Quorum Reinelmus mox relato regi anulo et baculo, motum animi ejus in se vehementer incitavit, a curia et gratia regali prohibitus; Willelmus ad benedictionem paratus, jamque exami-

* *introductus*] introductus est, C.
† *prævaricari*] prævaricandi, C.
‡ *refugissent*] effugissent, C.

Archbishops of Canterbury.

These were Roger, made bishop of Salisbury, Reinelm of Hereford, and William of Winchester.

The last is inducted by Anselm, who gives him his blessing. The king commands Girard, archbishop of York, to consecrate the others.

Reinelm and William refuse to accept the consecration, and resign their offices.

Roger avoids collision both with the king and the archbishop.

cancellarius regis ad Salesberiam, Reinelmus cancellarius reginæ ad Herefordiam. Willelmus etiam fuerat adhuc recenti potestate Henrici violenter ad Wintoniensem episcopatum electus, nec electioni assentiens, immo eligentes asperis convitiis et minis incessens. Sed regrediente Anselmo, ab eo et baculo pastorali donatus, et in ecclesiam introductus est.[1] Quare ad illius benedictionem libens, assensum commodabat. Ita rex paulo commotior, Girardo Eboracensi consecrationis omnium munus[2] injunxit. Nec ille retractasset, si non illi electi altiori ratione refugissent. Quorum Reinelmus, mox relato regi anulo et baculo, episcopatu cessit. Willelmus non minus nisi quod anulum non reddidit. Rogerius predicanda prudentia ita rem temperavit, ut nec regem irritaret nec archiepiscopo injuriam faceret.

The king, bishops, and nobles beg Anselm to go to Rome.

He consents to do so.

§ 58. Ita cum Anselmus[3] nullo modo cepto desisteret, diceretque se nec pro vitæ[4] dampno contra sedis apostolicæ diffinitiones acturum nisi ab eadem absolutionis procedat remedium, omnis laboris procella super eum[5] recidit. Convenitur a rege et episcopis et magnatibus,[6] ut ipse Romam dignetur proficisci, quod alii minus egerant sua præsentia subpleturus. Non careret effectu[7] quod vellet, quem sedes apostolica tantipenderet. Impenderet modo hunc laborem patriæ, quo pacem ecclesiæ quo dignitatem repararet imperii. Ille precibus

---

nandus, tandem ad mentem reducto, quantum scelus adoriretur destitit, ideoque suis omnibus privatus, in exilium agitur. Deferuntur hinc utrimque ad regem querelæ Girardo et omnibus episcopis suam verecundiam, Anselmo Cantuariensis æcclesiæ exaggerante injuriam. Itaque cum nullo, &c., B.

[1] *est*] Subsequently inserted in A.

[2] *omnium munus*] Originally munus omnium, but the change in the order indicated, A.

[3] *Anselmus*] D.; interlined in A. and E.

[4] *vitæ*] Originally *vitæ suæ*, but *suæ* crossed through in A., and partly interlined and then smeared out E.; vitæ suæ, B. C. D.

[5] *super eum*] D.; interlined, A. and E.; omitted, B. C.

[6] *et episcopis et magnatibus*] B. C. D. E.; interlined in A.

[7] *effectu*] C. D.; at first *affectu*, but the *a* altered into *e*, A.; affectu, with *e* above the *a*, E.; affectu, B.

Archbishops of Canterbury.

flecti[1] non nescius, ne[2] omnia suo tantum videretur præsumere arbitrio, consensit; iturum se ne cunctorum voluntati deesset, quandoque legatorum penuria eos ad unum senem annis gravem corpore debilem adegisset. [f. 36, b.] Scirent tamen nichil se apostolico[3] suggesturum, quod antecessoris sui gloriam abrogaret,[4] statuta effringeret.[5] 'Tu tantum,' inquiunt, 'vade, et in apostolici præsentia 'legato[6] si vera dicat testimonio tuæ auctoritatis asti-'pulare.' Consensu accepto, discessum est ab invicem. Anselmus continuo prosperis flatibus marina pericula transvectus, bona etiam fortuna terrenum iter Romam usque emensus est. Ubi apostolico favore et senatoria frequentia exceptus, paucis diebus silentio et quieti indulsit,[7] jubente papa. Cumque vires resumpsisset otio, die constituto palatium Lateranense ingreditur; adest et nuntius,[8] qui paucis diebus adventum ejus præverterat,[9] notus jam Romæ, Willelmus de Warelwast, electus Exoniensis ecclesiæ.[10] Is omnes intendens eloquentiæ vires, causam regis perorabat, ut ei omnes paternæ fraternæque consuetudines redderentur. Angliam peculiarem esse Romanæ ecclesiæ provintiam, et ei tributa quotannis pensitare; regem sicut munificum, ita mag-

He sets forth; [April 27, 1103.]

and arrives safely at Rome.

He goes to the Lateran Palace.

William de Warelwast precedes him as envoy from the king;

and pleads the royal cause.

[1] *flecti*] D. E.; written over an erasure, A.; subtexi, B. C.

[2] *ne*] D.; ne, with a blank erasure of one word, A.; ne tamen, the latter word underlined, E.; ne tamen, B. C., and tantum omitted.

[3] *apostolico*] B. C. D. E.; originally *sedi apostolico*, but *sedi* crossed through at same time, A.

[4] *gloriam abrogaret*] D.; originally *gloriæ derogaret*, but the termination of the first word altered, and for the second, *de-* crossed through, and *ab-* interlined, A. and E.; gloriæ derogaret, B. C.

[5] *effringeret*] D.; at first *effringere*, but the *t* added in a later ink, A. and E.; effringere, B. C.

[6] *legato*] D. E.; written over an erasure, A.; Willelmo, B. C.

[7] *indulsit*] Interlined, A.

[8] *et nuntius*] D. E.; written over an erasure, A.; et Willelmus, B.

[9] *præverterat*] A. B.; prævenerat, C.; præverterat, corrected into prævenerat, D. E.

[10] *Willelmus de Warelwast, electus Exoniensis ecclesiæ*] D. This sentence written above an erasure, A., and on the margin of E.; notus jam Romæ et multis ultro citroque muneribus, cum etiam non deesset ingentium promissorum copia, Romanorum assensum nundinatus, B. C.

Archbishops of Canterbury.

nanimum; dedecus ei et videri et esse, si antecessorum suorum jura perderet, quos ipse et animi magnitudine et opum affluentia longe præiret et premeret. Provideret itaque papa regis honori, consuleret sibi, quem non dubitaret magno fructu emungendum pecuniæ, nisi putaret abstinendum canonum severitate. His et aliis ad causam valentibus dictis[1] traducta est[2] in sententiam Romana curia, obnixis favoribus regis vota debere impleri pronuntians. Silebat interea pontifex uterque, perorantis ampullas et adulantum[3] fumos prudenter attendens, latenter irridentes.[4] Tum legatus[5] putans illorum taciturnitatem esse coniventiam,[6] securus erupit: 'Plurima hinc inde possunt agitari verba, sed hæc est 'summa, quod dominus meus nec pro amissione regni 'patietur sibi ecclesiarum investituras auferri.'—'Nec 'ego,' inquit papa, 'pro capitis mei redemptione eum 'investituras permittam impune habere.' Hujusce dicti tenore conversæ fautorum linguæ et in diversa mutatæ: 'Benedicta,' inquiunt, 'cordis tui constantia, benedicta 'oris tui loquela.' Legatus confusus obticuit; effecit tamen ut nonnullæ consuetudines patris regi laxarentur, ipsoque interim ab excommunicatione quod aliquos investierat immuni, investiti austeritati canonum subjacerent; eorum satisfactio Anselmi commissa juditio.

The pope answers him that he will not sanction the king's proceedings.

Confusion of the envoy.

He obtains, however, certain privileges for the king, to which Anselm gives his consent.

William lingers at Rome hoping to change the pope's decision.

§ 59. Qui cum remeandi licentiam accepisset, alter[7] reditum excusavit, dicens se voti reum eundi ad sanctum Nicholaum.[8] Aversabatur dicto intentio. Nitebatur enim, ut quoquomodo papam a sententia traduceret. Quod ubi ad nichilum tendere vidit, compendiario tramite archiepiscopum ad Placentiam anticipavit. Ali- [f. 37, a.]

But not succeeding, hastens before Anselm on to Piacenza.

---

[1] *dictis*] Interlined, A.

[2] *est*] Originally sunt, but crossed through, and est interlined, A.

[3] *adulantum*] D.E.; *-um* written over an erasure, A.; adulantis, B. C.

[4] *irridentes*] D.; originally *irridens*, but *-te-* interlined, A.; irridens, B. C. E.

[5] *legatus*] D. E.; written over an erasure, A.; Willelmus, B. C.

[6] *coniventiam*] A. D.; continentiam, B. C.

[7] *alter*] D. E.; written over an erasure, A.; Willelmus, B. C.

[8] *ad Sanctum Nicholaum*] To fulfil a vow at the tomb of St. Nicholas at Bari.

Archbishops of Canterbury.

quantis ergo diebus communiter perrectum. Sed cum eos viæ separaret divortium, ille[1] quod ante celaverat aperuit, dicens:[2] 'Mandat tibi dominus meus quia si 'sic te sibi exhibueris sicut antecessor tuus exhibuit 'se patri suo, libenter volet adventum tuum in An- 'gliam; sin minus, prudenti loquor, scis quid sequatur.' Ita Willelmus[3] citato Angliam, Anselmus[4] Lugdunum contendit. Indeque misit litteras regi super veritate dictorum Willelmi exculpenda.[5] Epistolarum seriem, quæ in immensum porrigitur, apostolici ad[6] regem et Anselmum, et Anselmi ad regem, et regis ad Anselmum, hic non placuit intexere. Volentibus legere, liber Edmeri copiam fatiet; quas ideo vir ille apposuit, ut nullus eum mendatii carperet, et ut ipse invictum[7] robur dictorum assumeret. Effluebat enim otio,[8] utpote solius Anselmi gestis enucleandis intentus; ego majus opus moveo, et in multorum[9] gesta conor, ideoque necessaria tantum libans, fastidio lectorum mederi meditor.

They travel for some few days together. Before they separate, William declares to Anselm the king's determination.

William returns to England, and Anselm to Lyons. Lengthy correspondence between the king, the pope, and the archbishop; all of which is to be found in Eadmer.

§ 60. Rex ergo archiepiscopatum saisivit,[10] perpensiori tamen quam frater[11] modestia, ut res ecclesiasticas non extraneis sed ipsius archiepiscopi[12] hominibus ammini-

The king puts the management of church matters into the hands of the archbishop's deputies.

[1] *ille*] D. E.; written over an erasure, A.; Willelmus, B.

[2] *dicens*] D.; inserted on margin, A. E.; omitted, B. C.

[3] *Willelmus*] Written upon an erasure, A.

[4] *Anselmus*] D.; originally *ille*, but crossed through, and *Anselmus* interlined, A.; *ille*, with *Anselmus* written above it, E.; ille, B. C.

[5] *exculpenda*] D. E.; a line erased after this word, A. Exculpenda; accepitque responsum id regem jussisse. Epistolarum, B. C.

[6] *ad*] Here follows an erasure of two letters, in A.

[7] *et ut ipse invictum*] A. D. E.; et ut nullus cum mendacio, B. C.

[8] *enim otio*] Originally *enim ille otio*, but the *ille* crossed through, A.

[9] *multorum*] B. C. D. E.; originally *majora* which remains untouched, *multorum* being interlined, A.

[10] *Rex ergo archiepiscopatum saisivit*] D. E.; written upon an erasure, A.; Rex ergo fratris sui more omnem ad se archiepiscopatum redegit, B. C.

[11] *quam frater*] D. E.; interlined, A.; omitted, B. C.

[12] *archiepiscopi*] Originally *archiepiscopatus*, but *-atus* crossed through and *-i* interlined, A.; archiepiscopatus, B. C. D. E.

Archbishops of Canterbury.

Anselm remains at Lyons for a year and four months. The king's messengers continue to go to and from Rome.

strandas delegaret. At vero Anselmus Lugduni resedit anno integro et mensibus .iiii^or^. Quo toto tempore nichil ab apostolico nisi persuasorias litteras, nichil a rege nisi dilationum causas obtinuit. Ibant enim crebro Romam regales nuntii redibantque inefficaces, nisi quod moras quasdam impetrabant,[1] quæ protelarent boni viri exilium, emendandis rebus afferrent impedimentum. Quapropter perspitiens quo loco rerum suarum fortuna staret, fecundum pietate pectus ad ultionem tandem concussit, excommunicationem in regem meditatus. Quod dum ex rescripto sororis suæ Adalæ, Blesensis comitissæ, regem[2] non latuisset, precibus exegit, ut Normanniam, ubi ipse erat, Anselmus[3] cum ipsa comitissa veniret. Venit, et rege multum favente,[4] de omnibus suis resaisitus est; sed ejus in Angliam transitus ideo dilatus, quia nolebat communicare cum investitis. Rex igitur Angliam, ille Beccum divertit. Directi Romam legati Willelmus de Warelwast et Balduinus monachus, controversiam tot annis agitatam singulari probitate sedarunt. Concessit siquidem papa, ut rex homagia de electis acciperet, sed nullum per baculum et anulum investiret. Dum autem nuntii morarentur, crebræ ad Anselmum ex Anglia ferebantur querelæ de sceleribus ubique nimium pullulantibus, rogabaturque reditum accelerare, ab episcopis præsertim, quos jam scelera ipsa pigeret. Nam et presbyteros concilii Lundoniensis violatores, quod ante abscessum

[A.D. 1105.] Anselm meditates having the king excommunicated.

The king's sister Adala, countess of Blois, informs him of Anselm's intention.

At the king's invitation he goes to Normandy, and is re-instated.

The king returns to England, and Anselm goes to Bec.

[f. 37, b.]

Complaints sent to the archbishop of the depraved state of England.

He is earnestly entreated by the bishops to return home.

The king contemplates fining

[1] *impetrabant*] Originally *impetrent*, but *-ent* crossed through, and *-abant* interlined, A.

[2] *regem*] D.; originally *ipsum*, but crossed through, and *regem* interlined, A; ipsum, with regem written above it, E.; illum, B. C.

[3] *ut Normanniam, ubi . . . . Anselmus*] Interlined. The sentence originally stood ut Normanniam cum ipsa comitissa veniret. Subsequently, after *Normanniam*, the words *ubi ipso tẽ rex erat* were interlined, and these again corrected by the crossing through of *rex* and interlining of *ipse* above it, and the addition of *Anselmus* after *erat* in A. Ut Normanniam cum ipsa comitissa veniret, B. C. Ut Normanniam, ubi tunc ipse erat, cum ipsa comitissa Anselmus veniret, D.

[4] *multum favente*] D.; written upon an erasure, A.; ab antiqua feritate multum detumente, B. C.

Archbishops of Canterbury.

Anselmi celebratum fuerat, presbyteros, inquam, qui post concilium mulierculas domibus suis vel introduxerant recentes vel revocaverant veteres, rex discrimine pecuniæ multare meditabatur.[1] Id vero Anselmus ferendum non arbitratus, regi scripsit ut ab hac exactione temperaret, quod ecclesiasticorum ministrorum vitia episcoporum non secularium corripi debeant instantia. Ille, qui sua prudentia et[2] consilio Mellentini comitis Rotberti jam in omnibus[3] defecatus maturuerat, consilia salutaria dignanter accepit, leniter rescripsit. Venturum proxime Normanniam, si quid[4] deliquisset in his et in aliis, per ejus emendaturum obedientiam. Cum ergo Roma redissent nuntii, non multas ipse moras aucupatus, apud Beccum Anselmum convenit. Itaque omnia quæ illos hactenus in diversa trahebant, tunc per Dei gratiam prolata et sedata. Ecclesias siquidem quas Willelmus frater Henrici censui subjecerat, ipse in manus Anselmi liberas reddidit; et se de his nil accepturum quamdiu pastore[5] carerent promisit. Dampnum presbyterorum qui pecuniam dederant ita sarcivit, ut toto triennio ab omnibus functionibus vacarent; qui dare supersederant, ulterius nichil darent; omnia de archiepiscopatu sullata cum Angliam redisset redditurum, dato vadimonio pollicitus est.

certain priests for their irregular lives.

Anselm remonstrates.

The king receives his injunction courteously.

He goes to meet Anselm at Bec; where all the matters in dispute are amicably settled.

The king gives Anselm absolute control in all ecclesiastical matters.

§ 61. Anselmo ergo felicibus auris Angliam evecto, bona spes quam de illo provintiales habebant minime desiderantes fefellit. Siquidem statim firmarii ecclesiarum ejecti, simoniaci dampnati, pelicatus presbyterorum inhibiti, amplexus consanguineorum deturbati,

Anselm comes to England, and effects many reforms.

---

[1] *discrimine . . . . meditabatur*] D. E.; written upon an erasure, A.; discrimine pecuniarum multavit, B. C.

[2] *sua prudentia et*] Interlined, A.; omitted, B. C.; sua prudentia consilo, D.

[3] *jam in omnibus*] D.; written over an erasure, A.; cum jam in pluribus, B.

[4] *si quid*] D.; written over an erasure, A; quecunque, B.

[5] *pastore*] Originally *sine pastore*, but a line drawn below *sine*, A.

Archbishops of Canterbury.

Joy of the king at having captured his brother Robert,

and discomfited other conspirators.

pluraque in hunc modum illicita, quæ antehac impune vagabantur, castigata. Accessit serenitati temporum felicitas regis, a quo tunc temporis in Normannia Rotbertus frater suus captus et in vincula conjectus est, multique alii quos vel jam pro importunitate oderat vel pro rebellione timebat. Videbaturque debitum talionem rependere fratri, quod illum quieto regno sollicitaverat; simulque metiebatur illum minus habilem ad [f. 38, a.] gubernandam rempublicam pro lenitate ingenii, quod videret Normanniam suam, genialem amborum patriam, ab improbissimis grassatoribus vastari, nec nosset tueri. Hujus ergo victoriæ gaudium rex Anselmo confestim litteris enuntiavit suis, quas hic apponere videtur non extraordinarium, propter unicum devotionis regiæ insigne.

His letter upon the occasion to Anselm.

He gives an account of the engagement at Tinchebray, [Sept. 28, 1106,] and its results.

Attributes his success to the blessing of God.

§ 62. Henricus rex Anglorum Anselmo Cantuariensi ‘ archiepiscopo, salutem et amicitiam. Paternitati et ‘ sanctitati vestræ significamus Rotbertum comitem ‘ Normanniæ, cum omnibus copiis militum et peditum ‘ quos prece et pretio adunare potuit, die nominata et ‘ determinata mecum ante Tenebrarchium[1] acriter pug- ‘ nasse; sed tandem sub misericordia Dei vicimus, et sine ‘ multa cede nostrorum. Quid plura? Divina miseri- ‘ cordia, ducem Normanniæ, et comitem Moretonii, et ‘ Willelmum Crispinum, et Willelmum de Fereris, et ‘ Rotbertum de Stutevilla senem, et alios usque .cccc^tos. ‘ milites, et .x. milia peditum in manus nostras et Nor- ‘ manniam dedit. De illis autem quos gladius peremit ‘ non est numerus. Hoc autem non elationi vel arrogan- ‘ tiæ nec viribus meis, sed dono divinæ dispositionis at- ‘ tribuo. Quocirca, pater venerande, suplex et devotus ‘ genibus tuæ sanctitatis advolutus, te deprecor, ut ‘ supernum judicem, cujus arbitrio et voluntate tri- ‘ umphus iste gloriosus et utilis mihi contigit, depre- ‘ ceris, ut non sit mihi ad dampnum et detrimentum,

[1] *Tenebrarchium*] A.; Tenebrachium, B. D. E.; Denebrachium, C.

'sed ad initium bonorum operum et servitii Dei, et 'ad sanctæ Dei ecclesiæ statum tranquilla pace te- 'nendum et roborandum, ut amodo libera vivat, et 'nulla concutiatur tempestate bellorum.'

Archbishops of Canterbury.

And begs the archbishop to pray for his continued prosperity.

§ 63. Hic est contemplari quanta materia boni in regis pectore fuerit, si quis tam ingenuæ fidei scintillas fomento verborum animaret, et in majores vires bonis ammonitionibus excitaret. Venit igitur[1] rex sullimi tropheo splendidus, et triumphali gloria Angliam in- [f. 38, b.] vectus, investiturasque[2] ecclesiarum Anselmo in perpetuum in manum remisit; eodem concedente, ut propter hominium regi factum nullus arceretur a benedictione. Consecrati ergo sunt Cantuariæ .v. episcopi ab Anselmo, die qui fuit .iii. Idus Augusti: Uuillelmus ad Wintoniam, Rogerius ad Salesberiam, Rainalmus[3] ad Herefordum, Uuillelmus de Warelwast[4] ad Exoniam, Urbanus ad Clamorgan.[5] Erant et ibi assistebant primæ sedis suffraganei, Girardus Eboracensis, Rotbertus Lincoliensis, Johannes Bathoniensis, Herbertus Norwicensis, Rotbertus Cestrensis, Radulfus Cicestrensis, Rannulfus Dunelmensis. Ita per reverendum Anselmum libertas ecclesiarum rediit, pax serena infulsit. Ceterum de decretis conciliorum ab eo celebratorum nichil attinet dicere, cum omnia jam obsoleta sciantur[6] deperisse. Unde[7]

Good disposition of the king.

Anselm consecrates five bishops. Aug. 11 [1107].

---

[1] *excitaret. Venit igitur*] D.E.; after *excitaret* and before *Venit* occurs a blank erasure of six lines in A.; excitaret. Et profecto si divinitas Anselmi vitam diutius Angliæ conservasset, nunquam ille tanto quanto postea se volutabro dedecoris immergeret, nec alios involvi sineret. Sed dum feroci per se et lascivo spiritui acres episcoporum qui prohibere deberent accendunt stimuli, nichil superest spei, nichil reliqui. Spes sibi quisque juvat qui vivere possit. Veruntamen quo me dolor ducit? Venit ergo, B. C.

[2] *investiturasque*] D.; *-que* interlined, A.; investituras, B.

[3] *Rainalmus*] A.C.D.E.; the first four letters of this name re-written over line for greater clearness, A.; Raonelinus, B.

[4] *Warelwast*] D.; here follows a blank erasure of half a line, in A.; Warelwast, quem superius sepe notavimus, B.

[5] *Urbanus ad Clamorgan*] Urban bishop of Llandaff.

[6] *sciantur*] D.; originally *jam sciantur*, but *jam* crossed through, A.; jam sciantur, B.

[7] *deperisse. Unde*] D.E.; after

Archbishops of Canterbury.

non casu factum, sed divino sensu putatur, ut et in ejus consecratione et in pallii susceptione legeretur: 'Misit[1] servum suum hora cenæ dicere invitatis, ut 'venirent, quia omnia parata sunt; et ceperunt omnes 'simul excusare.' In nullo enim ei efficaciter obtemperatum, sed omnibus pene prætenta excusatio, quæ vel prædicando docuit vel interminando prohibuit. Sed ad exemplum servi evangelici, qui bino exitu de[2] non invitatis nuptiale implevit triclinium, ipse bino ab Anglia excessu multa lucra animarum prædicando evexit ad celum. Veruntamen ne studiosos rerum fraudare videar, leve judicabo in describendo concilii textu operam perdere.

Council held at St. Peter's, Westminster, [Sept. 29] 1102, under the presidency of Anselm.

§ 64. Anno Dominicæ Incarnationis millesimo centesimo secundo, quarto autem præsulatus Paschalis summi pontificis, tertio regni Henrici gloriosi regis Anglorum, ipso annuente, communi consensu episcoporum, et abbatum, et principum totius regni, adunatum est concilium in ecclesia Beati Petri in occidentali parte juxta Lundoniam sita; in quo præsedit Anselmus Dorobernensis archiepiscopus, et primas totius Britanniæ, considentibus venerabilibus viris, Girardo Eboracensi archiepiscopo, Mauritio Lundoniensi episcopo, Willelmo Wintoniæ electo episcopo, aliisque tam episcopis quam abbatibus. Huic conventui affuerunt, Anselmo archiepiscopo petente a rege, primates regni, quatinus quicquid ejusdem concilii auctoritate decerneretur, utriusque ordinis concordi cura et sollicitudine ratum servaretur. Sic enim necesse erat, quoniam multis retro annis, sinodali cultura cessante, vitiorum vepribus succrescentibus, Christianæ religionis fervor in Anglia nimis

Girard archbishop of York, Maurice bishop of London, and other bishops and abbots being assessors.

At Anselm's request, the leading laymen of the kingdom are also present.

deperisse and before *Unde* there is a blank erasure of three lines, in A.; deperisse. Nam et episcopi quorum esset officii patris sui statuta tutari, vitam probris exponunt, famam ventis diffundunt, primi malorum signiferi, ad bonum postremi. Unde, B.C.

[1] *Misit*] S. Luc. xiv. 17.

[2] *de*] D.; originally *a*, but crossed through, and *de* interlined, A.; de, B. C.

refrixerat. Primum itaque ex auctoritate sanctorum [f. 39, a.] Patrum simoniacæ heresis surreptio in eodem concilio dampnata est. In qua culpa inventi, depositi sunt Guido de Perscora, et Wimundus de Tavestoc, et Alduinus de Ramesei, et alii nondum sacrati remoti ab abbatiis suis, scilicet Godricus de Burgo, Haimo de Cernel, Egelricus de Mideltune. Absque simonia vero remoti sunt ab abbatiis pro sua quisque causa Ricardus de Heli, et Rotbertus de Sancto Edmundo, et ille qui erat apud Miceleneie. Statutum quoque est, ne episcopi secularium placitorum offitium suscipiant; et ut non sicut laici sed ut religiosas personas decet, ordinatas vestes habeant; et ut semper et ubique honestas personas habeant testes conversationis suæ. Ut archidiaconatus non dentur ad firmam. Ut archidiaconi sint diaconi. Ut nullus archidiaconus, presbyter, diaconus, canonicus, uxorem ducat, aut ductam retineat. Subdiaconus vero quilibet qui canonicus non est, si post professionem castitatis uxorem duxit,[1] eadem regula constringatur. Ut presbyter quamdiu illicitam conversationem mulieris habuerit, non sit legalis, nec missam celebret, nec si celebraverit ejus missa audiatur. Ut nullus ad subdiaconatum aut supra ordinetur sine professione castitatis. Ut filii presbyterorum non sint heredes ecclesiarum patrum suorum. Ne quilibet clerici sint sæcularium præpositi, vel procuratores aut judices sanguinis. Ut presbyteri non eant ad potationes, nec ad pinnas bibant. Ut vestes clericorum sint unius coloris, et calciamenta ordinata. Ut monachi vel clerici qui ordinem suum abjecerunt, aut redeant aut excommunicentur. Ut clerici patentes coronas habeant. Ut decimæ non nisi ecclesiis dentur. Ne ecclesiæ aut præbendæ emantur. Ne novæ capellæ fiant sine consensu episcopi. Ne ecclesia sacretur donec provideantur necessaria et

Archbishops of Canterbury.

Council of Westminster [Sept. 29,] 1102.

The first decree directed against simony.

Names of persons condemned of this crime; and of those degraded for other reasons.

Decrees of the Council.

[1] *duxit*] A. B. D. E.; duxerit, C.

Archbishops of Canterbury.

Council of Westminster, Sept. 29, 1102.

presbytero et ecclesiæ. Ne abbates fatiant milites, et ut in eadem domo cum monachis suis dormiant et comedant, nisi aliqua necessitate prohibente. Ne monachi penitentiam cuivis injungant sine consensu abbatis sui, et quod abbates sui eis de hoc licentiam dare non possunt, nisi de eis quorum animarum curam gerunt. Ne monachi compatres nec monachæ commatres fiant. Ne monachi teneant villas ad firmam. Ne monachi ecclesias nisi per episcopos accipiant, neque sibi datas ita expolient suis redditibus, ut presbyteri ibi servientes in his quæ sibi et ecclesiis necessaria sunt penuriam patiantur. Ut fides inter virum et mulierem occulte et sine testibus data de conjugio, si ab alterutro negata fuerit, irrita habeatur. Ut criniti sic tondeantur, ut pars aurium appareat, et oculi non tegantur. Ne cognati usque ad septimam generationem copulentur, vel copulati simul permaneant, et si quis incestus hujus conscius fuerit et non ostenderit, ejusdem criminis se participem esse cognoscat. Ne corpora defunctorum extra parrochiam suam sepelienda portentur, ut presbyter parrochiæ perdat quod inde illi juste debetur. Ne quis temeraria novitate corporibus mortuorum, aut fontibus, aut aliis rebus, quod contigisse cognovimus, sine episcopali auctoritate reverentiam sanctitatis exhibeat. Ne quis illud nefarium negotium, quo hactenus in Anglia solebant homines sicut bruta animalia venundari, deinceps facere præsumat. Sodomiticum flagitium fatientes, et eos in hoc voluntarie juvantes, in eodem concilio gravi anathemate dampnati sunt, donec confessione et penitentia absolutionem mereantur. Qui vero in hoc crimine publicatus fuerit, statutum est, si quidem fuerit persona religiosa, ut ad nullum amplius gradum promoveatur, et si quem habet, ab eo deponatur; si autem laicus, ut in toto regno Angliæ legali suæ conditionis[1] dig- [f. 39, b.]

[1] *conditionis*] ditionis, with con- above the line, A.

nitate privetur. Et ne hujus criminis absolutionem iis qui se sub regula non voverunt, aliquis nisi episcopus deinceps facere præsumat. Statutum quoque est, ut per totam Angliam in omnibus ecclesiis, et in omnibus Dominicis diebus, excommunicatio præfata renovetur.[1]

Archbishops of Canterbury.

Council of Westminster, Sept. 29, 1102.

[f. 40, a.] § 65. Perseveravit ergo in Anselmo ad exitum vitæ invictus vigor, pietatis fervor. Excessit anno incarnationis Dominicæ .M.C°IX°., regni Henrici .ix°., ætatis suæ .l°x°vi°., pontificatus .x°vi°.; sepultusque primo ad caput prædecessoris sui Lanfranci, postea dignius mausoleum in orientali porticu accepit. Vir qui omnes quos quidem viderimus sapientia et religione[2] præstaret. Adeo peccatorum extorris, ut viro veracissimo mihique notissimo dixerit, nunquam se postquam monachus fuisset ita stimulis iræ actum ut alicui impingeret convitium, nisi semel tantum in hoc excidisse. Numquam nisi unum[3] dictum emisisse, cujus memoria conscientiam exulcerasset. Super cænam quondam recordatus crudum se allec comedisse, percusso pectore

Anselm's energy and piety unabated till the end of his life.

His death, 1109, aged 66.

He is first buried at the head of Lanfranc; but afterwards removed to a mausoleum in the eastern porch.

His character, and anecdotes concerning him.

[1] *renovetur. Perseveravit*] D. E.; After renovetur the remainder of the page, or about fifteen lines, is erased, in A. In the centre of the blank space thus made, our author has written the following mournful admission: Fateor imbecillitatem meam, nolo spe pugnare.

MSS. B. and C. thus supply the erasure: Hic est concilii Lundoniensis textus, qui non post multos dies in omnibus pene prævaricatores habuit; fueruntque illi transgressionis principes qui fuerant legislatores. Nam de ceteris ut pauca vel nulla dicam, quomodo primum capitulum ut fallerent invenere. Non enim ut intrant in sacerdotium dant pecuniam, ne faciant simoniam. Enimvero jam consecrati pro honore gratis sibi collato, tantum dant domino quantum possit episcopatum immaniter ledere; nec possit aviditati fisci sufficere. Quis præterea placitator nisi episcopi? Quis firmarius nisi archidiaconi? Quis postremo ut verbis propheticis loquar cecus, nisi servus Domini? Sed ne progrediar cohibebo mentem, ne stomacho meo serviens offendam lecturos. Dies enim mali sunt. Illud sane præceptum de Sodomitis omni Dominico die excommunicandis, Anselmus ipse postea, quibusdam rationabilibus exigentibus causis, immutavit. Quod tamen malis mentibus fomes fuit audatiæ, ut cetera licentius transgrederentur, B. C.

[2] *religione*] Written upon an erasure, A.; religione solus, B. C.

[3] *nisi unum*] Interlined, A.

Archbishops of Canterbury.

peccatum ingemuit, quod crudam carnem contra legem absumpsisset. Edmero vero, qui assideret, dicenti quod sal cruditatem allecis excoxisset: 'Sanasti me,' inquit, 'ne peccati torquerer memoria.' Obedientiæ pertinax custos, cum archiepiscopus liberæ potestatis esset, rogavit papam Urbanum ut sibi aliquem proponeret cujus jussis vitam disponeret. Is Edmerum exhibuit; cujus Anselmus jussa tanti fatiebat, ut cum eum cubili locasset, non solum sine ejus præcepto non surgeret, sed nec latus inverteret. Eloquentiæ etiam in communi loquela torrens profluus, qui nec inter comedendum a divinis vacaret eloquiis. Delectabaturque eximie cum quæstionibus propositis obitientium acumen experiretur; fere omnia vel sua assumpta[1] similitudinibus vel transigens vel aliorum objecta eludens.[2] Jam vero ex industria hebetem in secularibus se prebebat, ut turbulenta talium negotiorum procella vexatus, artubus quoque deficeret; quod cum domestici contubernales viderent, semotis turbis subornabant aliquem qui animum residem cote quæstiuncularum exacueret. Continuoque ille suscitata mente et scintillanti lumine in[3] quærentem intendens, robur utriusque resumebat materiæ. Quam penitus vero archanos humanorum et divinorum sensuum sinus intraverit, inditio sunt libri, quibus jamdudum decedente livore, orbis Latini successit favor.

His knowledge of human nature displayed in his writings.

Miracles performed by him.

§ 66. Nec vero episcopatus onus, tantorumque nego-

---

[1] *sua assumpta . . . . . eludens*] sua assumpta vel aliorum objecta transigens similitudinibus vel eludens, A. B. and C. preserve the original order of A., without any marks of transposition; sua assumpta similitudinibus transigens vel aliorum objecta eludens, D.; sua assumpta similtudinibus vel aliorum objecta transigens vel eludens, E. The variations in D. and E. are to be traced to a slight indistinctness in A., the *vel* before eludens having no letter of the alphabet placed above it; our author however seems to have intended that it should maintain its place after similitudinibus.

[2] *eludens*] D.; originally elidens, but the *i* changed into *u*, A.; elidens, B. C.; elidens, with *u* written above the *i*, E.

[3] *in*] Interlined, A.

Archbishops of Canterbury.

tiorum moles, consuetis miraculis ferias infixit. Ignes materiales et fulmineos, qui jam vicinas edes depascebantur, porrecto salutari signo in cinerem compescuit. Stupuit Campania novum ebullire de rupe fontem, quando ipsius benedictione silex cavatus evomuit lati-
[f. 40, b.] cem. Lepusculus ab hostibus circumventus, dum sub pedibus animalis cui sanctus insederat querit remedium, salvus effugit.[1] Jussit ille, et persecutores hiantes latratus destituit, simul et conantes cursus fefellit. Cecæ mulieris orbes vacuos, sputo injecto, jubar serenum inplevit; febricitantis rigorem panis ab eo datus cohercuit. Cum jam supremum efflasset, percunctatus est Balduinum Radulfus Rofensis episcopus qui aderat, an balsami vel aliquantas guttas haberet, quo caput saltim delibutum, corruptionis labem evitaret in posterum. Protulit ille ampullulam, in cujus fundo parvissimum quid resederat. Manui ergo Edmeri nectareus liquor quantus erat infusus, vix volæ medietatem madefecerat. Quo velociter expenso,[2] iterum tantum effluxisse miratus est. Nec destitit avarus exactor repetitis ausibus urgere prodigium, donec totum corpus ex omni sui parte non perfunctorie balsamito unguine inficeret. Quoque[3] magis facto applaudas, ampulla modo demisso ventre, modo obliquato sinu totiens vacuata, peracto sollenniter inunctionis offitio, inventa est plena plus medio. Posteroque die cum ad sepeliendum componeretur, offenderunt lapidem corporis receptaculum, minus pleno palmo temere cavatum. Cumque omnes mussitarent, quia nec alius lapis facilis esset inventu, nec corpus curvando injuriam vellent sancti Spiritus facere organo, repente viderunt lapidem idoneum, et corpus sine manus amminiculo decenter sepulcro illapsum.

Baldwin, at the request of Ralph, bishop of Rochester, anoints his head with balsam, in order that it may escape corruption.

Though at first very small in quantity, it increases so as to be enough for his whole body.

Miracles at his interment.

[1] *salvus effugit*] effugit salvus, A., the present arrangement of the words being, however, indicated in the usual manner.

[2] *expenso*] D.; the two first letters written upon an erasure, A.; impenso, B.C.

[3] *Quoque*] A. D. E.; Quodque, C.; Quoque, with *d* interlined, B.

Archbishops of Canterbury.

His death, April 21.

Astantum oborta lætitia, clamor impulit astra; quem non tam meruit quanquam prædicanda miraculi dignitas, quam subventionis non expetitæ celeritas. Undecimo Kalendas Maii in alterum seculum abiit; nec tamen amantes sui vacuos opis mundo exposuit. Militat adhuc se invocantibus, nec facile quisquam prona spe accedit ad tumulum, qui non plena re precum referat effectum. Mirum illud, quod nuper Lugduni contigit. Erant ibi duæ anus reclusæ, quibus nichil sanctius, nichil concordius. Ad has Anselmus dum ibi maneret dignanter veniens, crebras ammonitiones virtutum infundebat. Sed post ejus decessum, simultas inter eas pro parva re, ut mos est feminarum, ebulliens, rupit pacem, scidit concordiam. Sensim itaque in majus processum, quod obliqua invidia et amaris stimulis obprobriorum dies noctesque agerent. Furor armabat linguas, ira ministrabat contumelias. Et ambas quidem stultitiæ involvebat communio, sed magis unam premebat reatus quæ dedisset liti principium. Huic Anselmus nocte astitit, multum mutatus ab illa lenitate vultus quam in vivente viderat. Dabat auctoritatem sermonibus austeritas, et quasi a longe et ab alieno petita severitas. Pulchre,[1] ait, monita mea servastis, quæ vobis servanda commendare debuissent vel professionis vestræ religio, vel meæ sedulitatis dilectio. Nunc seritis jurgia, irritatis odia, oblitæ famæ vestræ, reverentiæ meæ, profectus utrorumque. Quare per tanta terrarum intervalla me ad vos fatigastis, ut si desinitis pacem restituam, si permanetis interminer [f. 41, a.] pænam. Hæc visio litigatricum mansuefecit mentem, lenivit tumorem. Eademque nocte sequenti, cum post lacrimas juges, fessam sopor reclinasset, cælestes protelavit excubias. Nam remotis terrenorum sensuum nebulis, visa est perspicue dominæ nostræ sanctæ Mariæ assistere. Jussa pedibus assedit. Cumque dominæ dignatio copiam interrogandi quæ vellet fecisset, illa felici

He appears after death to an old woman at Lyons.

[1] *Pulchre*] At first Pulcre, but an aspirate added over the *r*, A.

Archbishops of Canterbury.

[A.D. 1106.]

ausu animata, de Hugone ipsius urbis[1] archiepiscopo recenter defuncto interrogavit quid sperare posset: 'Bene,' inquit, 'filia, erit ei per misericordiam Dei in 'proximo, et jam in foribus est remissio.' 'Et de do-'mino meo Anselmo archiepiscopo Cantuariensi quid 'sciendum?' 'De illo,' ait, 'nullo modo dubites quin in 'magna Dei sit gloria.' Hæc dicta quasi anilium somniorum figmenta nullus, quæso, excipiat cachinno, nullus persequatur ludibrio. Constat enim feminas illas et omnis rigore abstinentiæ et salubri mentis compunctione, nullis unquam sanctis inferiores fuisse.

The archbishopric vacant for five years.

§ 67. Igitur postquam venerandæ memoriæ Anselmus, lutei corporis nodos evadens,[2] huic vitæ valefecit, vacavit archiepiscopatus pleno quinquennio.[3] Hoc toto spatio cum rex ammoneretur ut matris[4] suæ ecclesiæ viduitati consuleret, miti responso differebat, 'optimos 'fuisse archiepiscopos quos pater fraterque misissent, se 'nolle a parentum felicitate degenerare; quocirca magno 'scrutinio debere agitari consilium, ut eum poneret ar-'chiepiscopum, qui vel[5] æquis passibus virtutum ante-'cessores suos consequeretur, vel emularetur proximis.' Talia responsa videbantur plena juris et æqui, et erant plane. Diu ergo multumque librato consilio,[6] concilium Windlesoris coegit, summam manum negotio impositurus. Eratque mentis propositum ut eligeretur Fari-

The king defers appointing a new archbishop; alleging that great caution was necessary in so important a matter.

A great council summoned at Windsor [April 26, 1114].

---

[1] *urbis*] D.; interlined, A. E.; omitted B. C.

[2] *evadens*] D.; originally *eluctatus*, but crossed through, and *evadens* interlined, A.; eluctatus, with evadens written above it, E.; eluctatus, B. C.

[3] *quinquennio*] D. E.; after this word there is a blank erasure of a line and a half in A.; quinquennio. Expendebanturque res ecclesiasticæ in regios usus; monachorum tantum redditus tranquilla pace fluebant. Hoc, &c., B. C.

[4] *matris*] B. C.; *matri*, A. D. E.

[5] *vel*] D.; interlined, A.

[6] *et erant plane. Diu ergo multumque librato consilio*] D. E; these words written upon an erasure, and after them a blank erasure of a line and a half in A.; sed pecuniarum agger blandiebatur regis animo, et medebatur expectationis aliorum tedio. Tandem cum plus sive vix abolenda non posset differri [differre, B.] infamia, concilium, &c., B. C.

Archbishops of Canterbury.

The king wishes to appoint Faricius, abbot of Abingdon; but defers to the sense of the council.

tius abbas Abbendoniensis, vir ingentis acrimoniæ et insignis industriæ, ad ea quæ cepisset explenda. Nichil tamen in archiepiscopi dumtaxat electione voto indulgens suo, in commune[1] arbitrium refudit electionem. Quod et tunc et alias insigni continentia fecisse dinoscitur, ipsorum in divino examine intererit, quo animo juditium sibi delegatum ventilaverint. Tunc ergo cum ex clericali ordine aliquem vellent, reclamatum est nullum umquam clericum archiepiscopum Cantuariæ fuisse præter unum Stigandum, qui et proterve ingressus et digne[2] expulsus fuerit. Non esse necesse consuetudinem tantæ antiquitatis infatuari, præsertim cum contra fidem esse non posset probari. Hoc dejecti consilio, habentesque suspectui rigorem Faritii, hæc contulere. Si Longobardus ille fuerit archiepiscopus, rursus lites, rursus discidia. Nulli nostrum parcet, præsertim cum eum non aliter rex[3] suspitiat[4] quam si cælo demissus sit. Sed hæc palam non[5] dicenda. [f. 41, b.] Dicatur quod nullius vulneret conscientiam. Satis superque alienæ gentis homines fuisse archiepiscopos. Abundare patriæ linguæ viros, qui referant Lanfrancum scientia, religione Anselmum exhibeant, pannis utrumque. Esse Radulfum Rofensem episcopum,[6] qui fama æquet antiquos, humili affabilitate vincat et veteres et novos. Si genus explores, spectabili Normannorum prosapia oriundum; si vitam inquiras, nulla etiam infamia præstrictum. Solum esse cujus religionem nec livor carpere possit, quod discreta sit. Si litterarum scientiam rimeris, totas exhausit Athenas; si eloquentiam exigas, melleo quodam lapsu ex ejus ore fluit oratio; cui accedit genialis soli, id est Cinomanniti,

Debate upon the occasion.

It is resolved that Ralph bishop of Rochester should be the new archbishop.

His birth, character, and abilities eminently qualify him for the post.

---

[1] *commune*] D. E.; this word written upon an erasure, A.; in episcoporum omnium arbitrium, B. C.

[2] *digne*] D. E.; written upon an erasure, A.; fede, B. C.

[3] *rex*] D. E.; interlined, A.

[4] *suspitiat*] A. E.; vel suspiciat suscipiat, B.; suscipiat, C. D.

[5] *non*] Interlined, A.

[6] *episcopum*] archiepiscopum, A., but *archi-* crossed through.

Archbishops of Canterbury.

accuratus et quasi depexus sermo. Hæc meruerunt suffragia, ut continuo mutata sententia rex in eorum voluntatem transiret. Actum quinto die post exactum quinquennium a morte Anselmi.

His history. Is brought up at the abbey of Seez. Becomes abbot [1089].

§ 68. Radulfus apud Sagium, quæ est abbatia Normanniæ, primo adolescentiæ flore monachum se devoverat. Coalescentibusque virtutum incrementis, primo supprior, mox prior, postremo abbas fuerat. Hunc ille locum exilem admodum et angustum probe foris et intus exaltaverat. Assentiebatur ei primo Robertus Belesmensis, illius provintiæ dominus, patiebaturque[1] hominem libere[2] religioni excubare. Sed simul, ut alias diximus, ab Henrico rege Anglia pulsus, Normanniam concessit,[3] de sacramento et homagio abbatem exagitare. Pertinatius insistere, alter qui Romani papæ prohibitionem audisset, prorsus abnuere. Quapropter, abbatia relicta, Angliam appulsus, circuitione abbatiarum, in quibus vitæ et sermocinationum merito gratiose suscipiebatur, multum tempus elusit et perdidit. Nec enim Normanniam ad Rotbertum redire judicabat ingenuum, quod esset ille omnium feditatum et iniquitatum altissimus gurges. Nec vero alicubi in Anglia diu fovere hospitium putabat honestum, ne importunitate sua indigenarum nausiam irritare videretur. Multitudo enim Normannorum abbatum tunc inundaverat provintiam, qui meditatos in patria et exculptos sermones inferebant Anglis; nunc hic nunc illic, aliorum impendio lenta consumentes otia. Assueti venditare linguas, favoris venari auras. Istas fastidii causas quantum modeste poterat Radulfus evitans, magis circa archiepiscopum conversabatur, cujus jam inde ab adolescentia fuisset sancto familiaris contuber-

His intimacy with Anselm,

[1] *patiebaturque*] A. D.; pauebaturque, B. C. E., owing to the word being rather indistinctly written in A.

[2] *libere*] D.; originally *liberum*, but *-um* crossed through and *-ere* interlined, A. E.; liberum, B. C.

[3] *concessit*] Originally *concessisset*, but *-sset* crossed through and *-t* interlined, A.

Archbishops of Canterbury.

who had made him bishop of Rochester [Aug. 1108].

nio. Hinc fuit, ut illum, Gundulfo Rofensi episcopo [f. 42, a.] defuncto, subrogaret, accepto prius ab eo homagio et sacramento, fidelem fore sanctæ Cantuariensi ecclesiæ. Imminente consecrationis die, Anselmum obnixe Deum rogasse accepimus, ut quia Radulfum elegisset episcopum, tale illi prognosticon efferret quo suum juditium divinæ voluntati concordare gauderet. Affuit simplici preci pia divinitas, et hunc versum exhibuit: 'Erunt 'similes[1] angelis Dei.' Ita factus episcopus, estimationem boni quam de eo habuerant homines non fefellit; sed provexit in effectum, evexit in publicum. Quare cum de archiepiscopo ageretur, omnes in ejus electionem voluntate prona tum etiam voce consona concurrerunt.[2] Ductus ergo ad sedem, non multo post pallium meruit Romanæ sedis indulgentia, afferente Anselmo legato, nepote ex sorore Anselmi archiepiscopi. Nam et in principio regni Henrici venerat Angliam ad exercendam legationem Guido Viennensis archiepiscopus, qui postea fuit apostolicus;[3] tunc Anselmus; nec multo post quidam Petrus. Omnesque reversi nullo effectu rei, grandi præda sui, Petrus maxime, quod omnes eum incendere caverent, qui esset filius Petri Leonis,[4] summi Romanorum principis. Crebra ergo ad Angliam commeabat legatio Romanorum insidiantium imbecillitati Radulfi, set effugabantur omnes cautela Henrici. Nolebat enim ille in Angliam præter consuetudinem antiquam recipere legatum nisi Cantuari-

Is enthroned as archbishop [May 17, 1114]. And receives his investiture from Rome.

Guido, bishop of Vienne (afterwards Pope Calixtus III.), Anselm, a nephew of Anselm the archbishop, and Peter, successively papal legates in England.

Papal endeavours to undermine Ralph with the king; who, however, refuses to be influenced.

---

[1] *Erunt similes*] S. Marc. xii. 25.

[2] *Imminente . . . . . concurrerunt*] D. E. These sentences stand in the following order in A., the letters of the alphabet being placed over them to indicate the order in which they now stand in the text:—Ita factus episcopus, &c. . . . . Quare cum de, &c. . . . . Imminente consecrationis, &c. . . . Affuit simplici, &c. . . . . Erunt similes, &c. . . . This is also the arrangement in B. and C., where however there are no indications for a new disposition.

[3] *fuit apostolicus*] At first apostolicus fuit, in A., the present order being, however, indicated in the usual manner.

[4] *Petri Leonis*] A. D. E.; Leonis, B.C.

ensem archiepiscopum, illique libenter refringebant impetum, propter violentiam denariorum. At non ita facilis flecti Cono legatus in Gallia, omnes episcopos et abbates Normanniæ suspensionis nota implicuit, quod tertio vocati ad concilia sua non venerant. Super quo habito tractatu, missus Romam Radulfus archiepiscopus et Herbertus Norwicensis episcopus,[1] ut suo labore tantam legatorum confusionem digereret. Sed cum ad castellum quod Feritatem vocant venisset, fedissimum ulcus fatiem ejus invasit et tumefecit, certum futuræ paraliseos inditium. Carbunculum vocat Plinius secundus peculiare vultus vitium, quod vel cutem ad ossa corrodat, vel, medicorum præventum diligentia, deformem cicatricem relinquat. Multis ergo diebus decubuit. Sed postea valitudine sedata, vel potius morte dilata, Romam pervenit. Absens erat tunc Paschalis papa, Beneventique morabatur. Obsederant imperatoris satellites, qui tunc secundo Romam armis territabat, medios calles, nec potuit archiepiscopus potiri papæ colloquio nisi per internuntios. Illi quid apud papam egerint, epistola manifestabit.

Archbishops of Canterbury.

Cono, legate in France, suspends all the Norman abbots and bishops.

Archbishop Ralph and Herebert, bishop of Norwich, sent to Rome to stop the proceedings of the legates.

The archbishop is laid up on the road by a carbuncle.

But at last he arrives in Rome.

Pope Paschal's absence at Benevento.

The archbishop can only communicate with him through the medium of others.

§ 69. ‘Paschalis episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus Angliæ episcopis, et karissimo filio
[f. 42, b.] ‘Henrico illustri regi, salutem et apostolicam benedictionem. Veniente ad nos karissimo ac reverentissimo ‘fratre nostro Radulfo archiepiscopo, vestram ad nos ‘legationem missam per venerabilem fratrem episcopum ‘Herbertum Norwicensem cognoscimus. Et quidem ‘gravibus infirmitatum molestiis impediti, îdem fratres et coepiscopi pervenire ad nostram præsentiam ‘minime valuerunt. Sed nuntiorum honestis venerabilibusque personis pervenientibus, eorum scripta suscepimus; in quibus et ipsorum postulationes et ves-

Letter of pope Paschal II.

[1] *et Herbertus Norwicensis episcopus*] D. Interlined thus, *et H. N. episcopus*, and in the margin *Herbertus Norwicensis episcopus*, A.; added on lower margin of E.; omitted, B. C.

Archbishops of Canterbury.

'træ legationis vota perspeximus. Id enim optabatur, 'id poscebatur, ne ecclesia Cantuariensis temporibus 'nostris sua dignitate privetur; ne nos eandem dig-'nitatem minuamus aut minui sinamus, qua videlicet 'potita est ex quo a beato Gregorio per beatum Au-'gustinum fundata est. Preter hæc litterarum inditia, 'legati qui ad nos missi sunt ut sapientes ac strenui 'viri, assertiones suas prudenter, instanter, efficaciter 'exsecuti sunt. Nos profecto et legatorum personas et 'assertiones et vestrum omnium legationes, tanquam 'karissimorum fratrum, benigne hilariterque suscepi-'mus, quia vobis in Domino propter Dominum placere

In which he says that he will not diminish the privileges of the church of Canterbury.

'optamus. Vestræ igitur dilectioni notum haberi vo-'lumus, quia Cantuariensis ecclesiæ dignitatem nec 'imminuimus nec imminuere deliberamus. Beatum 'namque Gregorium apostolicæ sedis pontificem, tam-'quam præcipuum Christi Domini membrum, tamquam 'Christiani populi pastorem et doctorem, tamquam sa-'lutis æternæ ministrum,[1] in omnibus veneramur, et 'rata esse cupimus quæ ab ejus institutionibus pro-'cesserunt. Illam ergo dignitatem quam ab eo per 'beatum Augustinum Cantuariensis suscepit ecclesia, 'et quam sanctæ memoriæ frater noster Anselmus jure 'ac possessione legitima tenuisse cognoscitur, nos pro-'fecto nullatenus imminuimus, sed in eodem statu 'esse Cantuariensem ecclesiam volumus, ut autentica 'ejus privilegia juxta canonum sanctiones nullis per-

Benevento, March 24. [1117.]

'turbationibus violentur. Data Beneventi .ix. kalendas 'Aprilis.'

§ 70. Hic si papa expresse dixisset has et has dignitates habuit ecclesia Cantuariensis, et easdem illi confirmo, absolvisset litigium, controversiis imposuisset modum; sed dicens, quæcunque autentica habet nos nullatenus imminuimus, indeterminatam rem, ut erat, reliquit in medio. Sic callidus lepos Romanorum novit

It leaves the whole matter unsettled.

[1] *ministrum*] D. Interlined in A.; added on margin of E.; præconem, B. C.

Archbishops of Canterbury.

se ad oratorum convertere versutias, et quæ vult cassa suspendit ambage, non parcens alienis laboribus dum modo consulat suis profectibus. Ita circa Romam plures dies Radulfus commoratus, modo in imperatoris exercitu, papæ duntaxat concessu, modo in Sutrio colloquium operiebatur papæ, quem rumor disperserat jamjamque affore. Qua ille suspectatione suspensus, [f. 43 a.] perdidit impensam.[1] Namque illo non veniente, regressus Normanniam, circa regem mansit plus anno; meditatus Gelasio successori Paschalis citra montes venienti occurrere, ut præsens suæ partis patronus objectiones adversariorum dispelleret. Turstanus enim Eboracensis electus, qui nollet Cantuariensi archiepiscopo professionem facere, impigre[2] mentes Romanorum ad sui favorem sollicitabat. Quin et Gelasio de medio facto, cum Guido Viennensis archiepiscopus, Calixtus in papatu dictus, successisset,[3] et Remis concilium celebraret, misit ei Radulfus[4] nuntios suæ partis astipulatores, quos ille et palam suscepit gratius, et clam fefellit callidius quam tantum virum deceret, Eboracensem electum, spreta omni antiquitatis regula, consecrando. Sed quibus modis rationes suas tutatus fuerit adverso etiam rege Turstanus, cum ventum fuerit ad recensitionem Eboracensium, sermo non prætermittet evolvere.

Ralph lingers at Rome in hopes of the return of the Pope, and at Sutri; but being disappointed, returns to Normandy, where he remains over a year.

He intends to meet, and to endeavour to influence Gelasius II., the successor of Paschal II., in his favour.

For Turstan, archbishop of York, was plotting against him with the Romans.

Envoys sent by Ralph to pope Calixtus II.

He pretends to receive them graciously: but secretly consecrates Turstan archbishop of York [Sunday, Oct. 19, 1119].

§ 71. Sed Angliam reversus Radulfus, veteri quod diximus paralisis incommodo indies aucto angebatur, non usque adeo tamen ut sollennia prætermitteret. Quamquam voce impeditior, et[5] in consiliis non futilis auctor. Immo ad iram acrior, quia sit[6] illius valitudinis con-

Ralph returns to England. He is again attacked by paralysis.

---

[1] *perdidit impensam*] D.; originally *lusit operam*, but crossed through, and *perdidit impensam* interlined, A.; lusit operam, with perdipit impensam written above it, E.; lusit operam, B. C.

[2] *impigre*] D.; the *-re* written overline upon the original abbreviation for *-er*, A. E,; impiger, B.

[3] *successisset*] suscessisset, A.

[4] *Radulfus*] *R.* in MS. originally, *-adulfus* being interlined.

[5] *et*] *at* originally, but the *a* altered into *e*, A.; at, B. C.; aut, D. E.

[6] *sit*] A. D. E.; fit, B. C.

Archbishops of Canterbury.

His death, Oct. 20, 1122.

His character and accomplishments.

suetudo ut ad iracundiam agat animum. Cum aliquid contra jus ecclesiæ suæ fieret, ægre ferret et aspere ulcisci. Nec vero diu mansit in vita, cum morbus cotidie ferotior exitum maturaret. Obiit .xiii. kalendas Novembris anno .ix°. patriarchatus, Incarnationis Dominicæ .M°.C°.XXII°. Hunc habuit finem Radulfus religione impar nulli, peritia litterarum[1] magnifice pollens, affabilitate certe facile omnium primus. Qui fortunarum amplitudine nichil plus acquisierit, nisi ut plus benefacere posset quibus vellet; quamquam ad estimationem vulgi tantum ejus decedebat gloriæ quantum accedebat fortunæ. Ceterum nullius delicti suspitione vel levi notabilis, nisi quod ad[2] risus et jocos inclinatior erat quam vel dignitatis vel gradus interesse videretur. Sed quocumque animo id faceret, bono utique vir ille fatiebat; de quo quicquam sinistrum suspicari contra religionem est niti.[3]

---

[1] *litterarum*] D. E.; originally *litterarum nulli cedens*, but *nulli cedens* crossed through, A.

[2] *ad*] Interlined, A.

[3] *ulcisci. Nec . . . . niti*] D. E. This entire passage is written upon an erasure in A., occupying the lower half of folio 43, a, the reverse of the folio (43, b), though originally covered with writing, having been erased and left wholly blank. In B. C. we get at the original composition, as follows:—

ulcisci; ut consequenti liquet exemplo. Cum rex Henricus, defuncta priore conjuge Mathildi, [Mathilde, C.] Adelidem puellam filiam ducis Lotharingorum ducere intendisset, sponsalia apud Windlesoras fieri placuit. Id officium Rogerius Salesberiensis episcopus sibi deberi dixit, quod [pro, C.] titubantia linguæ archiepiscopus explere nequiret, et quod sua diocesis esset. Restitit ille homini tum maxime potenti, adeo ut jam sacris vestibus indutum episcopum exuviis cedere cogeret; tum quia ipse inequalis erat, Willelmo Wentano [episcopo, C.] hoc delegavit muneris, cautelæ [caute, C.] inposterum providens, ne quid tale Salesberiensis episcopus pro privilegio parrochiæ sibi assumeret. Postero die nova nupta in reginam consecrata, altario astitit. Cujusdamque astantis susurro admonitus, animadvertit regem coronatum in solio sedere. Motus ergo plurimum, quod alter sui juris rem prævertisset, [pervertisset, C.] sicut erat sacro redimitus pallio, ad regem accessit. Quo dignanter assurgente, Quis, ait, te coronavit? Cumque ille inscientiam excusaret, [excusasset, C.] Injuste, inquit, coronatus es. Quocirca vel tu corona, vel ego abstinebo missa. Immo, respondit rex, quod perperam factum est, domine pater, corrige, et quod faciendum est non omitte. Illo ergo

De Episcopis Rofœ.

Bishops of Rochester.

[f. 44, a.] § 72. Cantuariensem eclesiam sequitur Rofensis, vicinitate loci non auctoritate privilegii proxima. Quæ et olim illa lactante fidem inbiberit, et nunc sequaci virtutum linea matrem imitari contendat. Rofa est oppidum situ nimium angustum, sed, quia in edito locatum, fluvio violentissimo alluitur, hostibus sine periculo non accessibile.[1] Pauca prorsus et pene nulla præsulum illius urbis[2] gesta didicerim, quæ memoranda putem. Nuda ergo nomina si ponam, succenseri[3] mihi

The bishopric of Rochester comes next to that of Canterbury, on account of its proximity.

Description of the city.

---

manus ad auferendum diadema componente, et rege subligar menti denodante, vix unanimi omnium strepitu et prece victus, injuriam regio capiti facere detrectavit. Nec sane difficile fuit, ut post obitum ejus minas explerent qui regis animum tum sedulitate officiorum tum munerum prærogativa obtinerent. Ille quoque non diu mansit in vita, cum morbus cotidie ferocior exitum maturaret [maturavit, C.]. Obiit .x°.iii°. Kalendas Novembris, anno nono patriarchatus, incarnationis Dominicæ .M°.C°.XX°.II°. Hunc habuit finem Radulfus, religione impar nulli, peritia litterarum magnifice pollens, affabilitate certe facile omnium primus. Qui fortunarum amplitudine nichil plus adquisierit, nisi ut plus benefacere posset quibus vellet. Quanquam ad estimationem vulgi tantum semper ejus decedebat gloriæ quantum accedebat fortunæ. Ceterum nullius delicti suspitione vel levi notabilis, nisi quod ad risus et jocos inclinatior erat quam vel dignitatem gradus vel longevitatis vitæ intererat. Dicebaturque pene nugax, angustiamque animi qua credebatur minus dapsilis, faceta verborum hilaritate condiens et obumbrans, B.

[1] *Rofa . . . . accessibile*] D. E. This sentence is added in the side margin of A.; a mark (Θ) after *contendat* in the text shewing its place. It is added also on the margin of B.; the word *nimium* being omitted, perhaps, from the difficulty of reading it in the original, A.; the outer edge of the manuscript having become apparently so worn even in Malmesbury's time, that he has rewritten some of the letters on the left hand side of the insertion. The writer of MS. E., apparently confused by the illegibility of Malmesbury's MS., has given it thus,—*situ im nū*; which would seem to show that he copied directly from MS. A., and before Malmesbury had retouched the insertion. It occurs in C. as a separate section.

[2] *urbis*] Partially crossed through in A.; omitted, B. D. E.; loci, C.

[3] *succenseri*] Originally *dicendorum succenseri*, but *dicendorum* crossed through, A.

Bishops of Rochester.

Justus, the first bishop, is translated to Canterbury [A.D. 604].

Romanus, the next bishop, is drowned while going on a mission to pope Honorius [A.D. 627].

Paulinus succeeds him.

His previous history as bishop of the Northumbrians.

He consecrates Honorius as successor of Justus, archbishop of Canterbury [A.D. 627].

And returns himself to Rochester.

He is favoured by the archbishop Honorius and king Edbald.

His death and burial [A.D. 644].

non debet. Dicendorum enim penuria pauca dicenti amolietur invidiam. Primus ibi Justus a beato Augustino constitutus episcopus, decedente Mellito archiepiscopo thronum Cantuariensem conscendit. A Justo Romanus apud Rofam substitutus, et ecclesiasticæ legationis causa ad Honorium papam directus, marinorum fluctuum rabie suffocatus animam amisit. Vacanti sedi successit Paulinus. Hujus laudem semper hactenus præ se tulit antiquitas, et in immensum extulit. Natione fuisse Romanum, a beato Gregorio cum ceteris in usum Verbi Angliam missum. A Justo archiepiscopo Northanimbrorum genti ordinatum episcopum, prelatum apostolum. Regem detrectantem evocasse ad fidem, denuntiatione cælestis oraculi, quod quondam divinæ assensus clementiæ Æduino ostenderit, nunc spiritus vaticinii Paulino infuderit. Ipsum ab Honorio papa pallium suscepisse, Honorium in archiepiscopum Cantuariensem post Justum consecrasse. Post multa populi Aquilonalis spolia diabolo detracta, ne militi emerito persecutionum deesset temptatio, violentia hostili proturbatum a sede, Cantiam concessisse. Tum, ut superius dixi, Rofensem ecclesiam suscepisse regendam, Honorio archiepiscopo et rege Edbaldo favorabili assentatione[1] sanctissimum sacerdotem ambientibus. Suscepit ille quod ex fraternis animis suggerebat caritas, et inferioris loci solio interim[2] contentus, tempore suo tramitem carnis ingressus est, post annos ex quo ad Eboracum ordinatus est .xix., menses duos, dies .xxi. Tumulatus est in ecclesia[3] quam ibi rex Ethelbirhtus a fundamentis excitaverat sancto Andreæ apostolo, cujus honorem illa sedes adorat. Famosus in illa provintia sanctus, et, pro velocitate impigri ad preces[4] occursus, ab omnibus venerabiliter

[1] *assentatione*] *assentantione*, A.

[2] *interim*] B. C. D. E.; interlined, A.

[3] *æcclesia*] After this word there is a blank erasure of about two letters in A.

[4] *impigri ad preces*] D. E.; originally *ad preces impigri*, a mark of transference being added, A.; *ad preces* omitted, B. C.

Bishops of Rochester.

dilectus. Paulini locum explevit apud Rofam Ithamar,[1] ab archiepiscopo Honorio datus et consecratus. Anglus quidem ortu, sed in quo nichil perfectæ sanctitatis quantum ad vitam,[2] nichil elegantiæ Romanæ quantum ad scientiam minus desiderares. Ita primus in patriam pontificalis honoris in Angli persona ferens gratiam, provintialibus suis nonnullam dignitatem adjecit. Post Honorium ordinavit apud Cantuariam Deusdedit archi-
[f. 44, b.] episcopum. Esset id archiepiscopi Eboracensis solenne, sed pulso, ut dixi, Paulino nullus successerat. Nam et Scotti, qui favore Northanimbrorum regum provintiam compleverant[3] illam, magis in paludibus inglorii delitescere, quam in excelsis urbibus consuerant habitare. Simul, quia cum in multis tum in observatione Catholici Paschæ delirabant, cavebant Romanorum apud Cantiam reliquiæ ordinationes erroneorum suscipere. Defuncto Ithamar successit Damianus, a Deusdedit archiepiscopo constitutus. Huic Puttam Theodorus succedere jussit, quantum idoneum otio ecclesiastico, tantum segnem et hebetem forensi negotio. Denique, cum sepe rerum adhuc profunda pace decedere meditaretur episcopatui, hoc is injuriæ causam libens suscepit. Nam Ethelredus rex Mertiorum, nescio quo insolenti Cantuaritæ regis responso incensus, totam Cantiam ferro et flamma[4] premebat, omnesque terras Rofensis episcopatus abolitioni addixerat. Hanc Putta patienti animo complexus erumnam, ad Sexuulfum Mertiorum episcopum secessit; cujus liberalitatis munere ecclesiam campestrem et agellum adeptus, quod reliquum erat ævi pacifice consumpsit, cantuum ecclesiasticorum publicam scolam quocunque ire rogabatur

Ithamar succeeds Paulinus [A.D. 644].

His piety and learning.

He ordained Deusdedit archbishop of Canterbury, during the banishment of Paulinus [Mar. 26, 1655].

The see of York vacant.

Damianus succeeds Ithamar [A.D. 655].

Archbishop Theodore commands that Putta should succeed Damianus [A.D. 669].

He intends to resign his bishopric.

Is forced to do so by an incursion of Ethelred, king of the Mercians [A.D. 672]

He retires to Sexuulf, bishop of the Mercians.

And there ends his days in peace [A.D. 688].

---

[1] *Ithamar*] B. C. D. E.; originally *Itamar*, the *h* being interlined, A.

[2] *quantum ad vitam*] B. C. D. E.; originally *in vitam*, but the *in* erased and *quan* written upon it, and *-tum ad* interlined, A.

[3] *compleverant*] D.; originally *inundaverant*, but crossed through, and *compleverant* interlined, A. E.; *inundaverant*, B. C.

[4] *et flamma*] B. C. D. E.; originally *flammuque*, but the *-que* crossed through and *et* inserted, A.

Bishops of Rochester.

Quichelm succeeds him [A.D. 676]. But soon resigns on account of poverty.

Gebmund acts as his substitute.

Tobias, a very learned prelate, succeeds him [A.D. 693].

Aldulfus succeeds Tobias [A.D. 727].

He is the last bishop of Rochester mentioned by Bede.

The names of his successors

Siward bishop at the Norman invasion.

At his death, the church left in a most pitiable condition.

Lanfranc appoints Arnost, a monk, as bishop [A.D. 1076]. And after his death, Gundulf [Mar. 19, 1077].

The church under him recovers its former status.

exercens. Tum Quichelmus ad locum ordinatus, non multo post necessariorum penuria confusus et ipse abs cessit. Gebmundus substitutus permanere sustinuit; habuitque successorem Tobiam, scientia litterarum, ut Beda dicit, extrema satietate imbutum. Quippe qui non modo Latinam sed et Græcam linguam ita familiares haberet, ut eis quodcunque vellet æque ac propria non minus facete quam expedite proferret. Isque Aldulfo successore decessit, qui videlicet extremus in recensitione Rofensium pontificum apud Bedam[1] invenitur. Hactenus enim ille; ceterorum nomina in cartulis notata subitiam:[2] Dun, Erdulfus, Deora, Wermund, Bernmod, Burhricus, Alfstanus, Goduinus, Siuuardus. Hic eo tempore erat episcopus quo Normanni venerunt Angliam, paucisque diebus supervivens[3] fatum explevit; derelicta ecclesia miserabili et vacua, omnium rerum indigentia intus et extra. Vix enim quattuor canonici erant, qui victu exili, et ipso ad horam vel prece vel pretio comparato, et indumento plebeio, vitam tolerarent. Has miserias corrigere volens[4] sapientissimus Lanfrancus archiepiscopus Arnostum quendam monachum pontificem loco dedit. Sed eo veloci morte prærepto, Gundulfum æque monachum induxit. Sub eo res ecclesiæ auctæ magnifice, monachi plus .L^ta^.

---

[1] *apud Bedam*] Eccles. Hist. lib. v. cap. 23.

[2] *notata subitiam*] In this compilation Malmesbury has omitted seven bishops between Beornmod and Burhricus. The following is the list of the episcopate from Dunno to Siward, as given in Professor Stubbs's *Registrum Sacrum Anglicanum*, Dunno was consecrated in 741, and Siward in 1058. Dunno, Eardulf, Diora, Weremund, Beornmod, Tatnoth, Badenoth, Weremund, Cuthwulf, Swithulf, Ceolmund, Kynferth, Burrhic, Elfstan, Godwin, Godwin, Siward. *See* Mr. Hardy's Le Neve, as to the scantiness of information respecting these bishops.

[3] *paucisque diebus supervivens*] Siward was consecrated bishop of Rochester in 1058, A. Sax. Chron., and died in 1075, according to Professor Stubbs, and Mr. Hardy's Le Neve, where the authority for this latter date is given, Ann. Roff., MS. Cott. Vesp. A. xxii.

[4] *volens*] D.; originally *pergens*, but crossed through, and *volens* interlined, A.; pergens, B. C. E.

Bishops of Rochester.

facti, quibus et amatur regula et omnia habundant necessaria. Deputatur id Gundulfi gloriæ, maximeque Lanfranci industriæ, qui etiam ex suo villam Heddraam[1] coemptam, monachorum sancto Apostolo famulantium usibus victuro jure transcripsit. Eratque Gundulfus religionis plenus, litterarum non nescius, in rebus forensibus acer et elimatus, et qui putatus sit divina potissimum electione hunc honorem meruisse. Nam, cum adhuc apud Cadomum divinas Scripturas audiret, forte cum duobus aliis juxta magistrum evangelium tenens [f. 45, a.] consederat, alteri vocabulum Gualterus, alterius nomen elapsum est. Tum magistro alias interim intento, illi inter se nonnulla ludo agentes, 'Experiamur,' inquiunt, 'revolutione foliorum, quis nostrum futurus sit abbas, 'quis episcopus.' Simulque cum dicto revoluto folio, invenit Gundulfus prior: 'Fidelis servus[2] et prudens, 'quem constituit Dominus suus super familiam suam.' Walterius etiam: 'Serve bone[3] et fidelis, intra in gau-'dium Domini tui.' Tertium nescio quid durum inventum turbavit; quod, etsi audivi, libenter oblitus sum, quia ingenuæ mentis non est alienis insultare malis. Cachinnis ex eventu crepantibus, interrogavit Lanfrancus quid haberent letitiæ. Utque cognovit, indubitate pronuntiavit Gundulfum episcopum, Walterum abbatem fore, tertium ad lubrica sæculi revolvendum. Eventus rei probavit veritatem dicti. Gundulfus enim apud Rofam præsul, Walterus abbas apud Evesham fuere, tertius abiit in vanum. Eoque magis miraculum visum est posterius, quod nullam adhuc spem archiepiscopatus nec etiam ad Angliam transitus Lanfrancus conceperat. Functus ergo sancto fine Gundulfus, Radulfum, ut, ante dixi, Sagiensem abbatem successorem habuit. Quo ad archiepiscopum levato, Ernulfus successit. Is

Gundulf's character.

Anecdote of him while at Caen.

Ralph, abbot of Sécz, succeeds Gundulf [Aug. 9, 1108].

Ernulf succeeds Ralph [A.D. 1114].

[1] *Heddraam*] A. D. E.; Heddraham, B.; Ederham, C. Haddenham, co. Bucks. The living is still in the patronage of the dean and chapter of Rochester.

[2] *Fidelis servus*] S. Matth. xxiv. 25.

[3] *Serve bone*] S. Matth. xxv. 21, 23.

Bishops of Rochester.

His history and character.

natione Gallus, apud cenobium Sancti Luciani in Belvaco non paucum tempus monachus egit. Sed cum nonnulla plena insolentiæ videret, quæ nec emendare posset nec pati [1] vellet, discessum intendit. Quæsito prius a Lanfranco consilio, incunctanter [2] facturus quicquid ille jubendum putasset. Ille, qui hominis industriam probe calleret, nam [3] apud eum diu Becci studuerat, persuasit ut ad se veniret, quia ibi animam suam salvare non posset. Venit ergo, totoque tempore Lanfranci monachus apud Cantuariam, ab Anselmo prior ibidem, mox apud Burgum abbas, a Radulfo episcopus apud Rofam constitutus est. Graveque est memoratu, quantæ probitatis et prudentiæ in omnibus offitiis fuerit. Cantiæ dejectam priorem partem ecclesiæ, quam Lanfrancus ædificaverat, adeo splendide reerexit, ut nichil tale possit in Anglia videri in vitrearum fenestrarum luce, in marmorei pavimenti nitore, in diversicoloribus picturis.[4] In Burgo monachorum numerus auctus, religio bonis monitis confota, ædium veterum ruderibus deturbatis, nova fundamenta jacta, culmina erecta. Eaque omnia cum vorax ignis absumpsisset, meditanti reficere, honos pontificalis impactus. Ibi, quamvis omnia jam facta viderentur, (prævenerat enim vivacitas Gundulfi omnium successorum diligentiam,) tamen semper aliquid comminisci, ubi virtus enitescere posset, firmare antiqua, moliri recentia. Vixit in episcopatu aliquot dies super novennium; decessitque .iiii^or^. et .lxxx^ta^. natus annos, multa probitatis suæ monimenta relinquens.

He restores part of the church with glass windows, marble pavements, and paintings.

Augments Peterborough with monks and new buildings.

He dies, aged 84, after holding the bishopric for a little over nine years [March 15, 1124].

Explicit Liber Primus.

---

[1] *posset, nec pati*] C. D.; originally *pati nec posset*, a mark of transference being afterwards added, A. E.; nec pati posset, B.

[2] *incunctanter*] Originally *indubitate*, but *-dubitate* crossed through, and *cunctanter* interlined, A.

[3] *nam*] D.; originally *nam et*, but the *et* erased, A.; nam et, B. C. E.

[4] *picturis*] After *picturis* is the following sentence crossed through, A.—*quæ mirantes oculos trahunt ad fastigia lacunaris.* The sentence occurs in B. C. D. E.

Incipit Prologus Willelmi in Libro .II°. de Gestis Pontificum Anglorum.

Prologue.

Librum primum hucusque, Christo solaciante, protraxi, in quo nichil infra pollicitationem meam videor fecisse, dicens quicquid de Cantuariorum vel Rofensium episcopis memorabile nostra scientia potuit attingere. Nunc ergo, secundum regalium Gestorum propositum, ordo posceret ut statim Westsaxonicos persequerer, nisi me vicinitas locorum admoneret ut illis Orientalium Saxonum et Orientalium Anglorum pontifices anteponerem. Quod autem aliam seriem regnorum tenui, norit lector factum necessitate ut maximis prius regnis enumeratis, quorum et anni et facta extabant, tunc demum illa subicerentur quorum pene omnia annorum veterno et potestatis exiguitate obsoleverant. Hic autem posset ascribi injuriæ si episcopatus suis fraudarem locis, quorum nec est series clauda nec adeo fama obscura. In hoc igitur secundo libro enumerabo nomina episcoporum[1] Orientalium Saxonum et Orientalium Anglorum, illisque subdam episcopatus omnes Westsaxoniæ. Nec prætergredietur cura mea, quascunque novi in horum episcopatuum diocesi abbatias, sanctosque in eis requiescentes, breviterque omnia digerens, quantum potero consulam[2] studiosorum notitiæ et fastidiosorum nausiæ. Hoc sane impetratum iri rogo, ne quis mihi vitio vertat, quod quædam quæ alias posui, huc eisdem verbis et sententiis transtuli. Quod scilicet ideo feci, ut series rerum non aliunde petendarum pulcrius uno loco constaret, et si quid alibi commode dixi, non hic me commodius dicturum posse putavi.

The author states the further plan of his book.

He will in this book enumerate the East Saxon and East Anglian bishops, with the bishoprics of Wessex.

---

[1] *episcoporum*] B. C. D. E.; interlined, A.

[2] *consulam*] B. C. E.; originally *consulens*, but *-ens* crossed through, and *-am* interlined, A.; consulens, D.

Liber Secundus.

De Episcopis Lundoniensibus.

Bishops of London.

London, its position and commerce.

§ 73. Haud longe a Rofa quasi .xx^tivque^. miliariis est [f. 45, b.] Lundonia civitas nobilis. Opima civium divitiis, constipata negotiatorum ex omni terra et maxime ex Germania venientium commertiis. Unde fit, ut cum ubique in Anglia caritas victualium[1] pro sterili proventu messium sit, ibi necessaria distrahantur et emantur minore quam alibi vel vendentium compendio vel ementium dispendio. Peregrinas invehit merces civitatis sinibus Tamensis fluvius famosus, qui citra urbem ad .lxxx^ta^. miliaria fonticulo fusus, ultra plus .lxx^ta^. nomen perfert. Apud Doferam enim pelago conditur. Hic primus sedit cathedram pontificalem Mellitus, beato Augustino constituente. Mellitus Romæ abbas, non cum Augustino Angliam venerat, sed postmodum ad prædicatorum supplementum missus fuerat. Episcopus ordinatus, habuit sedem in Pauli apostoli ecclesia, quam Ethelbirtus rex Cantiæ fecerat Lundoniæ.[2] Ejus enim inclinabatur imperio rex Orientalium Saxonum Sebirhtus, ejusdem ex sorore Ricula nepos, ad quem Lundonia spectabat. Antiquitus enim Orientales et Australes Saxones et Orientales Angli Cantuaritarum parebant regi, quod illas provintias a Wrtigerno rege Britonum Hengestus primus apud Cantiam rex non bello sed dolo obtinuisset. Post Ethelbirtum vero Australes Saxones Occidentalium Saxonum ditioni subjecti sunt,[3] alteris Mertiorum reges principabantur, donec et hos et illos Westsaxonum occupavit et subjecit imperium. Sed ista posterius. Tunc vero Mellitus Deo

Mellitus the first bishop [A.D. 604].

St. Paul's church built by Ethelbirt, king of Kent.

Sebirht, king of the East Saxons.

Previous position of the East and South Saxons and the East Angles.

Great spread of Christianity in the time of Ethelbirt.

---

[1] *victualium*] C. D. E. Originally *annonæ et victualium*, but the first two words crossed through, A.; et victualium, B.

[2] *Lundoniæ*] D. E.; originally *in Lundoniæ*, but the *in* crossed through, A.; in Lundonia, B. C.

[3] *sunt*] Interlined, A.

cooperante, et Ethelbirhti adjutus[1] amminiculo, Christianitatis fidem egregie in provintia propagavit. Nam et monasterium beato Petro in Occidentali civitatis parte fecit, ipsius apostoli, ut fertur, ammonitus nuntio. Qui et coram visus ecclesiam recens factam per se dedicaverit, et per rusticum episcopo xenium gratissimum, grandem scilicet piscem destinaverit. Nec vero de dicto dubitare voluit qui videret agrestis fatuitatis hominem, qui nec Christianus esset, de Petro afferentem nuntium, ejusdemque corporis liniamenta, quæ Mellitus nosset ex pictura veraciter pronuntiantem. Creditum ergo, nec consecrationis misterium repetitum, quam perfectam monstrarent candelæ per totam ecclesiam accensæ, cruces factæ, nec minus aquæ aspersæ, et sacrati olei locis debitis non frivola vestigia. Cessit divino offitio humana sedulitas, pronuntiavitque voce prophetica momenti magni futurum monasterium, in quo Apostolus pontificale exercuisset obsequium. Sensim vaticinii veritas processit in medium,[2] præsertim tempore regis Eduardi ultimi, qui ampliori conventu monachorum[3] ibidem adunato, ecclesiam ædificationis genere novo fecit. Nec minus sed multo etiam majus, rex Willelmus extulit locum, magnis reditibus prædiorum, quod ibi regni susceperit insignia. Consuetudo igitur apud posteros evaluit, ut propter Eduardi inibi sepulti memoriam, regiam regnaturi accipiant coronam. Post mortem itaque Ethelbirhti et Sebirhti, a successoribus regulis sede deturbatus Mellitus, Cantuariam venit. Ibi magno curarum estu quæ sotiorum pectora decoquebant exceptus, conjuncto sibi Justo, secessit in Galliam, expectaturus si forte temporum serenaretur

Bishops of London.

He builds a monastery to St. Peter in the west part of the city.

Miraculous circumstances at its foundation.

It becomes very renowned.

King Edward and King William endow it largely;

The sovereign is usually crowned there.

After the death of Ethelbirht and Sebirht Mellitus is deposed [A.D. 616]. He goes to Canterbury;

and afterwards with Justus to France.

---

[1] *adjutus*] D. Originally *tutus*, but *adju-* added in the margin at the end of one line, *tutus* being left at the commencement of the next, A.; tutus, B. C.; tutus, with adjutus written above it, E.

[2] *medium*] B. C. D. E.; above *medium* the words *vel publicum* interlined, A.

[3] *monachorum*] D. E. Interlined, A.; omitted, B. C.

Bishops of London.

They are recalled by Ethelbald. Justus returns to his see.

Mellitus made archbishop of Canterbury [A.D. 619].

Sigebert [II.] baptized by Finan, bishop of Lindisfarne.

Ceddus the second bishop of London [A.D. 654].

Swithelm succeeds Sigebert [A.D. 660].

At his death [A.D. 665] Sighere and Sebbi reign as vassals to Wlfere king of the Mercians.

After the death of Ceddus, Wine obtains the see of London by bribery [A.D. 666].

Theodore, archbishop of Canterbury, consecrates Erkenwald bishop of London [A.D. 675].

turbo. Veruntamen affuit divinitatis instinctus, qui corde regis Ethelbaldi ad credendum emollito, ambos mature revocaret. Et quidem Justus sedem propriam non difficulter intravit, Mellitum vero pro penuria potestatis Ethelbaldus restituere nequivit. Ita aliquanto tempore honoris exsors, postmodum, Laurentio decedente, archiepiscopus Cantuariæ factus est. Duravit in Orientalibus Saxonibus perfidiæ labes, ad tempora Sigeberti regis eorum, qui hortatu Oswii regis[1] Northanimbrorum, a Finano episcopo baptizatus, gentem suam ad fidem quam cum Mellito expulerant reduxit per episcopum Ceddum. Is fuit secundus Lundoniensium[2] episcopus, sed in Northanimbria apud Lestingai[3] monasterium suum sepultus. Latius ista in Beda reperies,[4] qui etiam commemorat Ceddam fratrem istius Ceddi habuisse sedem episcopalem et sepulturam in Licifeld. Post Sigebertum, Suuithelmus frater ejus regnavit. Eo mortuo, Sighere et Sebbi regnum tenuere, sub Wlferii regis Merciorum regimine. Sebbi illibatæ fidei, spetiosi finis compos fuit. Sighere tempore mortalitatis fidei signaculum fregit, sed instantia Wlferii per Jarumanum episcopum recepit. Is Wlferius, defuncto Ceddo, per pecuniam corruptus, Wine quendam, qui Westsaxonum fuisset episcopus, vacanti throno induxit. [f. 46, a.] Succedentibus autem annis Theodorus, a Vitaliano papa Cantuariam archiepiscopus missus, Erkenwoldum venerabilem virum, Lundoniensibus præsulem dedit. Eum in miraculis perspicuum fuisse confirmat et recens

---

[1] *Oswii regis*] Originally regis Oswii, but with a mark of transposition, A.

[2] *Lundoniensium*] A. C. D. E. Lundonium, B. On the lower margin of this folio (85, b) in MS. B., is the following note in a hand of the close of the thirteenth century. 'Hic est 'liber Sc̃e Marie de Beluero, quem 'qui alienaverit anathema sit.' Belvoir, a Benedictine priory in Lincolnshire, a cell to St. Alban's abbey, founded in 1076 by Robert de Todenei or Belvedeir, near his castle at Belvoir.

[3] *Lestingai*] A. D. E.; Lestingaham, B.; Lestingham, C.

[4] *in Beda reperies*] Hist. Eccl. lib. iii. c. 23; lib. iv. c. 3.

Bishops of London.

Miracles performed by Erkenwald. Carried in his visitation on a litter.

fama et vetus memoria. Quorum illud notabilius fuit, quod cum eger pedes parrochias lectica circuiret, ad oram rapacissimi amnis forte devenit. Ibi cum comites hesitarent quod infirmus nec equo nec pedibus transvadare posset, essetque timor ne vehiculum aquarum violentia subsideret, repente gurges disparuit, fluvius in eo loco totus diffugit. Statimque ut episcopus cum comitatu transiit, amnis, qui stans seorsum crispantibus undis se collegerat in cumulum, alveo suo redditus est. Ejusdem lecticæ attactu imbecilles multos curatos, auctor est Beda.[1] Fecit duo monasteria, unum sibi, alterum sorori. Suum Certesie dicitur, quod per amminiculum cujusdam Frithewoldi, qui sub Wlferio subregulum agebat, opulentia rerum et monachis implevit. Splenduit ibi religio, nec defuit necessariorum copia, usque ad Danos, qui, ut cetera, locum illum pessundedere, ecclesia succensa cum monachis et abbate. At vero rex Edgarus princeps incomparabilis, non contentus novis monasteriis quæ ubique cum per se tum per episcopos edificabat nisi et vetera resarciret, illud refecit in solidum, undique veteribus cartis conquisitis, quarum testimonio prædia revocaret ad locum, quæ quidam ex magnatibus seu vi seu vetustatis auctoritate occuparent[2] ad jus suum. Sororis cenobium appellatur Berkingum in latere Lundoniæ ad .viii^to^. miliaria situm. Ibi illa Ethelburga vocata habet coherentes sibi, sanctitatis et potestatis sotias, Hildelidam proximo loco successorem, ad quam extat emissus beatissimi Aldelmi de Virginum laude[3] codex, Wlfildem pene modernam, quæ paucis annis Edgari regis tempora prævenit, quæque vetustatem ceterarum sanctitatis gratia compensat et fere dixerim anticipat. Nichil enim orator irritum rogat, modo credulitate non

De Certesie.

He founds the monastery of Chertsey.

It is burnt by the Danes,

but rebuilt by Edgar.

De Berkinges.

Erkenwald also founds the convent of Barking, 8 miles from London for his sister Ethelburga as abbess.

The book "De Virginum Laude," dedicated to her successor Hildelida by St. Aldelm.

---

[1] *auctor est Beda*] *See* Hist. Eccl. lib. iv. c. 6.

[2] *occuparent*] A. D. E.; occuparant, B.; occupaverant, C.

[3] *de Virginum laude*] De Virginitate. See an account of this treatise, in Bede, Hist. Eccl. lib. v. cap. 18.

Bishops of London.

careat. Quarum vere fateor orationibus locus ille numquam omnino destructus, nunc etiam tempore Normannorum, ut pleraque alia, numero sanctimonialium et edium pulchritudine ad supremum erectus. Habetur ergo Erkenuoldus Lundoniæ maxime sanctus, et pro exauditionum celeritate favorem canonicorum nonnichil emeritus. Alii adeo sub obscuritatis nubilo jacent, ut nec eorum sciantur mausolea. Omnes etiam episcopatus hæc infecit miseria, ut apud habitatores illius memoria magnæ gloriæ[1] ducatur, qui sciat episcoporum loci vel proferre nomina. Ceterum de gestis vel sepulcris nec verbum. Successorum itaque hæc sunt nomina: Waldhere, Ingualdus, Egulf, Wigeth, Edbriht, Edgar, Kenwalk, Edbald, Hethbertus, Osmund, Ethelnoth, Celbertus, Cerulf,[2] Swithulf, Etstan,[3] Wlsius, Ethelward, Elstan, Theódred. Hujus non penitus exsoletam memoriam cives prædicant, dicentes eum fuisse regis Ethelstani tempore.[4] Cum eo ad bellum contra Analavum profectum, cælestis muneris, unde supradiximus, cum Odone Wiltensi deprecatorem et indicem. Cognomen boni vulgo sortitum pro prærogativa virtutum. Uno excidisse magis errore quam crimine, quod fures apud sanctum Edmundum deprehensos, quos conatibus irritis martir invisibili nodo astrinxerat, severitati legum addixerit, patibulis adjudicatos. Sed de facto recogitantem piguisse, totoque vitæ tempore post hæc exercuisse penitentiam, culpa mordente conscientiam. Ejus corpus juxta fenestram criptæ[5] locatum est[6] in edito, prætereuntibus conspicuo. Post Theodredum hi successiones continuas habuerunt,

The lives and deaths of Erkenwald's successors buried in oblivion.

A list of their names.

Bishop Theodred said to have flourished *temp.* King Ethelstan.

Anecdote of his severity to some robbers.

He is buried in the crypt.

Names of his successors.

---

[1] *gloriæ*] Interlined, A.

[2] *Cerulf*] A. B. C. D. E. Read Deoruulf, *see* Prof. Stubbs's Registrum Sacrum Anglicanum, where the name is given from the Profession Roll at Canterbury.

[3] *Etstan*] A. B. E.; Edstan, D.; Elstanus, C.; Heáhstán, A. S. Chron. and F. Worcest.

[4] *regis Ethelstani tempore*] Æthelstan's reign extended from A.D. 925 to A.D. 940. Theodred's signature occurs in the Codex Dipl. from A.D. 926 to A.D. 951.

[5] *juxta fenestram criptæ*] B. C. D. E.; added in margin, A.

[6] *est*] Interlined, A.

Bishops of London.

Wlstanus, Brihtelmus, Dunstanus postea Cantuariensis archiepiscopus, Elfstanus, Wlstanus, Elfhunus, [Elfuinus,][1] Elfuuordus, Rotbertus, ex monacho Gemmeticensi ab Eduardo rege factus prius Lundoniensis episcopus, mox Cantuariensis archiepiscopus. Cujus qui fuerit finis, sermo[2] antecedens dicere prævenit. Ei Willelmus ab eodem rege datus successor fuit. Porro Willelmus ex comite Normanniæ rex Angliæ, Hugonem quendam, cognomento Deorival,[3] episcopum creavit. Is post paucos ordinationis annos in[4] morbum incurabilem incidit. Siquidem regia valitudo totum corpus ejus purulentis ulceribus occupans, ad pudendum remedium transmisit. Nam credens asserentibus unicum fore subsidium si vasa humorum receptacula, verenda scilicet, exsecarentur, non abnuit. Itaque et obprobrium spadonis tulit episcopus, et nullum invenit remedium, quoad vixit [f. 46, b.] leprosus. Hugoni successit Mauritius regis cancellarius, quamvis in quibusdam minus prosperæ famæ, prædicabilis tamen efficatiæ.[5] Magnanimitatis certe ipsius est inditium basilica beati Pauli quam inchoavit Lundoniæ. Tanta est decoris magnificentia, ut merito inter preclara numeretur edifitia. Tanta criptæ laxitas, tanta superioris ædis capacitas, ut quamlibet confertæ multitudini videatur posse sufficere. Quia igitur Mauritius erat mentis immodicus, laboriosi operis impensam transmisit ad

Robert made bishop of London by king Edward [A.D. 1044] becomes archbishop of Canterbury.

William succeeds him as bishop of London [A.D. 1051].

William I. makes Hugh surnamed De Orival bishop [A.D. 1075].

He dies of leprosy.

Maurice, the king's chancellor, succeeds him [A.D. 1085].

His generous expenditure on the building of St. Paul's cathedral.

---

[1] *Elfuinus*] This name has been partially crossed through in A. apparently in a later ink. It occurs in the other MSS. thus, Elfuinus, B. D.; Elfuius, E., Elwinus, C., and should undoubtedly have a place in the list, see Mr. Hardy's Le Neve and Professor Stubbs's Regist. Sacr. Anglic.

[2] *sermo*] *semo* originally, the *r* being interlined, A.

[3] *Deorival*] A.; de oriual, B. C. D. E.

[4] *in*] Interlined, A.

[5] *Mauritius . . . . . efficatiæ*] D. E. Written above an erasure, or rather on the upper margin of p. 93., a blank erasure of two lines being left below, A.; Mauritius, a ceteris quidem voluptatibus sobrius, set in feminarum amorem delicatius tener quam episcopum deceret. Erat tamen fama constans medicos ei hanc medelam dicasse, ut effusione humorum corporis salubritati provideret. Infelix profecto, qui carnis statum tueretur animæ periculo. B. C.

Bishops of London.

His successor Richard continues the work at great expense.

posteros. Denique, cum Ricardus successor ejus omnes redditus[1] ad episcopatum pertinentes ædificationi basilicæ transcripsisset, aliunde se suosque sustentans, propemodum nichil efficere visus est. Totumque censum ad hoc bene prodigus exhauriebat,[2] et parum in effectum prodibat. Quare, impetus boni[3] quem in initio episcopatus habuit, procedentibus annis desperatione lassescens, paulatim elanguit. Locus est in diocesi Lundoniensi, apud Orientales Saxones, Cic gentili vocabulo dictus, ubi est beatæ Osgithæ in miraculis famosæ virginis requies. Hunc vir ille terris aliquantis et regularibus implevit canonicis. Erant ibi et sunt clerici litteratura insignes, eorumque exemplo talis habitus hominum læta, ut ita dicam, totam patriam vestivit seges. Meditabaturque ipse, depositis olim involucris mundi, eo transire, præsertim longæ paralisis tabe ammonitus, si non egrum illecebris animum potestatis consuetudo retraheret. Hujus loci fuit primus prior Willelmus de Corbuil, qui, defuncto Radulfo Cantuariensi archiepiscopo, in illum honorem evectus est. Quem quamvis monachi trepidassent suscipere quod esset clericus, nichil tamen penitendum fecit. Erat enim religionis multæ, affabilitatis nonnullæ, ceterum nec iners nec imprudens.[4]

He founds a house of regular canons at St. Osyth's in Essex.

It becomes famous for the learning of its occupants.

Its first prior, William de Corbeuil, who succeeds Ralph as archbishop of Canterbury [A.D. 1123].

His character.

---

[1] *redditus*] Originally *reditus*, the second *d* being interlined, A.

[2] *exhauriebat*] Originally *exauriebat*, *h* being interlined, A.

[3] *boni*] Interlined, A.

[4] *Quem quamvis monachi ..... imprudens*] D. E. After *imprudens* there is a blank erasure of about eight lines in A.; Ricardo et omnibus episcopis annitentibus, ut spreto antiquo usu non monachus sed clericus induceretur sedi primariæ. Videbatur enim non exiguum gloriæ dampnum, si tot clericis unus monachus imperitaret. Sed ut palliarent ambitum qui aperte proderetur si secularem ponerent clericum, hunc potissimum eligendum putaverunt, cujus reverentiæ intuitu monachi frontes reverberati, nichil sibi de religione blandirentur. Enimvero postea penituere, quod ille, frugalitati deditus, opiniones eorum minus implesset, immo penitus evacuasset. Palam enim jam et in triviis cantatur, non esse idoneum episcopatui qui nolit vel nesciat pompis abuti seculi in exercitiis nemorum, in irritamentis gularum, in vestium apparatu, in satellitum strepitu. De animarum lucris cura minor, et prorsus nulla. Cumque eis obicitur quondam spectari episcopos solere religione et litteris, non

De Episcopis Orientalium Anglorum.

Bishops of East Anglia.

§ 74. Primus Orientalium episcopus Anglorum fuit Felix, Burgundus natione, qui Sigberto in Gallia exulanti familiaris effectus, Angliam cum eodem post mortem Eorpwaldi venit. Illoque regnum provintiæ sortito, episcopus ordinatus animositati regiæ non defuit, quin ingenti studio et vigilanti labore toti regioni Christianam credulitatem infunderet. Scolas quoque litterarum oportunis locis instituens, barbariem gentis sensim comitate Latina informabat. Decursa vitæ meta post .xvii. annos episcopatus, sepultus est in Dommuc sede, inde translatus[1] apud Seham, quæ est villa juxta stagnum, quod volentibus ire in Heli quondam periculosum navibus, nunc, facta via per palustre harundinetum, transitur pedibus. Sunt ibi adhuc inditia dirutæ et a Danis incensæ ecclesiæ, quæ habitatores pariter exustos ruinis operuit suis. Corpus vero sancti multo post[2] quæsitum et repertum, in Ramesiensi cenobio, de quo posterius dicetur, humatum est. Ei substitutus est Thomas diaconus suus, ex Girviorum provintia oriundus. Cujus post .v. annos defuncti sedem implevit Bonifatius, gente Cantuarita, eodemque annorum numero quo Felix prædecessor suus egit offitium. Tum Bisi vir venerabilis a Theodoro archiepiscopo creatus episcopus, quoad valitudo prospera permisit sine crimine vitam duxit. Sed adverso morbo correptus, duobus locum dedit. Rexerunt ergo duo semper episcopi provintiam illam usque ad

Felix, a Burgundian, the first bishop of the East Angles [A.D. 630].

He establishes schools.

His death, and burial at Dunwich [A.D. 646].

Translated to Saham.

afterwards buried at Ramsey.

Thomas of Jarrow, his deacon, succeeds him [A.D. 647].

He is succeeded by Boniface [A.D. 652];

and he by Bisi [A.D. 669].

At the death of Bisi, two bishops till the time of Egbirht king of Wessex, one at Dunwich

---

ambitione et nummis, respondent, "Nunc aliud tempus, alii pro tem-"pore mores." Atrocitatem videlicet rei, lenientes facilitate responsi, B. C.

[1] *in Dommuc sede, inde translatus*] D. These words inserted in the margin, A.; omitted, B.; domuc sede sua, E., having been originally written dominica sede, but the former word corrected into domuc, and sua interlined; sepultus est apud Sebam, C.

[2] *multo post*] A. D. E.; non multo post, B. C.

Bishops of East Anglia.

(co. Suffolk), the other at Elmham (co. Norfolk).

A list of their names.

King Offa makes an archbishopric at Lichfield.

Hunbriht and Wilred, bishops in the time of king Egbirht.

An incursion into East Anglia by Ludekan, king of the Mercians.

Poverty of the bishops.

One bishopric suppressed. Elmham the episcopal seat.

Names of the bishops.

tempus Egbirhti regis Westsaxonum, quorum unus sedebat apud Domuc,[1] alter apud Helmaham.[2] Badewine[3] et Heca, Nordbertus et Asculfus, Netholacus[4] [f. 47, a.] et Edredus, Edelfridus et Cuthuuinus, Lanferd et Albirhtus, Athewlf et Eglaf, Huferd et Erdred, Sigga et Alhun, Alherd et Titfrid; hi duo erant episcopi Orientalium Anglorum, Alherd Helmanensis, Titfrid Dommucensis, quando Offa rex Mertiorum fecit archiepiscopatum apud Licifeld;[5] Hunbriht et Weremund, et post eum Wilred, tempore enim Ludekanii regis Mertiorum, et Egbirhti regis Westsaxonum, Hunbrihtus et Wilredus fuerunt episcopi Orientalium Anglorum. Sed eodem Ludekanio et antecessore ejus Burhredo incursante provintiam, etiam episcopi necessariorum copia destituti sunt. Et quidem utrique reges intra regionem provintialium incursu[6] extincti, cessarunt tamen[7] episcopatus, et ex duobus unus factus, sedem apud Helmaham villam non adeo magnam accepit. Fuerunt ergo hi pontifices, Athulf, Alfricus, duo Thedredi, Athelstanus, Algarus. De istius sanctitate non minimum inditium dedit scriptor vitæ beati[8] Dunstani, quod hic ejusdem verbis apponam. 'Dies,' inquit, 'ascensione Christi festivus, diem clari-'ficationis beati Dunstani præcessit tertius. Tantæ

---

[1] *Domuc*] A. D. E.; Donuc B.; Donewyc, C.

[2] *quorum . . . . . Helmaham*] C. D. E.; written over an erasure, A.

[3] *Badewine*] A.; Baldewine, B. E.; Badenwine et Beca, D.; Baldewinus, C.

[4] *Netholacus*] A. B. C. E.; Necholacus, D. The mistake in the initial letter of this name is transmitted through all the MSS. Hathulac and Hadulac are the forms found respectively in Florence of Worcest. vol. i. p. 52, and Beda, Hist. Eccl. lib. v. c. 23.

[5] *hi duo . . . . . Licifeld*] B. C. D. E.; inserted on outer margin of A.

[6] *incursu*] D.; interlined, A.; on margin of E.; omitted, B.

[7] *tamen*] A. E.; tunc, B.

[8] *beati*] Above *beati* is interlined *venerabilis*, A.; venerabilis beati, B. C., beati uenerabilis, E., but the latter word underlined; scriptor venerabilis vite Dunstani beati, D. The legend of St. Dunstan is given, with a few verbal alterations from Osbernus, De Vita S. Dunstani Archiepiscopi. Angl. Sacra, pars. ii. p. 116.

Bishops of East Anglia.

Vision of bishop Algar, quoted from Osbern's life of St. Dunstan.

'itaque diei surgente aurora, sacerdos quidam nomine 'Algarus doctrinæ et actionis merito precipuus, quem 'postea nobilem in Helmaham episcopum claruisse 'accepimus, dum sacros Dominicæ Ascensioni honores 'in ecclesia Salvatoris pervigil impenderet, et men-'tem ad cælestia contemplanda extenderet, seipso et 'omnibus hujus mundi rebus transcensis,[1] Dunstanum 'pontificali throno conspicit præsidentem, et clero 'jura canonica dictantem. Et ecce! per omnes ecclesiæ 'januas, irruentium angelorum infinita ingrediuntur 'agmina. Qui dum coactis ordinibus sedenti astarent 'pontifici, hoc illi salutationis alloquium persolvunt, '"Salve, Dunstane noster; si paratus es, veni, et nostro '"gratiosus utere contubernio." Respondit Dunstanus, '"Scitis, o sancti spiritus, hodie Christum ascendisse, '"nostrique offitii esse tam verbo quam sacramento '"populum Dei reficere; ideoque hodie venire nequeo." 'Dixerunt, "Paratus esto die Sabbati hinc nobiscum '"Romam transire, et ante summum pontificem sanctus '"æternaliter canere."[2] Discessere angeli. At sacerdos 'qui rerum tam evidens contemplator extiterat, exi-'tum earum stupidus et tacitus explorabat.' Et infra: 'Sacerdos etiam qui tam mirabilem in ecclesia extasim 'viderat, cognito quod non in imagine sed in rerum 'veritate eandem sustinuisset, palam omnibus et cum 'magnis gemitibus quæ viderat absolvit.' Hæc ab alieno scripto mutuatus sum, ut ostendatur lecturis quam venerabilis Algarus fuerit, qui tam occulta misticis intuitus luminibus, foras quoque efferre fuerit dignus. Nec sane credibile putaverim, ut majori suscepto gradu minus sanctitudini[3] advigilaret; immo

[1] *transcensis*] B. C.; trancensis, A. E.; trancensis, with *s* interlined, D.

[2] *canere*] The initial letter looks more like *s* than *c* in A., and has been so read by the copyist of E., where we find sanere, but with *c* written above the *s*.: canere, B. C.; astare, D.

[3] *sanctitudini*] A. D. E.; sanctitati, B.; omitted, C.

Bishops of East Anglia.

Names of his successors,

Grimketel, bishop both of East Angles and South Saxons.

credendum, et propter reverentiam virtutum episcopum factum, et inter angelorum agmina quæ viderat suo die in celum receptum. Post eum Alfuuinus, duo Elfrici, Stigandus, sed ejectus; et pro auro Grimketel electus, tenuit duas parrochias Orientalium Anglorum[1] et Australium Saxonum. Intercessu vero temporis sic redditis rationibus Stigandus evaluit, ut sibi Australium Saxonum episcopatum restitueret, et Orientalium Anglorum fratri Ethelmero adquireret. Minimumque id animositati suæ ratus, Wintoniensem et Cantuariensem thronos ascendit, vix egreque[2] exoratus, ut Australibus Saxonibus proprius ordinaretur episcopus.

Ethelmer, bishop of the East Angles.

Herfast, bishop of Elmham.

Post Ethelmerum fuit Helmanensis episcopus Herfastus, sicut invenitur in concilii textu,[3] quod sexto anno Willelmi regis pro primatu duorum metropolitanorum factum est. Qui ne nichil fecisse videretur, ut sunt Normanni famæ in futurum studiosissimi, episcopatum de Helmaham transtulit ad Tethfordum. Parcæ, ut aiunt, mentis homo, et nonnulla ex parte litteris eruditus; quique ante adventum Lanfranci in Normanniam, probabilis in eis scientiæ estimatus sit. Sed eo apud Beccum monachato, cum ubique scolares inflatis buccis dialecticam ructarent, Herfastus jam Willelmi comitis postea regis capellanus, ad famosum gimnasium magna sotiorum et equorum pompa pervenit. Tum Lanfrancus ex prima collocutione intelligens quam prope[4] nichil sciret, abecedarium ipsi expediendum apposuit, ferotiam hominis Italica facetia[5] eludens. Quo is irritatus, per comitem effecit ut Lanfrancus Becco Normanniaque omni summoveretur. Sed,

The bishopric of Elmham transferred to Thetford [A.D. 1078].

Herfast, when chaplain to William of Normandy, goes to Bec. [A.D. 1053].

Lanfranc, while a monk there, proves Herfast's want of learning.

[f. 47, b.]

William nearly removes Lanfranc from Normandy;

---

[1] *Anglorum*] Originally *Saxonum*, but crossed through, and *Anglorum* interlined, A.

[2] *egreque*] A. E.; egre, B. C.; egre, omitted, D.

[3] *concilii textu*] Council of England, held in Easter, 1072.

[4] *quam prope*] A. D. E.; quod prope, B. C.

[5] *facetia*] A. D. E.; scientia, B. C.

Bishops of East Anglia.

intercedente Dei gratia, animus Willelmi pacatus est, altèrque retentus; satagente maxime Willelmo filio Osberni. Maximaque fuit recuperandæ gratiæ occasio, quod cum Lanfrancus ad curiam commeatum petiturus venisset, equus ejus forte claudicans, comiti cachinnum excussit. Post hunc diebus Willelmi junioris emit episcopatum Tetfordensem Herbertus cognomento Losinga, quod ei ars adulationis impegerat, ex priore Fiscanni[1] et ex abbate Ramesiæ factus episcopus, patre suo Rotberto ejusdem cognominis in abbatiam Wintoniæ intruso. Fuit ergo vir ille magnus in Anglia simoniæ fomes, abbatiam episcopatumque nummis aucupatus, pecunia scilicet regiam sollicitudinem inviscans, et principum favori promissiones non leves assibilans. Veruntamen erroneum impetum juventutis abolevit penitentia, Romam profectus severioribus annis, ubi loci simonicum baculum et anulum deponens, indulgentia clementissimæ sedis iterum recipere meruit; quod Romani sanctius et ordinatius censeant, ut ecclesiarum omnium sumptus suis potius serviant quam quorumlibet regum usibus militent. Ita Herbertus domum reversus, sedem episcopalem transportavit ad insignem mercimoniis et populorum frequentia vicum nomine Norwic. Ibi monachorum congregationem numero et religione percelebrem instituit, omnia eis necessaria sumptu mercatus domestico. Providens scilicet successorum querelæ, nullas de episcopio terras monachis largitus est, ne illi Dei famulos fraudarent victualibus, si quid offendissent quod suis competeret rebus. Preterea apud Tetford monachos Cluniacenses instituit, quod sint illius cenobii professores ubique gentium pene dispersi, locupletes in seculo, et splendidissimæ religionis in Deo. Ingenti ergo et numerosa virtutum gratia præteritarum offensarum obumbravit molem, præcipue prognostico antecessoris et suo a malo exterritus et ad

but is appeased by William Fitz-Osbern, Earl of Hereford.

Herbert, surnamed Losinga, buys the bishopric of Thetford [A.D. 1091].

A great encourager of simony.

He goes to Rome, and receives forgiveness.

He returns home, and transfers the episcopal seat to Norwich,

and founds the cathedral Priory there [A.D.1101.]

Establishes Cluniac monks at Thetford.

---

[1] *Fiscanni*] A. D.; Fiscamni, E.; Fiscannensi, C.

Bishops of East Anglia.

bonum erectus. Herfasti fuit: 'Non hunc[1] sed Bar-
'raban.' Suum: 'Amice, ad quid[2] venisti;' quo au-
dito, nec lacrimis nec his fere verbis abstinuit: 'Male
'quidem intravi confiteor, sed Dei gratia operante
'bene egrediar.' Erat ergo disertitudinis et litterarum
copia nec minus secularium rerum peritia Romanæ
celsitudini suspitiendus. Mutatusque fuit Herbertus,
ut Lucanus[3] de Curione dixit, momentum et mu-
tatio rerum. Sicut tempore Willelmi regis simoniæ
causidicus, ita regnante Henrico propulsator invictus.
Neque ab aliis fieri voluit quod a[4] se quondam præ-
sumptum juvenili fervore indoluit; præ se, ut ferunt,
semper ferens Jeronimi dictum: 'Erravimus juvenes,
'emendemus senes.' Postremo quis illius[5] facti lau-
dem digne attexat,[6] quod tam nobile monasterium epi-
scopus non multum pecuniosus fecerit, in quo nichil
frustra desideres vel in edifitiorum[7] spetie sullimium
vel in ornamentorum pulchritudine, tum in monacho-
rum religione et sedula[8] ad omnes karitate? Hæc et
vivum spe felici palpabant, et defunctum, si non vana
fides penitentiæ, super ethra tulerunt. Ad episcopi
Norwicensis diocesim pertinere dinoscitur monasterium
Sancti Edmundi; de quo, quanquam alias dixerim,
nunc si breviter commemoravero, non vacat a ratione.
Sic enim et dispositum meum ordine procedet, quo [f. 48, a.]
cogitavi post commemorationem episcoporum sanctos
in eorum parrochiis requiescentes non præterire. Et
gratiose fateor accedit, ut primus sanctus Edmundus

His subsequent opposition to simony.

The splendour of his monastery.

His virtues and death [A.D. 1119].

The monastery of Bury St. Edmund's known to pertain to the diocese of Norwich.

St. Edmund the most illustrious of English saints.

---

[1] *Non hunc*] S. Joan. xviii. 40.

[2] *Amice, ad quid*] S. Matth. xxvi. 50.

[3] *Lucanus*] Pharsalia, lib. iv. l. 819.

[4] *a*] C. D.; originally *ab alii*, but *b alii* crossed through, A.; *a* interlined, E.; omitted, B.

[5] *illius*] D.; originally *in illius*, but *in* crossed through, A.; in illius, B. C. E.

[6] *attexat*] D.; originally *pergat*, but crossed through, and *attexat* interlined, A.; pergat, B. C. E.

[7] *edifitiorum*] B. C. D. E.; *edifitiorum multorum*, but *multorum* crossed through, A.

[8] *sedula*] Originally *religion sedula*, but *religion* crossed through, A.

occurreret, qui quasi rex et princeps patriæ compatriotarum sanctorum primus palmam laudis vendicaret. Regnavit ille[1] in Orientali Anglia vir Deo devotus, et avita regum prosapia excellens. Qui, cum aliquot annis pacifice provintiæ præfuisset, nulla temporum mollitie virtutem evirare compulsus, Danorum duces Hinguar et Hubba Northanimbrorum et Orientalium Anglorum depopulaturi provintias venere. Quorum primus regem non resistentem sed armis projectis solo pronum et orantem cepit, et post nonnulla tormenta decapitavit. Tunc et sedes episcopalis apud Seham, ut supra dixi, et monasterium Heliense, sanctimonialibus effugatis, incensa et solo complanata. Sed emicuit post necem beati viri transactæ vitæ puritas dignis miraculis. Caput a corpore lictoris sevitia divisum, dumeta Danis proicientibus occuluerant; quod dum cives quererent, hostem abeuntem vestigiis insecuti, funeri regio justas inferias soluturi, jocunda Dei hausere munera, exanimati capitis vocem expressam omnes ad se lictores invitantem. Lupum feram carnibus assuetam, lacertis illud circumplexam, innoxiam prætendere custodiam; eundem more domestici animalis bajulos post tergum ad tumbam modeste secutum, nullum lesisse, a nullo lesum esse. Tunc pro tempore humi traditum corpus venerabile, tumultuario injecto cespite, terrea gleba superjecta, et exilis pretii lignea capella superstructa. Sed et domunculam succedenti tempore vepres obtexerant, animisque provintiales memoriam martiris abjecerant. Affuit ille oscitantibus, semisopitas mentes eorum ad sui reverentiam signis excitans. Et leve quidem ac frigidum sit, sed tamen primum virtutum ejus experimentum, quod subitiam. Ceci qui

Bishops of East Anglia.

and was king of the East Angles.

The Danes under Hinguar and Hubba make an incursion into his territories.

The former kills king Edmund [A.D. 870].

The episcopal dwelling at Saham and the monastery of Ely destroyed by them.

The purity of his life attested by miracles after his death.

---

[1] *Regnavit ille*] From this point to the words qui perseverandum putarunt, the narrative of St. Edmund is given in almost the identical words of the GestaRegum, lib. ii. § 213, ed. Hardy, vol. i. p. 365.

Bishops of East Anglia.

baculo viam temptaret, errore nocturno capellam ingressi, lux celitus obvia orbes implevit. Mox latrunculos eandem edem noctu expilare aggressos, invisis loris in ipsis conatibus irretivit. Formoso admodum spectaculo, quod præda prædones tenuit, ut nec cepto desistere nec inchoata valerent perficere. Quapropter Lundoniæ præsul plebeiæ machinæ diuturnam sustulit invidiam, augustius edifitium super veneranda membra molitus, quæ et miranda incorruptione et lacteo quodam candore gloriam sanctæ animæ prædicabant. Caput reliquo corpori compaginatum, signum tamen martirii coccinea cicatrice prætendens. Porro illud humana excedit miracula, hominis mortui crines et ungues pullulare,[1] quos Oswen, quædam sancta mulier, quotannis hos tonderet illos desecaret, magna veneratione posteris futuros. Sanctæ temeritatis femina, quæ contrectaret artus quibus omnis inferior est mundus. At non ita Lefstanus effrenatæ audatiæ adolescens, qui sibi corpus martiris minis inflatioribus ostendi exegerat, famæ, ut dicebat, incertum, fide oculorum ponderare deliberans. Ideoque prærupti ausus penam tulit, amens effectus, et post modicum scaturiens vermibus et mortuus. Novit profecto quod olim consueverat, novit Edmundus modo facere:

Theodred, bishop of London, blamed for erecting too majestic a building over St. Edmund's body.

St. Edmund's character.

'Parcere[2] subjectis et debellare superbos.'

Quibus duobus ita omnes sibi Britanniæ devinxit incolas, ut beatum se in primis astruat qui locum requietionis ejus vel nummo vel pretio illustret. Ipsi reges aliorum domini servos se illius gloriantur, et coronam ei regiam missitant, magno si uti volunt redimentes commertio. Exactores vectigalium, qui alias bachantur, fas nefasque juxta metientes, ibi suplices citra fossatum sancti Edmundi litigationes sistunt, ex-

Even kings boast of being his servants,

and tax-gatherers stop their suits beyond his trench, which king Cnut caused to be dug,

[1] *Pullulare*] pullurare, A. | [2] *Parcere*] Æneis, lib. vi. l. 854.

[f. 48, b.] perti multorum penam qui perseverandum putarunt. Fossatum Cnuto rex fieri præcepit, patris sui Suani miserabili fine[1] ad bonum edoctus. Nam cum ille tempore regis Edelredi totam Angliam devastans, in terra sancti Edmundi nichilo refractiores minas anhelaret, a martire leniter ammonitum per somnium ferunt, sed barbarica ineptia durius respondentem, conto percussit et exanimavit. Tantum moræ in medio, quod excussus sopore, auctorem et modum mortis[2] astantibus patefecit. Confabulationes enim altercantium et sonum ictus custodes corporis mirum in modum audierant. Sciebat hæc Cnuto, ideoque nichil non effecit ut[3] sancto blandiretur. Preter fossatum, quod prælibavi, quod terras sancti ab omni inquietudine defenderet; denique basilicam animositate regia quantum illius temporis usus flagitabat super venerabile corpus construxit, abbatem et monachos instituit, prædia multa et magna contulit. Perstat hodieque donorum ejus amplitudo integra, quod locus ille infra se aspitiat Angliæ nonnulla monasteria. Per successiones abbatum fuit ibi abbas Lefstanus tempore regis Eduardi. Hic quibusdam de incorruptione sancti male credulis consulens, suo discrimine aliorum fidei prospexit. Prolatumque in publicum[4] corpus, inspitiendum exhibuit, ipso a capite, monacho suo a pedibus, trahente. Palam itaque imprecatus est dicens: 'Domine sancte 'Edmunde, tu nosti quod non infideli mente sed pro 'aliorum salute hoc fecerim, ne divinum in te mundo 'celaretur miraculum. Quia tamen multorum peccatorum sum reus, nec a me debuisset contrectari sancti 'Spiritus organum, si tibi factum displicet in me temporaliter ulciscere; prestat enim et malo ut aliqua

Bishops of East Anglia.

warned by the example of the death of his father Sweyn.

Anecdote of the manner of king Sweyn's death.

Besides the trench, Cnut builds a basilica over the saint, and founds and endows an abbey at Bury St. Edmund's.

Lefstan abbot in the time of king Edward.

Anecdote of his treatment of St. Edmund's body.

---

[1] *Suani miserabili fine*] Sweyn died February 2, 1014. For an account of his death, see also the Gesta Regum, lib. ii. § 179.

[2] *modum mortis*] B. C. E.; *mortis modum*, with mark of transfer, A.; mortis modum, D.

[3] *ut*] B. C. D. E.; *quin ut*, A., but *quin* underlined, to show that it should be omitted.

[4] *in publicum*] A. B. C. D.; in medium, E.

Bishops of East Anglia.

Is punished by contraction of his fingers.

At his request the king sends Baldwine, a monk of St. Denis, to cure him.

He remains at the abbey, and succeeds Lefstan as abbot.

Privileges obtained by him for the monastery from Pope Alexander II.

It becomes the richest and most splendid monastery in England.

St. Germanus and St. Botulfus buried there.

'insigniar corporis clade quam æterna involvar ultione.' Vix orationem finierat, cum ecce! ambarum manuum digiti, vel retro miserabiliter retorti vel volis pertinaciter infixi, pena quam rogaverat virum multavere. Post etiam aliis debilitatibus correptus, regem Eduuardum per nuntios[1] convenit ut sibi medicum mitteret. Ille Balduuinum sancti Dionisii monachum, ejus artis peritum, dirigendum curavit. Qui cum in ceteris probe, in digitorum curatione nichil promoveret, mirari cepit homo, qui magnæ in medendo fortunæ esset. Sed causam morbi a scientibus edoctus, in loco remansit, amorem martiris totis præcordiis amplexus. Pluribus ergo annis notitiam plenam principum adeptus, Lefstano non tam successit quam accessit abbas, illo annitente, rege volente. Sub eo et per eum libertas monasterii ab Alexandro papa data, ut nulli episcopo locus ille subdatur in aliquo, archiepiscopi tantummodo nutum in legitimis spectaturus. Omnia intus et extra innovata. Edifitiorum decus, oblationum pondus, quale et quantum in Anglia nusquam. Jacent in ecclesia duo sancti, Germinus[2] et Botulfus, quorum gesta nec ibi nec alibi haberi memini, nisi quod primus frater sanctæ Etheldridæ, secundus episcopus fuisse asseritur.

De Episcopis[3] *Wintoniensibus.*

Bishops of Wessex.

§ 75. Age nunc, quia episcoporum[4] Cantuariensium et Rofensium, Orientalium Saxonum et Anglorum no-

---

[1] *per nuntios*] A. D. E.; omitted, B. C.

[2] *Germinus*] MSS. St. Germanus, bishop of Auxerre, and St. Botulfus, abbot of Ikanhoe. For lives of these Saints, *see* Mr. Hardy's Descriptive Catalogue. It does not appear that St. Botulfus was a bishop. Regarding St. Germanus, Malmesbury's assertion, 'gesta 'nec ibi nec alibi haberi memini,' seems strange, since he has himself recorded some particulars of St. Germanus, in the Gesta Regum, lib. i. § 22; and Beda, in the Hist. Eccl. lib. i. capp. 17-21., occupies five chapters with St. Germanus, his mission into Britain, and his miracles.

[3] *Episcopis*] *Episcopiscopis*, A.

[4] *episcoporum*] B. C. D. E.; interlined, A.

mina transcurrimus, ceterorum sedes et gesta quantum vel fama vel scripto sciuntur commemoremus. Ac primum pro ratione propositi offerunt se Westsaxones, quibus primo fuit episcopus unus in Dorcestra, mox duo, unus in Wintonia alter in Scireburna. Duobus tempore regis Eduardi tres additi, Wellensis, Cridiensis, Cornubiensis. Nec multo post sextus in Ramesberia. De quibus omnibus quia ordinatum sermonem meditatur oratio,[1] primo pro dignitate civitatis de Wintoniensi dicendum. Tempore igitur quo Kinegislus et Quicelmus apud Westsaxones regnabant, Birinus,[2] dubium unde oriundus, hortante Honorio papa, in Britanniam prædicationis suscepit munus. Ordinatusque in epi-
[f. 49, a.] scopum ab Asterio Genuensi episcopo,[3] pertendit ad pelagus, quo Britanniam transmitteret. Cumque rescellas suas in sarcinas componeret, nautis pro tempestivo vento urgentibus, corporalia quæ dicuntur oblitus est. Sed jam in altum promotus, cum serenum salum puppis leta sulcaret, recordatus jacturæ, hesit mente. Si nautas appellaret de reditu, pro secunda navigatione non dubium quod rideretur; si taceret, dampnum apostolici muneris pateretur. Itaque animositate tota credulitatis arma concutiens, descendit pedibus in mare, concitoque cursu litus relictum petiit. Ibi corporalibus repertis et acceptis, geminato beatæ felicitatis ausu, ad sotios rediit, undarum cumulos et mille obvias mortes fide dispergens. Illi quoque tanto emolliti miraculo, jactis anchoris cursum navis tenuerant. Quapropter certante omnium obsequio receptus, non multo post continentem attigit in regione

Bishops of Wessex.

At first one bishop at Dorchester, afterwards two, one at Winchester, the other at Sherborne.

In the time of Edward [the Elder] three more added, viz., at Wells, Crediton, and Cornwall: soon after a sixth at Ramsbury.

The bishops of Winchester.

Birinus, bishop in the time of Kinegisl and Quicelm, kings of Wessex.

Consecrated by bishop Asterius [A.D. 634].

Miracle on his voyage from Genoa to Britain.

---

[1] *oratio*] A. D. E.; omitted, B. C.

[2] *Birinus*] These particulars respecting St. Birinus are taken from a life of that saint, written in the twelfth century, a copy of which exists in MS. Cott. Tiberius, D. iv. f. 256, b., for particulars of which see Mr. Hardy's Descriptive Catalogue.

[3] *Asterio Genuensi episcopo*] Asterius was bishop of Milan, but resided at Genoa, whence he is also styled Bishop of Genoa by Beda, Hist. Eccl. lib. iii. cap. 7, *n.*, ed. Stevenson.

Bishops of Winchester.

He reaches Wessex 40 years after the arrival of Augustine.

He had promised Pope Honorius to evangelize England.

But finding that hopeless, remains where he lands.

Westsaxonum. Is erat annus .xlus. post adventum Augustini, regnantibus prædictis regibus anno .xxovo. Pollicitus fuerat Birinus Honorio papæ quod extremas Anglorum penetraret provintias, ibi credulitatis saturus semina ubi nec evangelii fuisset nomen auditum. Veruntamen continuo ut appulit, omnes ibi sacrilegis ritibus pertinacissime deditos invenit. Quocirca fatuum visum est ulterius pertendere, et, cum illic nullum sanum reperiret, egros, quibus mederetur, quærere. Restitit ergo, et cum divino nutu tum suo annisu prius ipsi regi Kinegilso, mox etiam omni provintiæ, lavacrum salutare impertiit. Contigitque laudibili plane spectaculo,[1] ut dies dicta regis baptismati occurreret diei quo filiam suam deliberaverat nuptum tradere Osuualdo sanctissimo Northanimbrorum regi. Liberali ergo commertio actum est, ut futurus Kinegilsi carnalis gener, prius ejus fieret in baptismo spiritualis pater. Reges igitur ambo dederunt prædicatori suo ad sedem episcopalem Dorcestram, tunc urbem modo villam, quam tempore illo reges habebant[2] Westsaxonum, sed sequenti pontifices Mertiorum. Denique ad nostram ætatem duravit ibi episcopalis Mertiorum sedes, nunc vero est[3] apud civitatem Lincoliam. Ita Birinus sacris laboribus emeritus, vitaque defunctus, Dorcestre in ecclesia quam edificaverat sepultus est. Posterioribus annis confirmato episcopatu Westsaxonum in Wintonia, illuc a pontifice Hedda translatus, patronus civitatis post Deum habetur. Post eum Angilbertus,[4] natione Gallus, provintiæ præsulatum tenuit. De cujus adventu et abscessu in Beda latius lecturus, hic cognosces compendio. Subintroducto in episcopatum Wintoniæ Wine vocabulo, homine Anglo sed apud Gallos ordinato, abscessit in-

King Kinegisl baptized on the day of his daughter's marriage to Oswald, king of the Northanimbri, who stands as his sponsor [A.D. 635].

The two kings give Dorchester to Birinus as the seat of his episcopate.

Now Lincoln.

He is buried at Dorchester in the church built by him.

The seat of the bishopric transferred to Winchester by bishop Hedda.

Angilbert succeeds Birinus.

Wine made bishop [A.D. 661].

Angilbert departs.

---

[1] *plane spectaculo*] B. C. D. E.; *spectaculo plane*, with marks of transference, A.

[2] *habebant*] B. C. D. E.; interlined, A.

[3] *est*] B. C. D. E.; interlined, A.

[4] *Angilbertus*] Or Agilberct; see Beda, Hist. Eccl. lib. iii. c. 7.

Bishops of Winchester.

fensus. Nec diu invasor fovit otium, sed ejusdem regis tirannide pulsus, ad Wlferium regem Mertiorum fecit confugium, emptoque ab eo episcopatu Lundoniæ, dies vitæ residuos consumpsit; scevo[1] exemplo posteris, ut non facile discernas majore peccato et infamia, an illius qui rem sacram venum proposuerit, an illius qui emerit. Tum Angilbertus per nuntios regis exoratus ut rediret, excusavit adventum, quod Parisiaci episcopatus vinculis teneretur astrictus. Ne tamen spem postulantis eluderet, misit nepotem Leutherium, qui prono provintialium assensu exceptus, et a Theodoro archiepiscopo consecratus, .vii. annis Westsaxonum rexit ecclesiam. Quod ideo non tacui, quia de annis episcopatus ejus Beda nichil expressum reliquit, michi ex cronicis cognitum dissimulare silentio præter religionem videbatur. Ejus successor fuit plus .xxx^ta^. annis Hedda, qui prius fuerat et monachus et abba. Hunc Beda dicit[2] offitium exercuisse magis insito sibi amore virtutum quam ullius litteraturæ doctrina preditum. Unde non parvo moveor scrupulo,[3] quippe qui legerim ejus[4] formales epistolas non nimis indocte compositas, et Aldelmi ad eum scripta, maximam vim eloquentiæ et scientiæ redolentia. Sanctitatis ejus reverentiam numerus miraculorum celitus emissorum hominum manifestavit notitiæ; quæ nunc interim supprimit, contentus gloria olim post recentem obitum adquisita. Ipso defuncto, quia diocesis ejus ab uno nequibat gubernari idonee pro circuitus spatiositate, divisa est in duas, una data Daniheli altera Aldelmo. De Aldelmo et ejus successoribus[5] tempus erit, Deo comite, cum sermo procudetur[6] quantum utilitati auditorum suffitiat.

Wine being also expelled, buys the bishopric of London.

Angilbert, asked by the king to return, declines,

but sends his nephew Leutherius to succeed him,

who holds the bishopric for 7 years [670—676].

Hedda his successor.

After his death his diocese divided into two parts.

One given to Daniel, the other to Aldelm [A.D. 705].

---

[1] *scevo*] A. D.; sceno, B. C. E.

[2] *Beda dicit*] Hist. Eccl. lib. v. cap. 18. Headda, abbot of Whitby, was consecrated A.D. 676, and died in 705.

[3] *non parvo moveor scrupulo*] See Mr. Stevenson's remark on this scruple of Malmesbury's, in his edition of Beda's Hist. Eccl. lib. v. cap. 18. *n.* 14.

[4] *ejus*] B. C. D. E.; interlined, A.

[5] *et ejus successoribus*] B. C. D. E.; interlined, A.

[6] *procudetur*] A. D.; percudetur, B. C.; providetur, E., with cu written above.

Bishops of Winchester.

Daniel bishop of Winchester for 43 years.

He retires, and lives as a monk at Malmesbury.

Some say he is buried there, others at Winchester.

Names of his successors.

Helmstan, bishop *temp.* king Egbirht.

Swithun succeeds Helmstan.

The king's great confidence in him, makes him tutor to his son Adulf [Æthelulf].

Adulf, sub-deacon of Winchester, made king upon the death of his father,

Nunc, ut spopondi, Wintonienses aggrediar. Danihel, defuncto Aldelmo,[1] multo tempore superstes fuit .xliii^bus^. annis episcopatu. Postmodum, ut vivacem senectam sancto consummaret otio, vivens honorem exuit; Melduni, quantum vixit, monachum exercens, ut fert fama sinceriter ad nos per successiones manans, ibidemque sepultus asseveratur, quamvis Wintonienses eum apud se haberi[2] contendant, nec ejus mausoleum vel vere vel suspitiose ostendere prævaleant. Successit Hunferdus, cujus memoria fit in concilio[3] Cuthberti archiepiscopi. Tum Cinehardus;[4] illi Athelardus, ex[5] abbate Melduni mox archiepiscopus, Athelardo, Egbald, Dudd, Cinebert, Alhmund, Wighten, Herefrith, Edmund, Helmstan. Hic fuit tempore regis Westsaxonum Egbirhti. Quo viam patrum ingresso, Swithunus successit, ejusdem presbyter ecclesiæ ab Helmstano jamdudum ordinatus. In quo, dum vitæ religio cum simplici prudentia conquadraret, natura industriaque laudabilis, regis auditum non effugit; quocirca illum hactenus excoluit, ut et multa[6] negotiorum ejus consilio transigeret, et filium Adulfum ejus magisterio locaret. Quo facto, prælusit futuræ felicitati adolescentis fortuna, ut sub sanctissimo pedagogo addisceret qualiter non rudis olim ad gubernandam rempublicam procederet. Est enim Platonis[7] vetus et laudata sententia: 'Tunc fore beatam rempublicam, si vel philo-
'sophi regnarent vel reges philosopharentur.' Veritas dicti prodiit in effectum per istum Adulfum, cum patre [f. 49, b.]

---

[1] *Danihel, defuncto Aldelmo*] A. D.; Danieli defuncto, Aldelmus, B.; Daniele defuncto, Aldelmus, C.

[2] *haberi*] A. D.E.; habere, B. C.

[3] *concilio*] prologo concilii, A.; but prologo crossed through, and the *ii* of concilii left unaltered; prologo concilii, D.; pro concilii, B.; pro concilio, C.; concilii, E., but the last *i* corrected into *o*. Our author refers to the Council of Clofeshó, held A.D. 747, under Cuthbert, archbishop of Canterbury.

[4] *Cinehardus*] A. D.; Cinebardus, C. E. Cinebardus, B., corrected, apparently by the same hand, into Cinehardus.

[5] *ex*] B. C. D. E.; interlined, A.

[6] *multa*] multã, A.; multam, E., but with a line under the last *m*; multa B. C. D.

[7] *Platonis*] Conf. De Republica, lib. v. cap. 18.

Bishops of Winchester.

makes Swithun bishop of Winchester.

Excellencies of of the king and the bishop.

defuncto, quia alter legitimus heres non extaret, ex gradu subdiaconi Wintoniensis in regem translatus est, concedente Leone illius nominis papa IIII°.[1] Tum vero palam erat quid eum spiritualis philosophia docuisset, dum, magis famulorum Dei quam suis utilitatibus prospitiens, omne regnum Deo decimaret. Nichil faceret nisi ratum, nichil juberet nisi pium. Sed hæc alias egimus, nunc in manibus Swithuni gesta evolvimus. Quem ille, ut altorem doctoremque suum suspitiens,[2] sic enim eum vocabat, non prius abstitit quam episcopatu Wintoniensi honoraret, consentiente clero, ordinante archiepiscopo Cantuariensi Celnotho. Lætis ergo incrementis fundamenta bonorum in regno jacta per regem pullulabant per pontificem, dum iste bonum urgeret, quod ille suis præsertim ammonitionibus inciperet. Et erat[3] quidem virtutum omnium promptuarium, sed aggaudebat duabus maxime, clementia et humilitate. Ambarum insignia stilus subitiet. Operariis ad pontem in orientali parte urbis fatiendum forte assederat, ut instantia præsentiæ suscitaret stimulos desidiorum incuriæ. Et ecce! per pontem commeabat in civitatem femina, commertii causa ferens ova. Prosiliunt undique, ut id generis mos est hominibus, et petulanti excussu ova omnia ad unum confringunt. Id non leve sanioris mentis hominibus visum, sed statim in notitiam domini episcopi delatum. Is ante se adductæ mulierculæ, annis et pannis squalidæ, querelam auscultat, dampnum suspirat. Misericordia mentis cunctantem in miraculum excitat, statimque porrecto crucis signo fracturam omnium ovorum consolidat. Exiguumne hoc est sanctitatis et clementiæ documentum? Quid de humilitate? Quandocunque novam fabricam in Dei ecclesiam

The merciful disposition of the latter attested by an anecdote of the woman and her eggs.

His humility shewn by his journeying to the consecration of churches on foot.

[1] *.iiii°.*] originally .iii°., A., but a fourth stroke added in a darker and apparently later ink; .iii°., B. D. E.; tercio, C. Leo IV. is the pope intended.

[2] *suspitiens*] A. D.; suscipiens, B. C.

[3] *erat*] B. C. D. E.; erat ille, A., but ille crossed through.

Bishops of Winchester.

He does this by night, in order to avoid remark.

consecrare deberet, eo, quamlibet longum esset, non equo vel[1] vehiculo sed pede impiger contendebat. Et, ne daretur ab imperitis ridiculo vel a superbis jactantiæ notaretur elogio, visibus hominum abditus, nocturnus viator totum iter confitiebat. Solitariæ sanctitatis amator nulla pompa bona sua prostituebat. Hinc factum opinor ut, cælo tantum teste fruitus, omnium miraculorum suorum notitia posterorum fraudaret conscientiam.

He desires to be buried outside the church.

Jam vero vitæ præsenti valefacturus, pontificali auctoritate præcepit astantibus ut extra ecclesiam cadaver suum humarent, ubi et pedibus prætereuntium et stillicidiis ex alto rorantibus esset obnoxium.

He dies A.D. 863. And remains without fame for about 100 years.

Excessit anno ab incarnatione Domini D°CCCLX°III°.,[2] post mortem Adulfi vi^to^.[3] Preteriere multa tempora, et margarita Dei latebat ingloria annis ferme centum. Hoc annorum discursu viii^to^. episcopi dies suos explevere;

Names of his successors.

quorum hæc sunt nomina, Alfrithus, Dunbertus, Deneuulfus, Frithestanus, Birstanus, Elfegus, Elfsius, Brihtelmus.

Deneuulf, one of them, a swineherd.

Quorum aliquos celebriore vita diffamatos nostra sedulitas non omittet. Deneuulfus, si famæ creditur, ad multam ætatem non solum litterarum expers, sed etiam subulcus fuit.

King Elfred in banishment, meets him in a wood,

Eum rex Elfredus hostium violentia regno cedens, et in silvam profugus, casu sues pascentem offendit.

has him instructed, and makes him bishop.

Et ne multis innectar, comperto ejus ingenio quod ad bonum spectaret, litteris informandum tradidit. Nec descivit ab offitio donec perfectius institutum crearet episcopum, commentus rem dignam miraculo.

Frithestan, one of the seven bishops consecrated at one time by archbishop Pleimund [A.D. 909].

Frithestanus fuit unus ex .vii. episcopis quos Pleimundus archiepiscopus tempore regis Eduardi filii Elfredi uno die consecravit Cantuariæ.[4] Multa ejus bona ostendit adhuc librorum copia, vitæ

---

[1] *vel*] B. C. E.; sed, with vel written above it, A.; non, D.

[2] D°CCCLX°III°.] B. E.; originally D°.CLXIII°., but CC. interlined, A.

[3] vi^to^.] B. C. D. E.; originally v^to^., but i. inserted in a darker ink, A.

[4] *Cantuariæ*] Wintoniæ with Cantuariæ written above it, A.; Cantuariæ, Wintoniæ, B. C. D.; Cantuariæ, Wintoniæ, but Wintoniæ underlined, E.

Bishops of Winchester.

[f. 50, a. sanctitatem non ita ut aliorum in obscuro latens sepultura. Birstanus .iiii^or^. tantum annis episcopatum rexit. Illum purissimæ sanctitatis fuisse accepimus; cotidie non intermissa sedulitate missam pro defunctorum requie cantitasse, noctibus, depulsa formidine, solum cimiteria circuire solitum, pro animarum salute psalmos frequentasse. Hoc cum quadam vice faceret, expletisque omnibus, subjungeret: 'Requiescant in pace,' voces[1] quasi exercitus infiniti e sepulcris audivit respondentium, 'Amen.' Istud mirabilius quo infrequens est. Mortuos cum vivo sevisse sermonem, ne eum offitii pigeret quod tot animabus gratum audiret. Idem Dominici exempli ardentissimus exsecutor, pedes egenis omni[2] die semotis arbitris lavabat, mensam et cibos apponens, nec minus pro disciplina famulantium reliquias abstergens. Obsequio consummato, pauperibusque dimissis, ad multas ibidem remanebat horas, orationibus, ut creditur, vacans. Quadam ergo die pro consuetudine ingressus, nulla antea interpellatus egritudinis molestia, subito clam omnibus spiritu vitali caruit. Clientes qui consuetudinem ejus nossent, tunc quoque orationibus occupatum crederent, tota die jacere passi; at vero sequenti diluculo irrumpentes, inveniunt cadaver sine mente. Conclamatus est ergo, et sepulturæ datus. Sed cives, quia interceptum morte videbant, omnem ejus memoriam oblitteravere silentio, nescientes quod scriptum est: 'Non potest male mori qui bene 'vixerit;' et, 'Justus, quacunque morte præoccupatus 'fuerit, in refrigerio erit.' Correxit id divina rectitudo, longo post tempore succedente Athelwoldo. Cui noctium principio ante sanctorum reliquias lucubrare solito, apparuere tres assistere personæ, non in extasi, sed plane insomni. Quorum quæ media has exprimere voces est audita: 'Ego sum Birstanus, quondam

His virtues.

Birstan (Beornstan) bishop for four years [A.D. 931–934].

Used to say psalms in the cemeteries for the dead by night.

Miracle which occurred while he was doing so.

Washes and waits upon the poor.

Dies whilst engaged in prayer.

His burial.

King Athelwold revives his memory,

Birstan having appeared to him while visiting the remains of the saints.

---

[1] *voces*] subju voces, A., but subju crossed through.

[2] *egenis omni*] A. D. E.; omnium egenum, B.; omnium egentium, C.

Bishops of Winchester.

'hujus urbis episcopus; hic,' dextrum ostendens, 'est 'Birinus, prædicator primus; iste,' et ostendit sinistrum, 'est Swithunus, spetialis hujus ecclesiæ et civi-'tatis patronus. Noverisque quia sicut me cum eis hic 'vides in præsentia, ita cum eis in cælo non dispari 'fruor gloria. Cur igitur fraudor honorificentia morta-'lium, qui magnificor consortio celestium spirituum?' Finierat; et in aerem cum sotiis elapsus, pretiosa sui memoria provintialibus apposita, nichil non venerationis deinceps[1] emeruit. Elfegus ad ceterarum virtutum cumulum, quibus laudabile quam abunde pollebat, etiam prophetia clarus fuit. Hujusce dicti duo erunt causa exempli. Dies erat Cinerum, et pontifex pro more penitentes ecclesiæ liminibus excludebat; ceteros adhortatus est ut jejunio et castitati vacantes, etiam uxorias delitias abicerent illis diebus. Fructum dignum penitentiæ esse, si qui multa illicita commiseris etiam licitis abstineas. Doctrinam reverenter audientibus ceteris, unus joculari emissa voce aliis risum excussit. Non posse se temperare convivio simul et conjugio, ut pariter abstineat cibis et venere. Quinimmo uxorem, quam cubili aliquandiu submovisset, in proximo ad usum noctis revocaturum, petulanti et vulgari verbo fatuitatem suam exaggerans. Tum vox episcopi summurmurantis ab astantibus audita est, intellecta est. Contristas me, miser, nesciens quid ventura pariat dies. Duram prophetiam vicina mors nebulonis excepit. Postero enim mane in cubiculo repertus est exanimis, incertum an a diabolo guttur elisus. Alio tempore pariter ordinavit ad presbiteratus gradum tres monachos, Dunstanum, Athelwoldum, et quendam Ethelstanum, qui postmodum monachicæ vestis apostata, celibatu contempto, in meretritiis amplexibus vitam effudit. Completis sollenniis, sanctæ recorda-

Elfegus endowed with the power of prophecy.

Two examples of this.

---

[1] *deinceps*] D. E.; added on margin, A. Omitted, B. C.

Bishops of Winchester.

tionis præsul adherentes alloquitur. Hodie coram Deo tribus viris manus imposui, quorum duo pontificalis ordinis gratiam nansciscentur; unus in civitate Wigornia, deinde in Cantia; alter meam sedem quandoque implebit successione legitima; tertius voluptatum volutabro se ingurgitans, miserabilem sortietur exitum. Hic Ethelstanus, qui pro familiaritate cognationis præsens esset, proterva consultatione sacerdotem invasit: 'Num ego ero unus ex duobus qui episcopali 'dignitate sullimandi sunt?' 'Non,' inquit, 'erit tibi pars 'neque sors in eo quem præfatus sum ordine, neque 'permansurus es in ea qua hominum oculis lenocinaris 'veste.' Quanta sanctissimæ mentis dignitas,[1] ut evidenter et sine fuco celorum efferret secreta! Neque enim in terram ceciderunt verba ista, sed omnia in [f. 50, b.] verum solidavit rerum consequentia, quia Dunstanus et Athelwoldus angustam viam quæ ducit ad vitam terentes, insignes in prædictis episcopatibus emicuere; tertius latas seculi semitas cursitavit. Elfsii præcipitem in emendo archiepiscopatu rabiem et miserabilem mortem superior liber absolvit. Quare jam congruum video ut de patre Athelwoldo aliquid vel breviter dicam, qui successit Brithelmo successori Elfsii in Wintonia. Ejus uterque parens nec egenus fortuna nec abjectus stirpis linea, civis Wintoniæ fuit. Ipse in pueritia litteras, in adolescentia curiam frequentans, Ethelstano percarus fuit. Cujus consilio a prædicto Elfego tonsoratus in clericum, non multo post a Dunstano Glastoniensi abbate est cucullatus in monachum; ordinatusque in monasterii decanum, hos doctrina, illos religione, omnes amore demerebatur. Quo tempore abbas vidit de eo somnium sane memorandum. Arborem infra ejusdem cenobii septa succrescere, quæ

Account of Athelwold, the successor of Brithelm, the successor of Elfsius.

A favourite of Ethelstan.

Made a monk by Dunstan, abbot of Glastonbury, and ordained dean of the monastery.

The abbot's remarkable dream concerning him.

---

[1] *dignitas*] B. C. D. Originally dignitatis, but *-tis* crossed through and *s* interlined, A.; dignitatis, but *-ti-* underlined, E.

Bishops of Winchester.

per .iiii^{or}. mundi plagas ramis diffusis totam[1] inumbraret Angliam, opertam per omnes frondes cucullis, maximamque cucullam in summo positam, ceteras minores manicarum quasi fomento protegere. Stupefactum illum tantæ visionis miraculo, ab astante venerabilis caniciei sene quæsisse oraculum. 'Arbor,' inquit ille, 'est hæc insula; cuculla major est monachi tui 'Adelwoldi vita; ceteræ hominum innumerorum quos 'ipse verbo et exemplo trahet ad Deum.' Consonat huic præsagio matris ejusdem visio, quæ ipsi jam utero grandescenti, jamque puerperium meditanti, ostensa est. Auream aquilam ex ore suo avolasse, quæ pennarum plausu diu civitatem perlustrans, novissime altitudine nubium evicta,[2] celum subisse. Harum visionum veracem exitum jam prelambens fortuna ferebat in populum, cum ille arctioris desiderio vitæ Gallicanum exilium sitiens, ab Edredo rege retentus est, agente id et filium stimulante matre Edgifa, omni religionis laude orbi Britannico nota. Datur ergo ei cenobium perexile, Abbendonia dictum, ubi vires prudentiæ experiretur suæ. Nec ipse spei datorum strenuitate abfuit, sed in laudabilem, ut hodie cernitur, celsitudinem erexit. Paucis vero elabentibus annis, jam Dunstano archiepiscopo facto, ipse a rege Edgaro ad episcopatum Wintoniensem electus, et ab eodem archiepiscopo consecratus est. Tum vero magnis conatibus ad eclesiarum utilitatem consurgere, extirpare vitia, virtutum inserere plantaria. Nescires quid in eo magis laudares, sanctitatis studium an doctrinarum exercitium, in prædicatione instantiam, in edifitiis industriam.[3] Clerici episcopatus simul et alterius ecclesiæ

A vision seen by his mother.

He is made abbot of Abingdon,

and bishop of Winchester by king Edgar, and consecrated by Dunstan, archbishop of Canterbury [A.D. 963].

---

[1] *ramis diffusis totam*] D. E.; originally totam ramis diffusis, in A., the alteration in the order being indicated by the letters *c. a. b.*; diffusis ramis totam, B. C.

[2] *evicta*] A. E.; evicta, with *e* written above the *i*, B.; evecta, C. D.

[3] *in ædifitiis industriam*] Cf. Gesta Regum, lib. ii., § 149.

quæ juxta erat, quam Novum Monasterium vocabant, data optione ut aut vitam mutarent et[1] aut loco cederent, molliorem partem eligentes, exturbati[2] [sunt, mo-n]achis introductis.[3] Plura eis ex episcopatu delegata prædia, viciniora situ, ampliora redditu. In eadem urbe sanctimonialium fundatum et factum monasterium. De ceteris quæ in diversis regionibus instituit, fiet verbum cum ad eorum episcopos ventum fuerit. Et mirum quidem videtur quod tanta fecerit, nisi quod rex Edgarus omnino ejus voluntati deditus erat, a quo supra omnes infra Dunstanum diligeretur. Maximoque et laudabili operibus ejus fuit emolumento beatissimus Swithunus eodem tempore revelatus, qui, antiquæ vitæ humilitatem tenens, non alicui inflatiori personæ sed homuntioni pauperculo, qui manuum artifitio vitam toleraret, per visionem talia proferre visus est: 'Vade Wintoniam ad vetus monasterium, requisi-
'toque loci edituo, præcipe ut dicatur episcopo Athel-
'woldo quatinus Suuithuni olim episcopi mausoleum
'aperiens, efferat reliquias, inventurus ibi omni thesauro
'pretiosiores margaritas. Respexit tempora ejus clemens
'divinitas, ut per me celestibus illustrentur prodigiis.
'Et ne cuncteris, hoc habe signum. Anulos ferreos
'violenter cum plumbo lapidi sepulcri affixos, levi an-
'nisu cum voles extrahes, cum voles appones; ceteri
'si idem temptaverint, frustra erit.' Ivit ille, et promissionis coram edituo compos effectus, ad præsentiam pontificis admissus est. Ibi rem intrepide prosecutus, fidem dictorum habuit. Die igitur dicta elevantur ossa de tumulo, componuntur in scrinio. Concurrit ingens vis vulgi vota offerre, vota cumulare. Nullus se fraudatum queritur,[4] omnia fiunt, cuncta concedun-

Bishops of Winchester.

Reforms at New Minster.

He founds a monastery and a nunnery at Winchester.

Miraculous appearance and message of St. Swithun,

who commands him to open his grave.

Athelwold obeys the command.

[1] *et*] A. E.; omitted B. C. D.

[2] *exturbati*] A.; exturbati with sunt interlined, B. E.; exturbati sunt, C. D.

[3] *monachis introductis*] D. E.; omitted B. C. . . . . achis introductis, on the margin of A., the commencing letters having been cut away by the binder.

[4] *se fraudatum queritur*] se fraudatum se queritur, A.

Bishops of Winchester.

Immense number of miracles on the occasion.

Swithun receives the surname of "Pious."

The author himself has seen cures performed through his merits.

Some monks wearied by the frequency of the miracles.

Swithun reproves their laziness.

Activity of Athelwold in performing miracles.

tur. Denique tanta illic miraculorum copia in omni [f. 51 a.] genere valitudinum exhibita est, quantam nulla memoria hominum alibi factam attingere potest. Habet ergo cognomentum Pii sanctus ille, omni se invocanti, nisi fides defuerit, ad auxiliandum celer. Cujus bonitas jamdudum inchoata, nec nostra ætate exsolescit. Vidi ego, quod mirum dictu sit, hominem, cui violentia raptorum effodisset lumina, oculis vel illis vel aliis (nam illi longiuscule projecti fuerant) receptis, serenam lucem per Swithuni merita recepisse. Eratque præteritæ calamitatis inditium quod aculei punctionum palpebras deformabant. Vult interea sanctus ut in omnibus glorificetur Deus, nec patitur ut aliquis per eum sanatus carnis volutetur lubrico qui nolit præterito implicari morbo. Quinetiam olim cum monachi miraculorum frequentia defessi essent, et mediis noctibus eventu alicujus prodigii sese inopes quippe sompni[1] tricarent, non latuit torpor eorum sancti oculum de longe intuentem. Continuoque Adelwoldo apud curiam regis soporato astitit, vacationem minitans sanitatum si monachi ulterius a Dei laude putassent cessandum. Cur enim in Dei dormitarent laude, cum ipse pro eorum vigilaret salute? Sed nec ipse Athelwoldus a miraculis otiabatur: videbaturque emula vivi et mortui sanctorum pietas, dum hinc inde crebrescentibus sanctorum prodigiis, hujus corroboraretur fides, illius[2] revocaretur sanitas. Mortiferum virus fraudulentia ministrorum haustum, cum jam per artus irrepens depasceretur vitalia, fide discussit. Vas oleagini liquoris receptaculum reparavit perditum, accumulavit inventum. Furacis monachi brachia invisibilibus laqueis verbo irretivit, solaque benedictione ejusdem confitentis lora evolvit.[3] Alterum in præcipiti stantem casus

---

[1] *sompni*] A. B. C.; spiritui E., but underlined, and sōmi in the margin; sonii, D.

[2] *illius*] D.; hujus with illius written above it, A.; illi, B. C. E.

[3] *evolvit*] A. D. E.; resolvit, B. C.

dejecit, sed oratio Athelwoldi ruenti manum supposuit, offitio restituit. Inedia ciborum pro sterilitate soli provintiam invaserat; jussit ille sacrata vasa confringi et distribui, protestatus melius esse ut metalla miserorum inopiæ quam sacerdotum famularentur jactantiæ. Nova ergo ecclesia, ut diu desideraverat, ædificata,[1] sullatus est mundo, magna monachorum erumna, sua nulla. Quippe ille sullimis in gloria exultat;[2] cenobia quæ fecerat post ejus obitum multa diruta, cuncta minorata.

Bishops of Winchester.

He dies after building a new church. [Aug. 1, 984.]

Many of his religious foundations destroyed, and all impoverished.

§ 76. Athelwoldo successit Elphegus, bono bonus, de quo superius aliqua dixi, et nunc latius garrire libet. Puer librorum amplexus scolas, adolescens alteravit habitum apud Dirhest, tunc exiguum cenobium, nunc antiquitatis inane simulacrum. Illic cum vitæ monachilis regulam accepisset, altius quid anhelans Bathoniam contendit, ubi se cellulæ secretioris[3] parietibus includens, cælestia mente libabat. Plures per eum boni ad locum monachi congregati, etiam ut fit in magno corpore, corruptelam morbi contraxere. Quidam enim ex eis, nesciente patre, convivia in noctem ducere, perindeque potationibus ad lucem insistere. Non tulit id diutius Deus, sed signiferum factionis in ede conventiculorum conscia, morte perculit nocte intempesta. Interim sanctus, orationibus interpolatis, concepit aure sonum ab eadem domo prolatum, quasi vim inferentium et sustinentium. Miratus rei novitatem, pedetemptim suspenso halitu[4] accessit ad hostium. Tum vero per fenestrarum rimas videt duos ingentes demonas cadaver exanime crebris mal-

Elphegus (Ælfheah) succeeds Athelwold.

Passes his youth at Deerhurst.

Leaves Deerhurst for Bath.

Debauch of one of the monks there.

His punishment,

---

[1] *ædificata*] A. D. E.; amplificata, B. C.

[2] *in gloria exultat*] at first written exultat in gloria, but the change in the order of the words indicated; A.

[3] *cellulæ secretioris*] cellulæ secretioris cellule, A., the last word being crossed through.

[4] *suspenso halitu*] C.; suspenso alitu interlined, and with an aspirate (ı–) over the a, A.; penso alitu, sus– being interlined, E.; penso alitu, with sus– and an aspirate interlined, B.; suspensio halitu, D.

Bishops of Winchester.

leorum ictibus torquentes, illo miserabilibus ejulantibus suffragium quærente. Respondebantque hostes: 'Nec 'tu obedisti Deo, nec nos tibi.' Quod cum mane ceteris retulisset, non mirum fuit si comessationum complices facti sunt abstinentes. Defuncto ergo Wentano episcopo, Dunstanus archiepiscopus Andreæ apostoli Elfegum nominatim eligentis animatus oraculo, eundem substituit throno. Ipse prudens in sæculo, simplex in Deo; extima providere, intima non negligere. Antecessoris sui ossa extulit anno xii°. post depositionem ejus, signis quibusdam et eis non levibus ad audendum persuasus. Atque ut tanti patris sedem digne ornaret, vestigia sanctitatis ejus terens, quando sedebat ad mensam nec ventris ingurgitabat lacunam nec abstinentis incurrebat pompam. Carnibus nunquam nisi eger indulsit; pocula summotenus ore semper libavit. Prodebat abstinentiam comestionis tenuitas corporis, quod vix ossibus herebat. Noctibus fallens custodes procedebat solus ad amnem, ubi demersus ad ilia, et in Dei laudibus [f. 51, b.] excubans, albescente jam diluculo, nescientibus suis succedebat cubiculo. Exactis in episcopatu annis duobus et .xx^ti^., translatus est Cantiam invitus, ut aiunt, quod consueto privatus honore, majore premeretur onere. Wentanum enim episcopatum Kenulfus Burchensis abbas nummis nundinatus fuerat; sed non diu sacrilego ausu letatus, ante duos annos hominem exivit.[1] At Elfegus, ut pallium ab apostolico reciperet, Romam contendens, Alpes transcendit. Ibi in vico quodam hospitatum rustica multitudo adorsa omnibus suis exuit. Statimque ignis, incertum unde natus, domos corripuit, qui, spiraculo venti adjutus, toti vico exitium minabatur. Tum brutæ mentis homines egre licet animadvertentes delictum, rapidis passibus jam egressum jamque profectum consequuntur. Adorant, veniam rogant, ablata restituunt. Elfegus flecti facilis, signum

and its beneficial effect upon the others.

Is made bishop of Winchester by Dunstan [A.D. 984].

His abstinence.

After being bishop for twenty-two years he is translated to Canterbury [A.D. 1005].

He goes to Rome [A.D. 1007].

On his way a fire breaks out in a village.

[1] *exivit*] A.; exuit, B. C. D. E.

crucis igni e regione opponit. Continuoque in se retorta flamma elanguit, incendium omne ad cineres refrixit. Romæ cum esset, excessum successoris sui nemine, ut alias dictum est, afferente, vidit et enuntiavit. Inde ad[1] sedem regressus, annis .vii.[2] patriarchatum feliciter egit; quibus elapsis, a Danis in vincla conjectus, .vii. mensibus ergastuli inhabitator fuit. Causas vinculorum alias quære. Interea tabes[3] letifera grassata in Danos, catervatim hostes Elfegi fundebat, adeo ut celeritas mortis præveniret sensum doloris. Putor itaque cadaverum insepultorum aerem infecit, corruptiorque celi tractus ceteris, qui sani videbantur, pestem creavit. Ruebant ergo sine modo, sine numero, cum ille exoratus pane a se benedicto communicatis pestem depulit, salutem restituit. Nec minus illi benefitiorum ingrati curatorem suum lapidibus contrucidarunt. Nonnulli vero, quibus sanius consilium, de sepeliendis exuviis pontificis contendentes, aliquandiu percussores adversarios habuerunt. Sed re in juditium deducta, convenit ut lignum aridum, quod fors[4] obtulerat, si sanguine ipsius litum crastino revirescceret, arbitratu suo Christiani cadaver humarent. Factumque est, et lignum, cui tunc etiam cortex deerat, mane inventum reviruisse, pubescens floribus, turgescens fructu. Quocirca corpus apud Sanctum Paulum Lundoniæ tunc pacifice humari permissum, indeque .x°. anno,[5] jubente et astante rege Cnutone, sublatum, sine ulla sui labe, patriarchatus sedem glorificat. Durat adhuc et nuperrime visa fuit et sanguinis novitas et corporis integritas. Nec sane aliquis evasit ex occisoribus quin penas lueret; quas veraciter enumerare possem, nisi me calamitates miserorum narrare pigeret. Satis inculcatur miseria persecutoris quando eminet gloria martiris.

Bishops of Winchester.

He miraculously extinguishes it.

He returns to his see, and remains there for seven years.

He is then seized by the Danes and imprisoned [A.D. 1011].

The plague attacks the Danes.

Elfegus miraculously stays it.

Nevertheless the Danes stone him [Apr. 19, 1012],

and oppose his burial.

Some Christians bury him in a dead tree.

The tree revives.

He is then buried at St. Paul's, London.

Miraculous appearance of his corpse when exhumed.

His persecutors afterwards punished.

---

[1] *ad*] interlined, A.
[2] *.vii.*] A. D. E.; octo, B. C.
[3] *tabes*] A. D. E.; labes, B. C.
[4] *fors*] A.; sors, B. C. D. E.
[5] *.x°. anno*] A. D. E.; xp̃iano, B. C.; an odd instance of misreading by the copyist.

Bishops of Winchester.

Ethelwold, Elsius, Elwin, and Stigand, follow as bishops.

Deposition of Stigand and appointment of Walkelin by William I. [A.D. 1070].

Favourable opinion of Maurilius, archbishop of Rouen, concerning him.

§ 77. Post Elfegum in Wintonia sedit Ethelwoldus, ei Elsius, Elsfio[1] Eluuinus, Elwino[2] Stigandus successerunt. Stigando, ut sepe dictum est, deposito, successit Walkelinus a Willelmo rege datus, cujus bona opera famam vincentia, senium a se vetustatis repellent quamdiu inibi sedes episcopalis durabit. Maurilius eum archiepiscopus Rotomagensis, viam mortis meditans, in fidei pignus commendaverat, quod esset in eo spes indolis laudandæ, si haberet materiam qua virtus posset enitescere. Sponsionem pontificis Walkelinus produxit ad verum, faciens[3] quanta nec sperari possent in religione et numero monachorum, in edifitiis domorum.

At first the monks dislike him.

But he conciliates them.

Et primo quidem novus advena monachos exosus fuerat; sed facile correctus,[4] umbraticum illud odium sepe deploravit. Deinceps fovens eos ut filios, diligens ut fratres, honorans ut dominos, nichil minus pro dissimilitudine vestis exhibens eis vel adjutorii vel familiaritatis. Nullum convitiis incessere, pronuntians quod episcopalis gravitas suam indigna macula respergat gloriam si in pauperiorum descendat contumeliam.

His sin in appropriating some of their lands.

Unum est permaximum quo peccavit, quod ad .ccc^as^. libratas terræ monachis auferens, suis et successorum usibus implicuit.

Godfrey of Cambrai, his prior, an accomplished writer.

Constituit ipse priorem loci Godefridum quendam[5] ex Cameraco genitum, qui religione et litteratura insignis fuit. Litteraturam protestantur epistolæ, familiari illo et dulci stilo editæ, maximeque epigrammata quæ satirico modo absolvit, preterea versus de primatum Angliæ laudibus. Quid omne divinum officium, quod vetustate quadam obsoletum, nativa excultum vetustate, fecit splendescere! Religionis

---

[1] *Elsius, Elsfio*] A.; Elfsius, Elfsio, B. C. D.; Eielsius, Elsio, E.

[2] *Elwino*] A. D. E.; Elfwino, B. C.

[3] *faciens*] interlined, A.

[4] *correctus*] A. D. E.; correptus, B. C.

[5] *Godefridum quendam*] Godfrey of Cambrai became prior of St. Swithun's, Winchester, about 1082. See an account of his writings in Mr. Hardy's Descriptive Catalogue, vol. ii., p. 100. Malmesbury also devotes a section to him, Gesta Regum, lib. v. § 444.

Bishops of Winchester.

et hospitalitatis normam pulchre inchoatam deliniavit
[f. 52, a.] in monachos, qui hodie in utrisque ita Godefridi formam sectantur,[1] ut aut nichil aut parum eis desit ad laudis cumulum. Denique est in ea domo hospitium terra marique venientium, quantum libuerit diversorium, sumptu indefitienti, karitate indefatigata. Inter hæc inerat sancto viro morum humilitas, ut nichil ex illo unico philosophiæ promptuario redoleret nisi humile, procederet nisi dulce. Quantula vero potest videri hæc ejus laudatio! Quotus vero quisque est qui vel minimum imbutus litteris non alios infra dignitatem suam opinetur, tumido gestu et pompatico incessu præ se ferens conscientiam litterarum! Veruntamen ne quid perfectionis sanctæ deesset animæ, multis ille annis grabatum fovit, camino diuturnæ tabis peccata excoctus.

The monks still maintain the customs of Godfrey.

The monastery renowned for its hospitality under him.

De manu monachi.[2]

§ 78. Est in eadem civitate monasterium, quod quondam rex Elfredus edificaverat, et in eo can[on]icos[3] posuerat, Grimbaldo quodam[4] Flandrensi suadente, qui ibidem magna gloria humatus, sanctus prædicatur et creditur. Sed beatæ memoriæ Athelwoldus canonicis expulsis monachos posuit, præfitiens eis abbatem Edelgarum[5] nomine, de quo superius dixi. Ad hujus monasterii officinas instruendas, suffitiens terræ spatium ab episcopo et canonicis temporis mercatus, ad unumquemque pedem mancam auri publico pondere pensitavit. Et erant ambæ ecclesiæ sic vicinæ parietibus contiguis ut voces canentium aliæ obstreperent aliis. Unde, cum propter hoc tum propter cetera, infelix livor plurimas effodiebat causas, quibus non modicas invicem excul-

New Minster built by king Alfred at the instance of Grimbald, a Flandrian.

Grimbald buried there [A.D. 903].

Reputed a saint.

Athelwold substitutes monks for canons, and nominates Edelgar abbot [A.D. 964].

He buys land for the monastic offices.

The cathedral and New Minster conflict from their proximity.

---

[1] *formam sectantur*] formam sectantur formam, the last word being crossed through, A.

[2] *De manu monachi*] written on the right-hand margin of A., and in the text of E., but underlined. Omitted, B. C. D.

[3] *canonicos*] canicos, A.

[4] *quodam*] A. D. E.; quondam, B. C.

[5] *Edelgarum*] afterwards bishop of Selsey, and archbishop of Canterbury.

Bishops of Winchester.

For this and other causes the monastery has lately been removed without the city walls.

Athelwold [re-] founds St. Mary's convent in the [north of the] city, and makes Etheldrida the superior.

Edburga, the daughter of Edward the Elder, had died in the old convent there.

Anecdote of her early love of religion.

perent offensas. Quapropter nuper[1] illud cenobium extra urbem translatum sanius incolitur, liberius insignitur. Preterea construxit in eadem urbe sanctimonalium cenobium Adelwoldus, quibus præposuit Etheldridam virginem anum, quæ, ad conjecturam somnii quod mater ejus de aquila viderat aurea, multa de ipso prophetavit. Fuerat ibi antehac monasteriolum, in quo Edburga regis Eduardi senioris filia conversata et defuncta fuerat, sed tunc pene destructum. Edburga vix dum trima esset, spectabile futuræ sanctitatis dedit periculum. Explorare volebat pater utrum ad Deum an ad sæculum declinatura esset pusiola. Posueratque in triclinio diversarum professionum ornamenta, hinc calicem et evangelia, inde armillas et monilia. Illuc virguncula a nutrice allata, genibus parentis assedit; jussaque utrum vellet eligere, torvo aspectu sæcularia despuens, prompteque manibus repens, evangelia et calicem puellari adoravit innocentia. Exclamat cætus assidentium, auspitia futuræ sanctitatis exosculatus in puella. Pater ipse arctioribus basiis dignatus sobolem: 'Vade,' inquit, 'quo te vocat divinitas, 'sequere fausto pede quem elegisti sponsum.' Ita sanctimonalium habitum induta cunctas sodales ad amorem sui sedulitate obsequii invitavit. Nec resupinabat eam prosapiæ celsitudo quod generosum putaret in Christi inclinari servitio. Crescebat cum etate sanctitas, adolescebat cum adulta humilitas, in tantum ut singularum soccos furtim noctu surriperet, et diligenter lotos et inunctos lectis rursus apponeret. Devotionem ergo pectoris ejus et integritatem corporis miracula in vita et post mortem commendant plurima, quæ custodes templorum viva voce melius pronuntiant. In ejusdem episcopatus diocesi sunt tria monasteria, Certesie, Rumesie, Warewelle. Sed de Certesiensi dictum est. De

Her holiness increases with her age.

Miracles during her life and after her death.

Three monasteries of Chertsey, Romsey, and Warewell.

Warewell built by Elfrith, the wife of the king, in honour of the Holy Cross.

[1] *nuper*] New Minster was rebuilt by Henry I. as Hyde Abbey, A.D. 1111. Annal. Waverl. and Hoveden, *ad. an.*

Bishops of Sherborne.

Warewella scitur quod Elfrith uxor regis edificaverit illud in honore Sanctæ Crucis, compuncta privigni sui Edwardi nece indigna, cujus ipsa conscia et auctor fuit. Apud Rumesiam, quod cenobium præcellentissimus rex Edgarus insti[tuit],[1] novi jacere duarum virginum corpora, Merewinnæ et Elfledæ, quarum gesta, quia nescio, non tam prætereo quam ad majorem scribendi diligentiam reservo, si forte cognovero.

Romsey founded by king Edgar.

The virgins Merewinna and Elfleda buried there.

De Episcopis Scireborniæ.

§ 79. In divisione Westsaxonici episcopatus hoc observatum palam est, ut, qui Wintoniæ sederet haberet duos pagos, Amptunensem[2] et Sudreiensem; alter, qui Scireburniæ, haberet Wiltunensem, Dorsatensem, Berruchensem, Sumersetensem, Domnoniensem, Cornubiensem. Scireburnia est viculus, nec habitantium frequentia nec positionis gratia suavis, in quo mirandum et pene pudendum sedem episcopalem per tot durasse sæcula. Nunc de præsulatu in abbatiam mutatus, commertio nostra ætate non insueto, qua omnia factione atque libidine depravata, virtus ludibrio et probro habetur. Primus ibi sedit pater Aldelmus, quem hic tantum loco ordinis nomino. Namque, quia ejus vitam nusquam plene digestam repperi, spectantque ad eam quamplurima,[3] quæ si posteros celavero, delinquo, cogitavi, annuente Deo, in extremo hujus opusculi libro, cum ejusmodi materia liberiore congredi otio. Post eum igitur sederunt in Scireburna Forthere, Hereuuald, Ethelmod, Denefrith, Wibertus, Alhstanus. Hic tempore Egbirhti regis Westsaxonum et Adulfi filii ejus simul et ultra, magnæ in sæculo potentiæ et ingens in consiliis auctor fuit. Egbirhto regi Cantuaritas et Orientales Anglos bellicis subegit laboribus. Adulfum videns mansuetioris ingenii, sedulis

Of the bishopric of Sherborne.

Divisions of that diocese and that of Winchester.

Description of Sherborne.

Aldelm the first bishop [A.D. 705].

Intention of our author to write his life.

Names of his successors.

Alhstan, bishop, *temp.* Egbirht and his son Adulf, kings of the West Saxons.

Engaged in the war between the

[1] *instituit*] The last four letters of this word accidentally omitted, A.

[2] *Amptunensem*] A. B.; Amptunensem, E., with H interlined; Hamtunensem, C.; Hamtuniensem, D.

[3] *quamplurima*] materia quamplurima, but materia crossed through, A.

Bishops of Sherborne.

people of Kent and the East Angles; takes an active part against the Danes.

Was bishop for fifty years.

Avarice, his besetting sin.

Its evil effects felt by the monastery at Malmesbury up to the present time.

However he was as liberal as he was avaricious.

His power shown by his keeping the king out of his kingdom.

ammonitionibus ad scientiam regni stimulabat. Contra Danos, qui tum primum insulam infestabant, segnem animans, ipse pecunias fisco suffitiens, ipse exercitum componens. Multa per eum in talibus et inchoata constanter et inchoata[1] feliciter qui annales legerit inveniet. Vixit in episcopatu annis .l.[2] Felix qui tanto tempore in procinctu bonorum operum fuerit! Quem libenter laudarem, nisi quod, humana cupiditate raptatus usurpavit indebita, quando monasterium nostrum suis substravit negotiis. Sentimus ad hunc diem impudentiæ illius calumpniam, licet locus ille statim, eo mortuo, omnem episcoporum eluctatus fuerit violentiam usque ad nostrum tempus,[3] quando in idem discrimen recidit. Ita protervum est mala inchoare, quia, si auctor decidit, exemplum non transit. Delectat pertinacem animum quid mali alius gesserit recognoscere, et quid gerere possit audire. Minore dedecore monachi illius temporis suspiraverunt libertatem ademptam, quam nos amisimus, statim per eos[4] præsertim restitutam. Et erat ille, ut ex scriptis accepimus, sicut cupiditate præfervidus ita liberalitate præcipuus. Nostri prædones et populantur et premunt, ut nec libera vox dolori concedatur. Potentiam ejus per hoc quilibet cognoscere poterit, quod regem ipsum Roma revertentem regno arcuerit; statutoque ad umbram regnandi filio, nisi arbitratu suo pace composita senem in sua regredi non siverit. Reliquit [f. 52, b.]

[1] *inchoata*] A. B.; consummata, C.; perfecta, D.; inchoata, but underlined, and perfecta written below it, E. The same passage descriptive of Ealhstan, bishop of Sherborne, occurs in the Gesta Regum, lib. ii. § 108, the word there used is terminata.

[2] *vixit in episcopatu annis .l.*] Malmesbury makes the same statement as to the length of Alhstan's episcopacy in the Gesta Regum, lib. ii. § 108, which see. Ealhstan or Heahstan was consecrated bishop of Sherborne in A.D. 824, and died in 867, his episcopacy thus extending through 43 years. See the authorities cited by Prof. Stubbs in the Regist. Sacr. Anglic.

[3] *usque ad nostrum tempus*] The reference is to abbot Edulf having been dispossessed by Roger bishop of Salisbury in 1117, the bishop keeping possession until his death in 1139.

[4] *per eos*] Over these two words are placed, in A., Malmesbury's ordinary marks of transposition, as if he had intended to make an alteration in the sentence.

ecclesiam suam prædivitem, prædiis undecunque adquisitis, quanta si audias hominis vel cupiditatem vel felicitatem mireris.

Bishops of Sherborne.

He leaves his church richly endowed.

§ 80. Illum subsecuti sunt Hadmundus,[1] Ethelegus, Alsius, Asserus, Sighelmus.[2] Quorum ultimi ambo sub rege Elfredo Adulfi quarto filio fuisse noscuntur. Asserus, ex Sancto Dewi[3] evocatus, non usquequaque contemnendæ scientiæ fuit, qui librum Boetii de Consolatione Philosophiæ planioribus verbis elucidavit,[4] labore illis diebus[5] necessario, nostris ridiculo. Sed enim jussu regis factum est, ut levius ab eodem in Anglicum transferretur sermonem. Sighelmus trans mare, causa elemosinarum regis et etiam ad Sanctum Thomam in Indiam missus, mira prosperitate, quod quivis hoc sæculo miretur, Indiam penetravit, indeque rediens exotici generis gemmas, quarum illa humus ferax est, reportavit. Nonnullæ illarum adhuc in ecclesiæ ornamentis visuntur. Sigelmo successit Ethelwordus. Quo mortuo, cessavit episcopatus Westsaxonum annis septem, vi scilicet hostilitatis cogente. Postmodum vero Pleimundus archiepiscopus, et rex Eduardus filius Elfredi, minis et edictis Formosi papæ[6] coacti, quinque episcopos pro

Names of his successors.

Asser and Sighelm bishops *temp.* Elfred, fourth son of Adulf.

Asser simplifies the Latin of Boethius, *De Consol. Philosophiæ.*

Sighelm goes to India;

brings back precious stones,

some of which still remain in the church.

Ethelword succeeds Sigelm.

The bishopric of Wessex vacant for seven years.

---

[1] *Hadmundus*] A. B. D. E.; Admundus, C. We should read Heáhmundus. See Stubbs, Regist. Sacr. Angl.

[2] *Sighelmus*] Compare this list with that given by Stubbs, Regist. Sacr. Anglic., and Hardy's Le Neve.

[3] *ex Sancto Dewi*] of St. David's. The fact of Asser's simplifying the Latin of Boethius is also mentioned in the Gesta Regum, lib. ii. § 122.

[4] *elucidavit*] A. D. E.; dilucidavit, C.; dilucidavit, B.

[5] *labore illis diebus*] illis diebus labore, A., but with the ordinary mark of transposition; illis diebus labore, B. C. D. E.

[6] *minis et edictis Formosi papæ*] See the parallel passage relative to this instrument of pope Formosus in the Gesta Regum, lib. ii., § 129. Malmesbury's account, says Mr. Hardy (*loc. cit. n.* 3) "is copied "from a MS. (Bodley, 579) which "was given by bishop Leofric, who "died 1073, to Exeter cathedral. "The whole is so replete with anachronisms as to leave the presumption of forgery beyond a "doubt. The instrument (of Formosus) is dated in 904, and Formosus died on Easter-day, 896, "upwards of five years before "Eadweard commenced his reign," &c. See also Professor Stubbs's

Bishops of Sherborne.

Archbishop Pleimund and king Edward make five bishops instead of two [A.D. 909].

Their names and sees.

duobus fecere, ut sepius diximus, et nunc non importune pro contexenda rerum serie repetimus. Athelmum ad Wellensem ecclesiam, Edulfum ad Cridiensem, Adelstanum ad Cornubiensem, Fridestanum ad Wintoniensem, Werstanum ad Scireburnensem. Habebat ergo Athelmus Sumersetam, Edulfus Domnoniam, Adelstanus Cornubiam, cujus successorum nomina nusquam reperio.[1] Verstano relicti sunt pagi tres, Dorsatensis, Berkensis, Wiltensis. Veruntamen non multo post, eodem vivente rege,[2] in Wiltensi pago proprius factus episcopus Ethelstanus nomine, sedem in Ramesberia habuit. Verstanum ferunt in prælio contra Analavum a rege Ethelstano suscepto a paganis trucidatum. Cum enim, ut alias dictum est, rex consulto cessisset, episcopus ad bellum cum suis veniens, incautusque insidiarum, pro viridantis campi æquore, ibi, unde rex abscesserat, tabernaculum tetendit, Analafus, qui pridie locum exploraverat, noctu paratus adveniens, quod repperit incunctanter delevit.

Werstan, bishop of Sherborne, slain in the battle of Brunanburh [A.D. 937].

Names of his successors.

Wlfsinus, abbot of Westminster, made bishop of Sherborne [A.D. 943].

§ 81. Post eum hi fuerunt episcopi, Athelbaldus, Alfredus, Wlfsinus. Hunc Dunstanus archiepiscopus cum esset Lundoniæ episcopus abbatem apud Westmonasterium fecerat, instructo ad .xii. monachos cenobiolo in loco ubi quondam Mellitus ecclesiam Sancto Petro fecerat. Ita commissum officium sancte et prudenter amministranti, honos episcopalis apud Scireburniam impactus. Qui confestim in sede episcopali monachos, clericis ejectis, instituit, ne in tanta contemporaneorum episcoporum sedulitate dormitare videretur. Cenobitis, nichil ad victus necessitatem ex episcopatu largitus, sed ex alieno mercatus, abbatem quoque instituere cogitavit; illis reclamantibus quod ejus dulci dominatione dum

He ejects the clergy, and substitutes monks in their place.

---

note on the division of the Wessex dioceses, and the consecration of the seven bishops by Plegmund, in the Regist. Sacr. Anglic, p. 13, *n.*

[1] *reperio*] Before reperio, the letters Cornubi– have been written, but crossed through in A.

[2] *rege*] B. C. D.; eodem rege, A., and so in E., but eodem underlined.

Bishops of Sherborne.

His holiness attested by his life and at his death.

adviveret carere nequirent, cessit invitus, palamque pronuntians magnarum[1] id calamitatum initium successoribus eorum fore. Cujus sanctitatis documentum, cum in vita sepe, tum in morte præcipue manifestatum est. Namque cum jam proximæ mortis januas urgeret, apertis mentis oculis exclamavit in cantum: 'Ecce![2] 'video celos apertos, et Jesum stantem a dextris virtutis 'Dei.'[3] Quo cantu sine titubantia expresso, inter cantandum defungitur. Sancta et venerabilis anima, quæ dictum primi et beatissimi martiris mutuari potuit! beata, quæ cælum apertum vidit et introire meruit! Servatur ibi adhuc baculus ejus et quædam alia pontificis insignia, mediocritatis et humilitatis ejus vivum, ut ita dicam, simulacrum præferentia.

His crozier and other insignia still preserved.

Names of his successors in the see of Sherborne.

Bishop Alfwold places an image of St. Swithun at Sherborne.

His piety and simple style of living.

§ 82. Successerunt Alfwoldus, Ethelricus, Ethelsius, Brihtwinus, Elmerus, Birhtuuinus, Alfwoldus frater ejus, ex monacho Wintoniensi episcopus, qui apud Scireburniam imaginem sanctissimi Swithuni collocavit, facem venerationis extulit. Constat eum reverentissimæ vitæ fuisse, et, inter profusissimos conviviorum apparatus qui tunc in Anglia a Danorum tempore exhibebantur, catino[4] ligneo sine ullo unctiori cibo, et pocillo[5] exiguo aqua superfuso ut omnis sapor cervisiæ dilueretur, semper usum. Audivi ego bonæ fidei presbyterum, et jam canis sparsum, bona ejus lacrimabili gaudio referentem. Quorum illud non excidit, nullum umquam vel ante vel post obitum ejus impune potuisse sedem ejus dormitando premere, quin statim tetris imaginibus territus resiliret, increpantibus cur sedem episcopi usurparet indignus. Id multis nonnullo fuisse spectaculo. Surrexerat inter eum et Goduinum comitem simultas anxia, qua incertum mihi de causa. Die placito dicta, cum res non ad pacem sed ad litigium procederet, discessit

[f. 53, a.]

Miracle after his death.

A quarrel between him and earl Godwine.

---

[1] *magnarum*] A. D. E.; indignarum, B. C.

[2] *Ecce!*] Acta, vii. 55.

[3] *dextris virtutis Dei*] A. B. C.; dextris Dei, D. E.

[4] *catino*] A. D. E.; canno, B. C.

[5] *pocillo*] A. D. E.; poculo, B. C.

Bishops of Sherborne.

episcopus, post altercationem has minas in comitem jaculatus: 'Per dominam meam Sanctam Mariam male tibi 'erit, quia contristasti me.' Domum ergo regressus, vix pedem terræ apposuerat, equitaturam peditatu commutans, cum ecce! satelles comitis advenit, equo admisso, et pulsu ilium celeritatem cursus prodente. Rogare ille miserabiliter genibus affusus ut redeat. Dominum suum statim post ejus abscessum estuare corde, vix lingua palpitare. Tum episcopus inquit[1] nondum sedata ira, 'Per dominam meam Sanctam Mariam, vé sibi erit!' Sed unanimi orantium prece inflexus, delicti gratiam fecit, benedictionem dedit, egrum reparavit. Referebatque presbyter, quod fuisset episcopus prona obsequela Sancto Cuthberto devotus, ad omnem ejus memoriam letanter illacrimans. Peneque semper antiphonam illam de Sancto tenebat corde, ruminabat ore, exercebat opere:

They are reconciled.

The bishop a devotee of St. Cuthbert.

'Sanctus antistes Cuthbertus,
'Vir perfectus in omnibus,
'In turbis erat monachus,
'Digne cunctis reverendus.'[2]

He goes to Durham.

And leaves an offering on St. Cuthbert's tomb.

Cumque cotidianus amor in ejus pectore dulce incrementum acciperet, nec in eo bona flamma se caperet ad sanctum Dunelmum profectus est. Ibi quod magnæ videtur audaciæ revulso sepulcri operculo cum eo quasi cum amico fideliter collocutus, xeniolum in perpetui pignus amoris deposuit, et abiit. Jam vero fatali puncto instante, antiphonam quamdiu vox suffecit cantitans, sermone præcluso, ceteris ut dicerent,[3] manu[4] innuit. Ita inditium amoris quem in Sanctum habebat, cum extremo flatu emisit. Post cujus obitum iterum epi-

His death while singing the antiphon of St. Cuthbert [A.D. 1058].

Upon his death the sees of Wil-

---

[1] *episcopus inquit*] B. C.; inquit episcopus, A., but with the ordinary mark of transposition; inquit episcopus, D. E.

[2] *reverendus*] The whole antiphon from which these lines are quoted will be found in MS. Harl. 1117, f. 43, a fine MS. of the early part of the twelfth century. In the last line *referendus* occurs instead of the *reverendus* of our author.

[3] *ceteris ut dicerent*] A. B. C.; ut ceteri dicerent, D.; dicerent ut cetera ceteris, E.

[4] *manu*] D. E.; manuu (?), A.; omitted, B. C.

scopatus Uuiltoniensis cum Ramesberiensi[1] unitus est. Quod quatinus actum sit dicam, si prius nomina episcoporum posuero.

Bishops of Ramsbury.

ton and Ramsbury again united.

§ 83. Primus[2] Uuiltuniensis episcopus fuit Ethelstanus, secundus Odo postea archiepiscopus, tertius Osulfus, quartus Algarus, quintus Elfstanus. Hic primo monachus Sancti Ethelwoldi apud Abendoniam fuit, cujus obedientiæ miraculum relator[3] ejusdem vitæ sic insinuat: 'Erat in congregatione quidam frater Elstanus[4] nomine, 'simplex et magnæ obedientiæ vir, quem abbas jussit 'prævidere cibaria artificum monasterii. Cui servitio 'devotissime se subdens, coxit ipse carnes cotidie, et 'operariis sedulus accendebat, aquam apportans, et vasa 'denuo emundans, existimante abbate illum hoc cum 'solatio et juvamine alterius ministri facere.[5] Accidit 'namque quadam die cum abbas more solito peragraret 'monasterium, offendit inopinate fratrem illum juxta fer-'ventem lebetem stantem, viditque omnia vasa munda 'et pavimentum scopatum. Delectatus ergo facto, dixit 'ad eum: "Frater Elfstane, hanc obedientiam mihi fura-'"tus es. Sed si talis miles es qualem te ostendis, mitte '"manum tuam in bullientem aquam, et frustum de imis '"mihi impiger attrahe." Paruit ille, cessitque fervor 'indomitus audaci fidei, nichilque est lesus monachus. 'Eundem[6] fratrem postea abbatem vidimus, qui etiam 'deinde pontificali honore sullimatus, sancto fine quievit 'in Domino.' Sextus Siritius. Septimus Alfricus,[7] qui

Elfstan, a monk of St. Ethelwold at Abingdon, the fifth bishop.

His obedience, and a miracle attendant upon it.

Siric and Alfric his successors,

[1] *Ramesberiensi*] A. The author at first wrote *sal*, but corrected the *s* into *r*, and added to the *l* two strokes of the letter *m*. Samimesberiensi, B. with *Ra* interlined in a later hand; Salesbiriensi, C.; Saleberiensi, D.; Salesberiensi, E.

[2] *Primus*] A. B. C.; Primus ibi, D.; Primus with ibi added on margin, E. The ibi has crept into D. E. through the indistinctness of the letters *Uu* of Uuiltuniensis in A.

[3] *relator*] Cf. Wlstan's Life of Athelwold, Acta SS., August 1; Hardy, Desc. Catal., i. 589.

[4] *Elstanus*] A. D. E.; Elfstanus B.; Ethelstanus, C.

[5] *alterius ministri facere*] D. E.; alterius fratris facere ministri, A., but fratris crossed through, and a mark placed over ministri to show it should precede facere; alterius facere ministri, B. C.

[6] *Eundem*] A. D. E.; ejusdem, B. C.

[7] *Alfricus*] originally Africus, but *l* interlined, A.; Alfricus, B. C. D. E.

Bishops of Ramsbury.

both afterwards archbishops of Canterbury.

Brihtwold bishop from the reign of king Egelred II. to Edward the Confessor.

His vision with regard to the royal succession.

ambo, ut superius memoratum est, archiepiscopi fuere Cantuarienses. Octavus Brihtwoldus, ex monacho Glastoniensi, qui multis annis a tempore regis Egelredi usque ad Eduuardum ultimum amministravit episcopatum. Is tempore regis Cnutonis, quadam vice cælestibus apud Glastoniam, ut sepe fatiebat, intentus excubiis, divinam visionem expertus est. Cum enim subisset eum cogitatio, quæ frequenter angebat, de Anglorum regia stirpe pene deleta, hæc meditanti sopor irrepsit. Et ecce! in superna raptus, videt apostolorum principem Petrum manu tenentem Eduuardum filium regis Egelredi qui tunc in Normannia exulabat, et in regem consecrare. Celibe designata vita, et certo .xx^{ti}iiii^{or}. annorum numero computato, quo regni metam terminaret. Eidemque de posteritate conquerenti respondisse: 'Regnum 'Anglorum est Dei, post te providebit regem ad placi-'tum sui.' Decurso vitæ spatio, sepultus est Brihtwoldus Glastoniæ, cujus possessiones multis prædiis et redditibus ampliaverat, nostro quoque monasterio perliberalis.

He is buried at Glastonbury.

King Edward contemplates making his chaplain Herman bishop.

Regnabat jam tunc Eduuardus, qui Hermanno capellano suo, natione Flandrensi, continuo pontificatum donandum putavit. Ejus animi magnitudini vel potius cupiditati cum non sufficeret rerum angustia, quoniam apud Ramesberiam nec clericorum conventus nec quo sustentaretur erat, a rege petiit, ut, qui se dignatus honore fuisset, non inhonorum[1] victitare permitteret. Antecessores suos indigenas fuisse, se alienigenam nullo parentum compendio vitam quo sustentet habere. Proinde Meldunense cenobium sibi ad fatiendam sedem concederet, abbatem oportuno sibi casu proxime obisse. Id rex pro simplicitate, cui pronior quam prudentiæ semper erat, legitime concedendum ratus, tertio abhinc die dissolvit. Nam antequam Hermannus in re vel saisitione inviscaretur, excellentis prudentiæ monachi, audito quid in curia actum, quid justitiæ subreptum esset, ad comitem Goduuinum ejusque filium summa

Herman represents to the king the poverty of the bishopric.

and obtains his permission to remove the see to the monastery of Malmesbury.

The monks apply to earl Godwine and his son to interfere.

[1] *inhonorum*] se inhonorum, but se crossed through, A.

[f. 53, b.] celeritate contendunt. Illi rei indigna novitate permoti, regem adeunt, et a sententia deducunt. Facile id fuit viris summis amplissima auctoritate præditis, quibus et causæ rectitudo et regis facilitas suffragaretur. Ita Hermannus, necdum plane initiatus, expulsus est. Quo pudore confusus, Angliam indignabundus reliquit. Nec multo post egritudine ammonente, simul et, quia secularia parum prosperaverant, fortunæ iratus, mundo renuntiavit, monachus apud Sanctum Bertinum factus. Sed ut fere fit in talibus, repentino illo impetu religionis frigescente indies, in Angliam reditum meditabatur. Pigebat[1] hominem assuetum obsequiis, innutritum[2] deliciis, carere delinimentis quæ ab ineunte fuerat expertus ætate. Afflaveratque secundus rumor aures ejus, Alwoldum episcopum Scireburnensem obisse, cujus episcopatum suo uniendum antiquis Edgithæ reginæ promissis operiebatur. Quo concitatior veniens, congruum spei suæ invenit effectum. Et jam Goduinus, quem vehementer timebat, decesserat, filiusque voluntati regis et in hoc et in aliis accesserat, adoptioni scilicet inhians. Accepit ergo Hermannus Scireburnensem episcopatum integrum, cum .iii^bus^. pagis, Eduardo rege dante, vivacitateque sua datoris annos transcendens, ad Willelmi tempora duravit. Sub quo, cum ex canonum decreto edictum esset, ut sedes episcoporum ex villis ad urbes migrarent, tribunal suum transtulit a Scireburna Salesberiam, quod est vice civitatis castellum, locatum in edito, muro vallatum non exiguo. Ceteris commeatibus utcunque valens, aquæ penuria laborans, adeo ut miserabili commertio ibi aqua veneat. Illic inchoata novi operis ecclesia, morte senili tempus dedicationis prævenit. Veruntamen succedente sibi Osmundo viro probatissimo, ecclesia ad summum deducta, et cetera quæ

Bishops of Ramsbury.

The king is persuaded not to make the grant.

Hermann indignantly leaves England,

and becomes a monk at St. Bertin.

Hearing of the deaths of bishop Alwold and earl Godwine, he returns to England,

and is made bishop of Sherborne [A.D. 1058].

He holds the see till the reign of William.

A decree issued for the episcopal sees to be removed from towns to cities.

Hermann goes to Salisbury [A.D. 1078].

Description of the place.

He begins a church there, but dies before its dedication.

Osmund, his successor,

---

[1] *Pigebat*] B. C. D.; Figebat, corrected into Pigebat, E.; Pigebat, A., but the first letter rather indistinct, whence the mistake in E.

[2] *innutritum*] B. C. E.; originally nutritum, but in- interlined, A.; nutritum, D.

Religious Houses.

finishes the church.

Its clergy famed for their love of literature.

The sanctity and learning of the bishop.

competebant adaucta. Clerici undecunque litteris insignes venientes, non solum libenter retenti, sed etiam liberaliter coacti ut remanerent. Denique emicabat ibi magis quam alias canonicorum claritas, cantibus et litteratura juxta nobilium. Librorum copia conquisita, cum episcopus ipse nec scribere nec scriptos ligare fastidiret. Castitate præminens; de cujus virtute mentiri erubesceret famæ volubilitas. Unde fiebat ut penitentibus asperior æquo videretur, dum quod in se non inveniret in aliis durius vindicaret. Ambitionis immunis, sua stulte non perdere, aliena non quærere. Abbatias intra diocesim suam sitas nulla pensione gravi emungere.[1] Verumtamen quæque mundiali labe contracta creditur patientia sua luisse, diuturno morbo ante mortem tabefactus.

His death [A.D. 1099].

De Cernel.

Religious houses in Dorsetshire. Cerne and Milton for monks, and Shaftesbury for nuns.

Cerne founded by St. Augustine.

§ 84. In Dorsatensi pago sunt abbatiæ Cerneliensis, Middeltunensis virorum, Sceftoniensis[2] feminarum, præter aliquas quæ vel omnino destructæ vel multum imminutæ sunt. Cerneliensis exordium ita accepimus. Augustinus primus doctor Anglorum post Cantiam Christo subditam reliquas Anglorum provintias pervagabatur, quantum Ethelbrihti regis imperium protendebatur. Habebat enim, ut alias diximus, sibi subjectum quicquid Angli Britanniæ incolunt præter solos Northanimbros. Pagum ergo supranominatum Augustinus adorsus crebris a diaboli dampno prædis Christianitatis augebat numerum. Sed loco illo virtus hesit, demonis conflata invidia, qui tantis animarum lucris doleret. Aggrediuntur ergo virum et sotios furiatis mentibus incolæ, et magnis dehonestatum injuriis, ita ut etiam caudas racharum vestibus ejus affigerent,

Anger of the inhabitants against him.

---

[1] *emungere*] D. E.; after emungere there is a blank erasure of a line, A.; emungere. Tenacitatis tantum arguebatur; sed propter modernorum avaritiam quam dapsilis fuerit agnoscitur, B. C.

[2] *Sceftoniensis*] A. E.; Scestoniensis, B.; Seostoniensis, C.; Sceptoniensis, D.

impellunt, propellunt, expellunt. Patienter ille et modeste gaudensque pro nomine Jhesu contumeliam tulit, et, ne magis miserorum irritaret insaniam, excusso pedum in eos pulvere, longe quasi miliariis tribus recessit. Tum vero persecutionis remoto turbine, in quietem regressus animi, vidit mentis oculo divinam adesse præsentiam, exhilaratoque vultu ait suis: 'Cerno Deum, qui et nobis retribuet gratiam, et furen-'tibus illis emendatiorem infundet animam.' Cum dicto, advenerunt illi properatis gressibus, facti poscentes veniam, fidem pollicentes suam. Eventus, vel potius verbum, loco indidit vocabulum ut vocaretur Cernel, ex duobus verbis Hebraico et Latino, quod Hel Deus dicatur Hebraice. Dixit Augustinus Deum se cernere, nec veritas sermoni abfuit, quod tam cito mente mutata plebs ante limphata credidit. Nam et ibidem cum ab baptismum deesset aqua, ad jussum pontificis ex occultis meatibus fons erupit, qui hodieque et Augustini merito et usus sui commodo incolis clarus habetur. Ibi, succedentibus annis, Eduuoldus frater Edmundi regis et martiris vitam heremiticam solo pane cibario et aqua trivit, pertesus, ut fama est, mundi delitiarum, quod se et fratrem durior excepisset fortuna. Fit enim plerumque ut, adversitatibus seculi ammonitus, generosus animus ad Deum se convertat attentius, qui nec falli nec fallere novit. Et prima quidem virtus est bene per se velle, secunda cogi posse; sed non minoris, ut estimo, deputatur meriti Paulus qui ad bonum flagello coactus est aspero, quam Petrus qui libens et statim accur[r]it vocanti Domino. Eduoldus ergo post religiose actam vitam, magna sanctitatis opinione ibi sepultus, dedit occasionem posteriori tempore Egeluuardo prædiviti homini ut cenobium eo loco Sancto Petro construeret. Non ita exiliter ut putatur, quin immo habundanter, si illi quorum interest non ea nebulonibus suis sed Dei servis impertirentur. Sed ita omnia nostro tempore in Anglia mutavit et pervertit ambitio, ut res quas antiqui viri liberaliter contulerunt monasteriis magis dis-

Religious Houses.

His vision.

The inhabitants become reconciled to him.

Origin of the term Cernel.

Miraculous supply of water for the baptism of the inhabitants.

Eduuold, brother of St. Edmund, lives there as a hermit,

and is buried there.

Egeluuard a wealthy man builds a monastery there to St. Peter.

Englandchanged for the worse since his time.

Religious Houses.

pergantur pro possessorum ingluvie, quam famulentur [f. 54, a.] monachorum, hospitum, egenorum vitæ. Et certe datores non fraudabuntur mercede sua, viderint isti quomodo eorum intentiones olim examinentur in divina libra.

De Mideltun.

Milton founded by king Ethelstan, in memory of his brother Edwine.

§ 85. Middeltunensem ecclesiam fecit rex Ethelstanus pro anima fratris sui Eduini, quem pravo corruptus consilio Anglia ejecit. Cujus qui fuerit finis alias non silui. Ibi multas sanctorum reliquias ex Britannia transmarina emptas reposuit; inter quas eminent præcipue beatissimi Samsonis ossa, Dolensis quondam archiepiscopi. Sanctissimi et plane Deo digni viri, cujus virtutes aliquas hic referrem nisi quia et notæ sunt et indigenarum sanctorum miraculis scribendis occupatas manus habeo.

Our author occupied in writing the lives of the English saints.

De Sceftonia.

Description of Shaftesbury.

§ 86. Scefftonia est vicus modo, quondam urbs,[1] locus in prærupto montium situs. Vetustatis inditium dat lapis in capitulo sanctimonialium insculptus ita,[2] a vetustissimi muri ruinis illuc translatus: 'Anno Domi-'nicæ incarnationis Elfredus rex fecit hanc urbem .DCCC. 'octogesimo, regni sui .viii^vo.' Ibi Elgiva uxor Edmundi qui fuit pronepos hujus Elfredi monasterium sanctimonialium fecit, ibidemque carnis exuvias post fatum deposuit. Mulier bonis operibus semper intenta, pietate et dulcedine prædita, ut etiam reos quos tristis sententia judicum palam dampnaverat, ipsa occulte redimeret. Pretiosus amictus, qui mulieribus nonnullis est leno solvendi pudoris, illi erat supellex munificentiæ, ut quamlibet caram vestem conspecto statim largiretur pauperi. Speciem corporis et artifitium manuum in ea

Founded by Elfred, A.D. 880, as testified by an old stone monument.

Elgiva, the wife of Edmund, founds a convent there.

Her benevolence.

---

[1] *urbs*] ubrs, A.

[2] *insculptus ita*] B. C. D. E.; ita insculptus, A.

livor quoque laudaret, cum nihil reprehendere posset. De prophetali gratia quam ei Deus affuderat[1] alias dictum est. Et vivens quidem virtutum fecit opera, sed post mortem micuerunt miracula, sicut rithmice quondam cecini.

Religious Houses.

Her gift of prophecy, and miracles after her death.

Verses by our author upon her miraculous powers.

'Nam nonnullis passa annis morborum molestiam,
'Defecatam et excoctam Deo dedit animam.
'Functas ergo vitæ fato beatas exuvias
'Infinitis clemens signis illustrabat Deitas.
'Inops visus et auditus si adorant tumulum,
'Sanitati restituti probant sanctæ meritum.
'Rectum gressum refert domum qui accessit loripes,
'Mente captus redit sanus, boni sensus locuples.'

Eo loci jacet vel potius jacuit Sanctus Eduardus, hujus sanctæ ex filio Edgaro nepos, quem, novercali fraude innocenter cesum, celum excepit. Et prima quidem sepultura illi apud Werham fuit, quod non longe a loco in quo occisus fuit,[2] qui Corf vocatur, imminet mari. Jacuit ergo ibi triennio, invidentibus inimicis mortuo cespitem ecclesiasticum cui vivo inviderant decus regium. Sed affuit divina potentia qui insontem signorum levaret gloria. Ibi ostensa de celo lumina, ibi claudus gressum composuit, ibi mutus organum resumpsit, ibi prorsus omnis invalitudo sanitati locum fecit. Sparsus rumor per Angliam martiris prædicabat merita. Quo excita interfectrix illuc iter adoriebatur; sed animal familiare quo sedere consueverat, ante ventis pernitius, quod auras ipsas, ut dici solet, præcurreret, tunc nutu Dei stabat immobile; flagris ministrorum instantibus cassus labor consumitur, mutatoque jumento casus idem sequitur. Intellexit tarde licet brutum pectus quo portentum illud respiceret; ideo quod per se non potuit per alium fieri consensit, ut sacræ reliquiæ de ignobili tumulo levatæ Sceftoniam

St. Edward her grandson formerly buried there.

His first burial place at Wareham near Corfe, where he was killed.

Miracles at his grave.

Miraculous journey of his murderous stepmother to his grave.

His remains removed to Shaftesbury.

---

[1] *affuderat*] A. D. E.; infuderat, B. C.

[2] *fuit*] interlined in A.

Religious Houses.

And afterwards a portion of them to Leominster and a portion to Abingdon.

Shaftesbury generally called St. Edward's after him.

Miraculous appearance of his lungs.

cum magna deferrentur gloria. Posteriori vero tempore, pars corporis Lesmonasterium[1] pars Abendoniam deportata est. Ubique ipse viget maximeque Sceftoniæ et virtutum gratia et sacratissimo virginum choro coruscat, locusque ille ab eo cognomen sortitus, vulgo per metonomiam[2] ad Sanctum Eduardum dicitur. Miraculo sane ostentatur pulmo, toto dudum consumpto corpore, adhuc integra viriditate palpitans. Sed quia pene omne miraculum reprehensioni patet, quidam illud sinistra interpretatione distorquent, merito pulmonem incorruptum, qui, teste Suetonio, si sit veneno tinctus, putredine sed nec igne confici nequeat.[3] Constat enim inter bibendum sica foratum, voluntque virus siticuloso propinatum, ferroque vim veneni præventam. At ego, diligentius re animadversa, mendatium intelligo, quod tam cito venenum vitalia penetrare nequiverit, præsertim cum Suuetonius non hoc de pulmone sed de corde dixerit. Sit ergo cæleste miraculum quod nullius hominis tergiversationi possit esse obnoxium.

De Wiltun.

The religious houses of Wiltshire.

Malmesbury for men, Wilton and Amesbury for women.

That at Amesbury, and one at Wherwell, founded by by Elfritha the murderess of St. Edward.

St. Melorius buried there

Edgitha, the daughter of king Edgar, favours the monastery of Wilton.

§ 87. In Wiltensi pago sunt cenobia, Malmesberiæ virorum, Wiltoniæ et Ambresberiæ feminarum. De Malmesberiensi alias loqui sedit animo; de Ambresberiensi nichil aliud notitiam nostram attigit nisi quod ab Elfriða Sancti Eduardi interfectrice et illud et Warewellense facta sint[4] causa penitentiæ. Jacet ibi Sanctus Melorius, cujus prosapiæ cujusve sanctimoniæ incertum mihi. Uiltunense cenobium beata Edigtha[5] filia regis Edgari sedem ossuum suorum dulcibus exuviis ornat, amore fovet. Uuiltuna est vicus non exiguus, [f. 54, b.]

---

[1] *Lesmonasterium*] A. D. E.; Lefmonasterium, B. C.

[2] *metonomiam*] MSS.

[3] *nequeat*] Cf. Sueton., De Duodecim Cæsaribus, b. iv. c. 1.

[4] *sint*] A. B.; sunt, C. D. E.

[5] *Edigtha*] A. B.; Edgitha, C.; Editha, D.; Egditha, E.

supra Wile fluvium positus, tantæ celebritatis ut totus pagus ab eo vocetur. Ibi ab infantia Edgitha Deo sacrata, incorrupta virginitate Deum, obsequiorum sedulitate hominum gratiam emebat, natalium tumorem ingenuitate mentis premens. Unum a majoribus accepi, quo non mediocriter juditium offendebat hominum, fallens videlicet oculos eorum apparatu auratarum vestium. Siquidem cultioribus indumentis ornata procederet quam illius professionis sanctitudo exposceret. Unde a Sancto Adelwoldo palam increpata, respondisse fertur nec inepte nec infacete: 'Verax,' inquit, 'et irre-'fragabile juditium Dei sola mortalium operitur consci-'entia, nam et in sordibus luctuosis, ut Augustinus ait, 'potest esse jactantia. Quocirca puto quod tam incor-'rupta mens potest esse sub istis auratis vestibus quam 'sub tuis discissis pellibus.' Viderat eam Sanctus Dunstanus in consecratione basilicæ beati Dionisii, quam illa in amorem martiris edificaverat, pollicem frequenter dextrum protendere, et signum crucis fronti e regione pingere. Delectatusque admodum: 'Numquam,' ait, 'putrescat hic digitus.' Continuoque intra[1] missarum genda prorupit in lacrimas, lacrimas adeo profluas ut singultiente voce diaconum prope astantem concuteret. Causam quæsitus: 'Cito,' inquit, 'hæc florida rosa mar-'cescet, cito avis Deo dilecta evolabit, post .vi. ab hoc 'die septimanas.' Consecuta est e vestigio rerum veritas pontificale vaticinium. Namque illa nobilis propositi tenax, prædicta die citra juventæ terminum efflavit, cum esset annorum .xx^ti^iii^um^. Nec multo post idem beatus vidit somnii visione Sanctum Dionisium virginem amicabiliter manu tenentem, et ex oraculo divino jubentem ut a famulis honorificaretur in terris, sicut a sponso et Domino venerabatur in cælis. Ita, crebrescentibus ad tumbam miraculis, edictum ut efferretur virginis corpus. Inventumque totum in cineres solu-

Religious Houses.

Position of Wilton.

Edgitha dedicated to God there.

She is reproved by Adelwold for her costly apparel.

Her answer.

She is seen by St. Dunstan making the sign of the cross.

His prophecy of her death.

She dies aged 23

St. Dunstan's vision of her.

Miraculous appearance of her corpse.

[1] *intra*] A. D. E.; infra, B. C.

Religious Houses.

tum, præter digitum et alvum et alvo subjecta. Unde Sancto dubitanti, virgo ipsa per visum astitit, dicens: 'Non mirum esse si partes illæ corporis putruerint, 'quod usus habeat exanimata corpora in quosdam 'archanos naturæ sinus defluere, et ipsa utpote puella 'membris illis peccaverit. Ceterum ventrem nulla 'corrumpi juste putredine, qui nulla umquam aculeatus 'sit libidine; immunem se fuisse crapulæ et carnalis 'copulæ.' Hujus fuit frater Egelredus rex, ad exterminium Angliæ pene propter inertiam suam natus. Cui successit Cnuto, natione Danus, vir efficax, sed qui pro gentilitiis[1] inimicitiis sanctos Anglos non diligeret. Qua consuetudine contumatior, cum quadam Pentecoste apud Wiltunam esset, in ipsam virginem sollennes cachinnos effudit: 'Nunquam se crediturum filiam regis 'Edgari sanctam esse, qui vitiis deditus maximeque 'libidinis servus in subjectos propior tiranno fuisset.' Hæc dum ille, stomacho suo serviens, cruditate ructaret barbarica, contradicebat Ednodus archiepiscopus qui aderat. Cnuto concitatior aperiri sepulchrum jubet, visurus quid sancti mortua virgo afferret. Effracto ergo mausoleo, defuncta,[2] oppanso ante fatiem velo, cingulotenus assurgere, et in contumacem regem impetum facere visa. Hoc ille metu turbatus, longe reducto capite debilitatoque rigore genuum, lapsus humo concidit. Ruina corpus attrivit, adeo ut intercepto diutius anhelitu exanimis putaretur. Sed, redeunte paulatim vigore, letum erubuit, quod, quamvis severe castigatus, penitentiæ reservatus sit. Habetur ergo in plurimis locis Angliæ festum ejus venerabile, quod nemo impune temerare præsumat. Jacet in eadem ecclesia mater ejus Wlfrid, quam, non sanctimonialem sicut opinio vulgaris delirat, sed subito timore regis suo tantum consilio velatam,

King Egelred (Æthelred II.), her brother, remarkably slothful.

Cnut succeeds him [A.D. 1016].

His profanity at Wilton.

He orders Edgitha's grave to be opened.

Sufferings of the king upon her appearance to him.

His repentance.

Edgitha regarded as a saint.

Her mother Wlfrid buried at Wilton.

---

[1] *gentilitiis*] originally gentilicitiis, but the ci crossed through, A.

[2] *defuncta*] B. C. D. E.; originally virgo defuncta, but virgo crossed through, A.

constat, abrepto velo, regio cubili subactam. Unde ille, quod feminam attigisset, quæ vel umbratice sanctimonialis fuisset, a Sancto Dunstanno redargutus, septennem exegit penitentiam. Illa quoque, partu explicito, voluptati frequentandæ non inhesit, sed doluit potius et sprevit, sanctaque pro vero asseritur, et celebratur.

Religious Houses.

The king's crime with her reproved by Dunstan.

His seven years' penance.

De Abbendonia.

§ 88. In Berrukensi pago sunt monasteria duo, Abbendoniense et Radingense, virorum utrumque.[1] Abendoniæ cenobium fundaverunt Cissa pater Inæ, mox ipse Ina rex Occidentalium Saxonum, multique ab origine reges. Sed Elfredi tempore regis, cum barbarica ubique Dani discursarent petulantia, edifitia loci ad solum complanata. Tum rex, malorum præventus consiliis, terras, quæcunque appendices essent, in suos suorumque usus redegit. At vero rex Edredus Elfredi nepos,[2] loci miseratus solitudinem, simulque avi[3] animæ consulens, cuncta restituit ablata, per manum Athelwoldi quem ibi abbatem posuerat. Tantumque amoris [f. 55, a. assumpsit in ecclesiam, ut per se loca edifitiorum metaretur et fundamenta jactaret, meditans inibi celeberrimæ famæ monasterium construere. Fecissetque voluntati satis, si non eum fata de medio præpropere repulissent. Institit tamen Athelwoldus ceptis, sed antequam summam manum rebus imponeret ad episcopatum Wintoniæ ab Edgaro prædicandæ memoriæ rege raptus est. Complevit magistri molimina Ordgarus, ab eo in abbatiam substitutus, ditatusque est locus et immane quantum exaltatus, successoribus semper aliquid recens molientibus quo antecessoribus non impares

Two monasteries in Berkshire, Abingdon and Reading.

Abingdon founded by Cissa and his son Ina, king of the West Saxons.

It is razed to the ground in the time of king Elfred,

and its lands confiscated.

Elfred's grandson Edred restores them to it.

His death prevents his reconstruction of it.

Athelwold continues Edred's work.

But being made bishop of Winchester leaves it unfinished.

His pupil abbot Ordgar finishes it.

---

[1] *virorum utrumque*] B. C. D.; interlined in A.; virorum uterque, E.

[2] *nepos*] D. E.; originally pronepos, but pro– crossed through, in A.; pronepos, B. C.

[3] *avi*] E.; originally proavi, but pro– crossed through, in A.; proavi, B. C.; et avi, D.

Religious Houses.

Faricius, abbot in the author's time, a great benefactor to it.

estimarentur. Emicuit præcipue nostris temporibus abbas Faritius in meliorandis rebus, Tuscus genus, arte medicus,[1] civis Aretinus, noster profecto[2] monachus. Cujus laudes effigiare quia successit animo, non quod ipse comminiscar sed sodalis mei Petri monachi versus apponam, quibus et laudabilis abbatis virtus enitescet, et, si quis hæc lectione dignabitur, versificatoris inprimis egregii leporem animadvertet. Erit ergo hic experimentum ejus eloquentiæ duntaxat exiguum, ceterum ipse alias in pluribus assecutus est famam altioris gloriæ.

Verses of Peter, monk of Malmesbury, in his praise.

'Vir probus et prudens, vir vere consiliorum,
'Extera ditavit, curavit et intima morum.
'Omnibus instructus quos tradit littera fructus,
'Ad decus ecclesiæ vertit momenta[3] sophiæ.
'Omnibus imbutus quas monstrat phisica leges,
'Ipsos demeruit medicandi munere reges.
'Reges et proceres subici parere videres,
'Illius ad nutum credentes vivere tutum.
'Hinc animos illi favor Aulicus hactenus auxit,[4]
'Ut de jure suo certare potentibus ausit.
'Quos adeo fregit, quos ad tantilla redegit,
'Ut sibi subjectos dominos premeret dominator.
'Fallo nisi Giffard flexit sua colla cucullo,
'Ingenuos inter non exequatus ab ullo.[5]
'Hinc amissa diu revocavit sub ditionem,
'Hinc infrendentem sibi reppulit ambitionem.
'Quid turbam memorem procerum, populumque minorem?

William Giffard, bishop of Winchester.

---

[1] *arte medicus*] B. C. D. E.; interlined, A.

[2] *noster profecto*] C. D. E.; noster profecto noster, A., but with a mark of intended alteration; noster noster profecto, B.

[3] *momenta*] A. D. E.; monimenta, B. C.

[4] *auxit*] A. B. C.; hausit, D. E.

[5] *ab ullo*] D. E. Between the lines Ingenuos, &c., and Hinc amissa, &c., there is an erasure of two lines in A.; they are found in B. C.

"Huic uni cessit Giffard qui "cetera pressit,
"Ille potens, magnus juris le-"gumque tirannus."

Religious Houses.

'Quotquot pulsavit de jure suo, superavit.
'Ex his fama viro, de fama gloria crevit,
'Ex his ecclesiæ mature res adolevit.
'Ille Dei donum memor esse fluenta bonorum,
'Omnem splendorem convertit ad interiorem,
'Addita prædia, pallia regia, munera, vestes,
'Vascula ditia, picta tapetia, sunt mihi testes.
'Fulgurat aurea per laquearia pompa decoris,
'Crusta metallica, gemmea fabrica, plena stuporis.
'Nec tamen ad votum suffecit vita beatum,
'Rupit utrumque simul raro tam flebile fatum.'

De Radingis.

An old nunnery at Reading restored, as a monastery, by king Henry, who joins to it the decayed monasteries of Leominster and Cholsey,

§ 89. Radingis[1] fuit quondam cenobium sanctimonialium, sed jam multis annis abolitum. Illud rex Henricus pro indicta sibi penitentia restaurare intendens, duo alia[2] olim diruta monasteria Lefminstre et Celsi adjunxit; constituitque illud inter duo flumina Kenetum et Tamensem, in honore matris Domini et Johannis evangelistæ, loco ubi ad populosiores urbes Angliæ omnium pene itinerantium posset esse diversorium. Posuitque ibi monachos Cluniacenses, præclarum sanctitatis exemplum, hospitalitatis indefessæ inditium. De corporibus sanctorum in his duobus monasteriis requiescentium nichil attinet dicere, cum aliunde illuc advecta, peregrinos incolatus exerceant, et jam olim scriptorum prædicata præconio, de nostro non necesse habeant suspirare silentio.

Settles Cluniac monks there.

De episcopis Wellensibus.

Wells in Somersetshire the third West-Saxon bishopric.

§ 90. Tertius episcopatus Westsaxonum fuit apud Wellas, villam in Sumersetensi pago pro copia fonticulorum ibi ebullientium ita dictam. Ibi a tempore regis

---

[1] *Radingis*] Cf. Gesta Regum, lib. v. § 413.

[2] *alia*] A. B. C.; omitted, D. E.

Bishops of Wells.

Names of its bishops from Athelm to Giso.

Eduardi senioris usque ad tempus Willelmi junioris hi fuerunt episcopi. Athelmus, Wlfelmus, ambo Cantuarienses postea archiepiscopi, Elfeh, Wlfelm, Brihtelm, Kineward, Sigar, Elwine, Livingus qui et Elstan, postea, tempore regis Egelredi, post sanctissimum Elfegum Cantuariensis archiepiscopus, Ethelwinus abbas de Evesham postea ejectus, Brihtwinus, Elwinus iterum reversus et Brihtuuinus ejectus, itemque, Ethelwino ejecto, Brihtuinus reversus, Merewit qui et Brihtuui, Dudeca, Giso, natione Lotharingus, tempore regis Eduardi et Willelmi magni. Omnes hi sedes suas Wellis habuerunt, in ecclesia Sancti Andreæ. Cum vero eis successisset Johannes, natione Turonicus, professione medicus, qui non minimum quæstum illo conflaverat artifitio, minoris gloriæ putans si in villa resideret inglorius, transferre thronum in Bathoniam animo intendit. Sed cum id inaniter, vivente Willelmo patre,[1] cogitasset, tempore Willelmi filii effecit.[2] Nec eo contentus, totam etiam civitatem in suos et successorum usus transtulit, ab Henrico rege quingentis libris argenti mercatus urbem, in qua balnearum calidarum latex emergens auctorem Julium Cesarem habuisse creditur. Salubres sunt aquæ illæ lavantibus, sed odore sulfuris primo advenientibus graves, donec consuetudo sensus horrorem compescat. Ibi rex Offa monasterium posuerat, et Edgarus, sicut pleraque alia, more suo auxerat, delectatus, loci magnificentia, et quod ibi coronam regni susceperat.[3] Hanc ergo abbatiam Johannes a rege non gravate obtinuit.[4]

Their seat was at Wells, in the church of St. Andrews.

John of Tours, a physician, bishop.

He migrates to Bath in the time of William II.,

and buys the city from king Henry.

The beneficial nature of its hot springs upon invalids.

A monastery built there by Offa, and enlarged by Edgar.

The king appoints John abbot.

---

[1] *Willelmo patre*] Willelmo patre seniore, A.; Willelmo seniore, B. C.; Willelmo seniore, with patre interlined, E.; Willelmo patre seniore, D.

[2] *effecit*] D. E.; after effecit there is a blank erasure of a line in A.; effecit, cum omnia essent venalia in curia sacrum officium nummis nundinatus. B. C.

[3] *susceperat*] A. D. E.; susciperet, B. C.

[4] *obtinuit . . . Obiit grandevus*] D. E. The greater part of the passage indicated between these words is written over erasures, A.

[f. 55, b.] Primoque aliquantum dure in monachos agebat,[1] quod essent hebetes et ejus estimatione barbari, et omnes[2] terras, victualium ministras, auferens, pauculumque victum per laicos suos exiliter inferens. Sed, procedentibus annis, factis[3] novis monachis mitius se agere, aliquantulum terrarum, quo se hospitesque suas[4] quoquomodo sustentarent, priori indulgens.[5] Multa ibi nobiliter per eum incepta et consummata in ornamentis et libris, maximeque monachorum congregatione, qui sunt scientia litterarum et sedulitate offitiorum juxta prædicabiles. Erat medicus[6] probatissimus, non[7] scientia sed usu, ut fama, nescio an vera, dispersit.[8] Litteratorum[9] contubernio gaudens, ut eorum societate aliquid sibi laudis ascisceret;[10] salsioris tamen in obloquentes dicacitatis quam gradus[11] ejus interesse deberet. Valitudinis bonæ, dapsilis cum in se tum in alios.[12] Obiit grandevus, qui nec etiam moriens emolliri potuit, ut plena manu monachorum terras redderet, successoribus suis non imitandum prebens exemplum. Sepultus est in ecclesia Sancti Petri, quam a fundamentis erexerat, magno et

Bishop[illegible]

His behaviour to the monks.

His ability as a physician, and love of literature.

He dies at an advanced age. [Dec. 29, 1122.]

He is buried in St. Peter's church, which he had built.

---

[1] *Primoque aliquantum dure in monachos agebat*] A. D. E.; et quod omnia, ut dixi, in curia venum agebantur, et aviditatem tegebat ratio, ut urbs tam insignis nomen celebrius acciperet ex episcopio, itaque primo in monachos tirannidem exercere, B. C.

[2] *et omnes*] A. D. E.; omnes, B. C.

[3] *factis*] A. B. C.; factus, E.; factus novus, D.

[4] *suas*] A. E.; suos, B. C. D.

[5] *indulgens*] D. E.; after indulgens there is a blank erasure of half a line, A.; Et quamvis pene in omnibus insulsi animi et instabilis esset, B. C.

[6] *Erat medicus*] A. D. E.; Erat pene nullius in dicendo facultatis, adeo ut audientibus pro puerilibus ineptiis ridiculo esset. Medicus, B. C.

[7] *non*] after non there is a blank erasure of a line, A.

[8] *dispersit*] Cf. the account given by our author of this bishop in the Gesta Regum, lib. iv. § 340.

[9] *ut fama, nescio an vera, dispersit. Litteratorum*] A. (written upon an erasure), D. E.; Quippe fere litterarum expers, sed tamen litteratorum, B. C.

[10] *laudis ascisceret*] A. E.; adscisceret, B.; ascisseret, C.; ascissceret, D.

[11] *gradus*] A. D. E.; fatuitatis, B. C.

[12] *alios*] D. E.; after alios a blank erasure of half a line, A.; alios, et meri maxime bibulus, B. C.

Religious Houses.

Three abbeys in Somersetshire, Glastonbury, Athelney, and Michelney.

elaborato parietum ambitu.[1] Cessit enim Andreas Simoni, frater fratri, minor majori. Omnis tractus episcopatus illius in solo Sumersetensi pago jacet, habetque .iii. abbatias virorum,[2] Glastoniensem, Adelingensem, Micclaniensem.

De Glestonia.

The position of Glastonbury.

Ina builds and endows the first monastery there.

Its splendour up to the time of the Danish incursion.

Its mutilation by the invaders, and restoration by Dunstan.

King Edmund makes it more magnificent than ever.

Its library.

It again falls into decay after the coming of the Normans.

§ 91. Glastonia est villa in quodam recessu palustri posita, quæ, tamen et equo et pede aditur, nec situ nec amenitate delectabilis. Ibi primus rex Ina consilio beatissimi Aldelmi[3] monasterium edificavit, multa illuc[4] prædia, quæ hodieque[5] nominantur, largitus.[6] Et, varia quidem vicissitudine temporum sed indefitientibus successionibus, congregatione monachorum splenduit locus, usque ad Danorum sub Elfredo rege adventum. Tunc enim, ut cetera, desolatus, aliquantis annis notos desideravit incolas. Porro, quicquid turbo bellorum obtriverat, reparavit egregie Dunstanus, qui prius eo loci vitam solitariam monachus[7] actitarat. Postmodum vero liberalitate regis Edmundi omnia quondam appenditia, et iis[8] multo plura, nactus, abbatiam composuit qualis nusquam in Anglia sit fueritve; tanta est diffusio et oportunitas fundorum, tanta librorum pulchritudo et antiquitas exuberat. Ceterum, nescio quo infortunio, semper post adventum Normannorum pessimis infracta rectoribus,[9] nec in novis edifitiis, nec[10] inhabita-

---

[1] *ambitu*] A. D. E.; impetu, B. C.

[2] *virorum*] D.; interlined, A. B. E.; omitted, C.

[3] *beatissimi Aldelmi*] A. D. E.; Aldelmi, B. C.

[4] *illuc*] C. D. E.; illuc ibi, A. B.

[5] *hodieque*] A. D. E.; hodie, B. C.

[6] *largitus*] The sentence Sepultus est . . . majori originally followed that concluding largitus, its proper position being indicated by a mark (⊗) in A.

[7] *monachus*] A. D. E.; modo, B.; omitted, C.

[8] *iis*] A. D. E.; his, B. C.

[9] *infracta rectoribus*] infracta rect laboribus, A.; est infracta laboribus, B. C.; infracta est laboribus, D. E.

[10] *nec*] nec nec, A.

torum compendiis profecit. Abbates, rerum gloria elati, non religiosos sed tirannos agunt, foris tumidi sed invalidi, intus crudeles et incommodi. Ad quod probandum Turstini solius suffitiet factum. Qui, dono regis Willelmi patris ejus monasterii factus abbas, terras et pecunias in lecatorum suorum abusus consumpsit. A monachis severe ordinem exigere, sed inter hæc eos in victualibus miserabiliter tractare. Hinc lites verborum, animorum discordiæ, quia, ut Lucanus ait:

Abbey of Glastonbury.

Bad character of its abbots.

Anecdote of abbot Turstin to prove this.

A riot among the monks in consequence of his conduct.

——'Nescit plebes[1] jejuna timere.'[2]

Post jurgia ventum ad arma, coactique a militibus monachi in ecclesiam, sancto altari miserias applorabant suas. Sed, irrumpentibus militibus, duo ex eis ibidem cesi, .xiiii^or^. vulnerati, ceteri repulsi. Nam et furor insanientium, dum eminus monachos impetit, crucifixum sagittis inhorrere fecerat. Hujus criminis noxa[3] tota vita regis infamatus abbas exilio apud Cadomum deportatus est; eoque defuncto, pro redemptione peccati auxiliaribus annumerata pecunia honori restitutus est. Impudens et infamis, qui, tanti sacrilegii conscius, ausus sit iterum loco quem violaverat intrudi. Jacet ibi Patritius, si credere dignum, natione Britto, beati Germani Autisiodorensis discipulus, quem, a papa Celestino ordinatum episcopum, Hiberniensibus misit apostolum. Qui, cum multis annis[4] in conversione illius gentis suo agente labore, Dei gratia cooperante, non nichil promovisset, tandem annosæ peregrinationis tedio simul et vicino senio ammonitus, patriam redeundum ratus, ibi diem clausit. Subsecuti sunt magistrum Indrahtus Hibernensis[5] regis filius, cujus indole nichil dultius, nichil sanctius, et vii. comites illius terræ spectabiles. Quos ibidem irruentibus

Two soldiers killed in suppressing it.

Turstin banished by the king in consequence,

but is restored upon payment of a fine.

St. Patrick buried at Glastonbury.

His mission to Ireland.

And death. [A.D. 472.]

Indraht son of the king of Ireland and seven others carry on his mission.

They are martyred.

---

[1] *plebes*] A. E.; plebs, B. C. D.

[2] Phars. iii. 58.

[3] *noxa*] A. D. E.; nota, B. C.

[4] *annis*] annnis, A.

[5] *Hibernensis*] A. D. E.; Hiberniensis, B. C.

Abbey of Glastonbury.

Many other saints buried at Glastonbury.

latrunculis cesos in martiras[1] credula consecravit antiquitas. Quid porro de ceteris sanctis ibi requiescentibus,[2] sermo[3] exilis majestate rerum comminiscetur dignum? Multos illuc rex Edmundus misit in expeditione aquilonali compertos et de terra levatos, inter quos Hildam abbatissam cenobii quod olim Streneshalh[4] nunc Witebi nuncupatur, tunc sanctimonialium modo monachorum. Cujus quanti penderit merita, verax historicus Beda promptum faciet historia. Celfrithum[5] abbatem Wirensis cenobii, de quo idem Beda proprium [f. 56, a.] texuit librum. Eum in extrema ætate, dum Romam tenderet, apud Lingonis[6] morte præoccupatum et sepultum, sed postmodum constat relatum. Partem ossuum Aidani Lindisfarnensis antistitis primi. Nam quod[7] partem Colmanus Scottiam eodem historiographo teste asportaverit[8] notius est quam ut dubitari debeat. Predicatur ibi Benignus confessor, qui non longe hinc[9] anachorita fuerit, præcluisque miraculis vicinos monachos ad sui venerationem et translationem excitaverit. Sepulti sunt[10] in eo cenobio reges Edmundus, de quo superius dixi, loci instaurator, et Edgarus filius ejus, qui, paternæ memoriæ non ingratus, donis genitoris amplissimarum possessionum adjecit cumulum.

Among them Hilda abbess of Streneshalh, now Whitby.

And Celfrith abbot of Wearmouth.

Also some of the bones of Aidan first bishop of Lindisfarne.

The others taken to Scotland by Colman.

St. Benignus.

King Edmund and his son Edgar buried there.

---

[1] *martiras*] A.; martires, B. C. D. E.

[2] *ibi requiescentibus*] Cf. Gesta Regum, lib. i. § 50.

[3] *sermo*] A. D. E.; dicam, sermo, B.; dicam, quid sermo, C.

[4] *Streneshalh*] A. E.; Streneshalch, B.; Streneshal, C.; Streneshalli, D.

[5] *Celfrithum*] A. E.; Celfridum, B.; Ceolfridum, C.; Celfritum, D.

[6] *Lingonis*] A. D. E; Lingones, B.; Lingonas, C.

[7] *quod*] interlined, A.

[8] *asportaverit*] originally asportasse, but -sse crossed through, and -verit interlined, A.

[9] *hinc*] interlined, A.

[10] *sunt*] originally sunt ambo, but the latter word crossed through, A.

De Alingei.

§ 92. Adelingea est non maris insula, sed ita stagnorum refusionibus et paludibus inaccessa, ut nullo modo nisi navigio adiri queat. Alnetum in ea permaximum cervos et capreas multasque id generis bestias continet. Terra solida, vix duobus jugeribus lata, monasteriolum et monachorum officinas habet. Ejus constructor fuit rex Elfredus, qui quondam a Danis pulsus provintia tutas illic aliquandiu latebras confoverat. Mox, cum per somnium restitutionis suæ vadem Sanctum Cuthbertum accepisset, ibidem se monasterium constructurum Deo pollicitus est. Fecitque ecclesiam, situ quidem pro angustia spatii modicam, sed novo edificandi modo compactam. Quattuor enim postes solo infixi totam suspendunt machinam, quattuor cancellis opere sperico in circuitu ductis. Sunt ibi monachi pauci numero et pauperes, sed qui egestatem suam quietis et solitudinis amore vel[1] magni pendant vel consolentur; qui laudes patroni sui Sancti Eielwini ferant in astra præconiis, sanctitatem sentiant continuis impensis benefitiis. Illum fratrem regis Westsaxonum Kenwalh[2] fuisse, et generis magnitudinem sanctitatis indole inaltasse, perseverans est opinio. Languoris perpetuo detentum compede nichilo segnius Deo servisse. Bono fine consummatum omnibus se invocantibus præsto ad remedia occurrere.

Monastery of Athelney.

A large alder grove there.

The monastery founded by king Elfred after his expulsion by the Danes,

in consequence of a vow made to that effect.

Its architecture.

The monks there constantly singing the praises of St. Eielwine, said to be the brother of Kenwalh king of the West Saxons.

De Micelenei.[3]

§ 93. Auctor Miceleniensis[4] cenobii, idem qui Mideltunensis, ubi eadem illectus causa, similia contulit et

Michelney abbey.

---

[1] *vel*] interlined, A.

[2] *Kenwalh*] A. E.; Kenwalch, B.; Kenwald, C.; Kenewalh, D.

[3] *De Micelenei*] A.; De Micelnei, B. E.; De cenobio Micelesyensi, C.; De Micelneia, D.

[4] *Miceleniensis*] A. B.; Micelesyensis, C.; Micelneiensis, D. E.

Bishops of Crediton.

villarum et reliquiarum xenia; eoque plus, quod monachi liberius cælestibus possunt excubare secretis, quominus frequentantur hominum conventiculis. Est enim aditu difficilis, permeaturque estate pede vel equo plerumque, hieme nusquam. Sed de hoc satis est, flectendusque sermo, quia hujus provintiæ[1] vocant reliqua.

The difficult nature of its approaches.

De episcopis Cridiensibus.

Of the bishops of Crediton.

§ 94. Seriem ergo Cridiensium pontificum hic sermo evolvet. Cridia est villula Domnoniæ quæ vulgo dicitur Devenescira, .xii^{cim}. milibus ab Exonia. Hic sederunt per ordinem pontifices isti, Edulfus, Ethelgar, Elfwold, Sideman, Alfric, Elfwold, Ednod qui et Wine. Livingus, ex monacho Wintoniensi et abbate Tavistokensi,[2] episcopus Cridiensis, maximæ familiaritatis et potentiæ apud Cnutonem regem habitus est. Cum eo Danemarciæ multo conversatus tempore, in Romano itinere comitatui adhesit; nec minus, explicitis apud Romam negotiis, cum rex pedestri via Danemarkiam contendisset, ille regiarum epistolarum bajulus et mandatorum executor futurus navigio Angliam venit; omnibusque quæ injuncta fuerant sapienter et mirifice ante adventum regis consummatis, eo apud illum gratiæ processit, ut, defuncto avunculo suo Brihtwoldo qui erat Cornubiensis episcopus, ambos arbitratu suo uniret episcopatus. Ambitiosus et protervus, ecclesiasticarum legum tirannus, ut fertur, invictus, qui nichil pensi haberet quominus omni voluntati suæ assisteret. Denique a majoribus accepimus,

Names of its earliest bishops.

Bishop Living very intimate with Cnut.

He accompanies him in his various journeys,

The king unites the sees of Devonshire and Cornwall.

His ambitious character.

---

[1] *provintiæ*] Originally episcopatus, but crossed through, and provintiæ interlined, A.; episcopatus, B. C.; prouintie, written upon an erasure, E.; provincie, D.

[2] *et abbate Tavistokensi*] B.; originally abbas Tavistokensis, but altered into et abbate Tavistokensi, A.; et abbate Tamstokensi, C.; et abbas Tavistoniensis et, D.; et abbas Tauistokensis, E.

Bishops of Crediton.

cum ille spiritum efflaret, tam horrisonum[1] crepitum per totam Angliam auditum, ut ruina et finis totius putaretur orbis. Humatus est Tavistokiæ, quo loci multa et spectabilia[2] contulerat, tantamque sui gratiam apud monachos locaverat, ut hodieque cotidie[3] .xv. graduum psalmos, continuata per successores consuetudine, pro ejus decantent quiete.

His death, and burial at Tavistock. [Mar. 23, 1046.]

Huic tempore regis Eduardi successit Lefricus, apud Lotharingos altus et doctus, qui sedem episcopatus transtulit in civitatem quæ, propter fluvium Exam qui muros lapsu suo allambit, vocatur Execestra. Hanc urbem primus rex Ethelstanus in potestatem Anglorum, effugatis Britonibus, redactam, turribus munivit, muro ex quadratis lapidibus cinxit. Ubi omne adeo abundat mercimonium, ut nichil frustra desideres quod humano usui conducibile judices, licet solum jejunum et squalidum vix steriles avenas et plerumque inanem folliculum sine grano producat. Hic Lefricus, ejectis sanctimonialibus a Sancti Petri monasterio, episcopatum et canonicos statuit, qui contra morem Anglorum ad formam Lotharingorum uno triclinio comederent, uno cubiculo cubitarent. Transmissa est hujuscemodi regula ad posteros, quamvis pro luxu temporum nonnulla jam ex parte deciderit, habentque clerici economum, ab episcopo duntaxat constitutum, qui eis diatim necessaria victui, annuatim amictui commoda suggerat.

Lefric, his successor, transfers the seat of the diocese to Exeter.

The city founded by Ethelstan.

[f. 56, b.]

Its flourishing condition, but barrenness of its soil.

Bishop Lefric expels the nuns from St. Peter's monastery, and establishes himself and his canons there.

Their rules adopted from Lorraine.

Successit Lefrico Osbernus regis Willelmi tempore, natione Normannus, frater Willelmi præcellentissimi comitis, in Anglia sub Eduardo rege liberaliter et domestice conversatus, quippe qui cognationem regiam vicino attingeret gradu. Unde in victualibus et cæteris rebus ad Anglicos mores pronior, parum Normannorum

Osbern succeeds Lefric. [A.D. 1072.]

He adopts English customs in preference to Norman.

[1] *horrisonum*] A. D. E.; horrificum (vel horrisonum in margin), B.; horrificum, C.

[2] *et spectabilia*] Originally spectabilia, but et inserted, A.; spectabilia, B. C. D. E.

[3] *cotidie*] interlined, A.; omitted, B. C. D. E.

Bishops of Exeter.

pompam suspitiebat; consuetudines domini sui regis Eduardi[1] efferens, et cum per alios exhiberentur cum assidentibus manu et gestu aggaudens. Ita pro more antiquorum præsulum veteribus contentus ædificiis, liberalis animo et castus habebatur corpore. Vixit ad quartum annum regis Henrici, imminente senio non paucis annis lumine captus.[2]

He lives till the 4th year of king Henry, although blind.

De Tavistoc.

The monastery of Tavistock founded by Ordgar earl of Devon.

§ 95. Est in Domnonia cenobium monachorum juxta Taui fluvium, quod Tavistoch vocatur, quod per Ordgarum comitem Domnoniensem, patrem Elfdridæ, quæ fuit uxor regis Edgari, surgendi exordium, per Livingum episcopum crescendi accepit auspitium. Locus amenus oportunitate nemorum, captura copiosa piscium. Ecclesiæ congruente fabrica, fluvialibus rivis per officinas monachorum decurrentibus, qui, suo impetu effusi, quicquid invenerint superfluum portant in exitum. Rumonus ibi Sanctus prædicatur et jacet episcopus, pulchritudine decoratus scrinii, ubi nulla scriptorum fides assistit opinioni. Quod non solum ibi sed et in multis locis Angliæ invenies, violentia credo hostilitatis abolitam omnem gestorum notitiam, nuda tantum sanctorum nomina, et si[3] quæ modo prætendunt miracula tantum[4] sciri.

Its situation.

St. Rumonus buried there.

---

[1] *Eduardi*] B. C. D. E.; interlined, A.

[2] *captus*] D. E. After this word there is a blank erasure of six lines in A.; captus. Quare a quodam "Willelmo qui post ei successit, "ferebatur fama in vulgus prolata "non debere esse episcopum qui "careret sereno oculorum lumine. "Aditiebantur et minæ, ut, si "nollet sponte cedere, proturba-"retur invitus. Sed cum dictorum "turbulentia pro generis et ætatis "ejus reverentia caruisset effectu, "placido ille fine defecit, et alter "subrogatus est. Nec multo post "ambitionis tulit precium; oculo-"rum visu et incolumis cetera et "viridis ætatis omnino privatus." B. C.

[3] *et si*] B. D. E.; the letter s inserted before et in a darker ink, A.; et, C.

[4] *tantum*] interlined, A.; omitted, B. D. E.; posse, C.

Monastery of Tavistock.

There also are the tombs of earl Ordgar and of his giant son Edulf.

Anecdotes of his amazing strength near Exeter,

Cernitur in eodem monasterio sepulchrum Ordgari, spectaculoque ducitur enormitas mausolei filii ejus. Edulfus is vocatus est, giganteæ molis et immanis roboris, sicut breviter demonstrare incidit animo. Viam agebat cum Eduardo rege, cujus erat cognatus, Exoniam versus. Itaque, cum juxta portam equis desiluissent, offenderunt introitum,[1] forinsecus repagulis, intus seris dampnatum. Et forte janitor, quem latuisset eorum adventus, nam domestico adequitaverant otio, longe discesserat. Tum Edulfus ambabus manibus arripiens repagula,[2] parvo, ut videbatur, conamine dejecit in frusta, partem etiam muri pariter evellens. Semelque calefactus et sevum infrendens, secundo virtutis periculum dedit. Nam pedis impulsu valvas debilitans, biforem reclusit cardinem, adeo ut et materiam elideret. Ceteris laudantibus, rex, factum joculariter attenuans, diabolicæ fortitudini non humanæ virtuti attribuit.

and at Horton in Dorsetshire,

Est præterea in Dorseta nemus juxta Hortunam quæ, modo destructa, tunc ejus liberalitate inter abbatias numerabatur. Ibi mirandæ fortitudinis dabat spectaculum, si quando remissis curis advocaretur[3] in otium. Rivulus juxta saltum venationis feracem labitur, ab una ripa in alteram x. pedum spatio. Ille divaricatis pedibus utramque[4] continuabat, parvoque cultro[5] ferarum ad se actarum capita, lenibus et pene irritis ictibus decutiebat in amnem. Sed enim tantus talisque adhuc ætatis calore præfervidus cessit morti, jussitque se apud Hortonam[6] sepeliri. Veruntamen, quia secum quædam ecclesiæ danda demandaverat,

where he dies and wishes to be buried.

[1] *introitum*] B. C. D. E.; originally fores, but afterwards crossed through, and introitum interlined, A.

[2] *repagula*] B. C. D. E.; interlined, A.

[3] *advocaretur*] A. D. E.; revocaretur, B. C.

[4] *utramque*] A. D. E.; utrumque, B. C.

[5] *cultro*] A. D. E.; cultus, B. C.

[6] *Hortonam*] A. E.; Hortunam, B. C. D.

Bishops of Cornwall.

The seat of the bishopric at St. Petroc's.

Its geographical position.

prævenit abbatis Sihtritii[1] violentia, datorem et data pariter transferens in sua. Sihtritius postea sub rege Willelmo piraticam aggressus, religionem polluit, ecclesiam infamavit. Cornubiensium sane pontificum succiduum ordinem nec scio nec appono, nisi quod apud Sanctum Petrocum confessorem fuerit episcopatus sedes. [f. 57, a.] Locus est apud[2] aquilonales Britones,[3] supra mare, juxta flumen quod dicitur Hegelmuðe.[4] Quidam dicunt fuisse ad Sanctum Germanum, juxta flumen Liner,[5] supra mare in australi parte.

De episcopis Selesiensibus.[6]

Bishops of Selsey.

Of the South Saxon bishoprics and boundaries.

After the overthrow of king Edelwalk the province subject to the West Saxons.

Edelwalk makes Wilfrid bishop of Selsey.

§ 96. Percensitis omnibus episcopatibus Westsaxoniæ, ad Australium Saxonum episcopos ordo narrandi dirigitur. Provintia illa collimitatur ab una parte Westsaxonibus, ab altera Cantuaritis, Occidentalium regum ditioni semper subjecta cum regulis, postquam Cedwalla[7] regem eorum Edelwalk bello fudit. Is Edelwalk, suadente rege Wlferio, baptizatus in Mertia, beatissimum Wilfridum a sede sua exulantem,[8] benigno dignatus hospitio,[9] episcopatus etiam sede extulerat[10] loco qui

---

[1] *Sihtritii*] A.; Sihtricii, B.; Sycthricii, C.; Sihctricii, D.; Sihctritii, E.

[2] *apud*] apud juxta, A.; apud, B. C.; juxta, D.; apud juxta, E.

[3] *Britones*] A. C. E.; Brittones, B. D.

[4] *Hegelmuðe*] A.; Hegelmudem, B.; Hegelmunden, C.; Hegelnuthe, D.; Hegelmiðe, E.

[5] *Liner*] A. D. E.; Liuer, B.; Lyuer, C.

[6] *Selesiensibus*] A. D.; Selesigensibus, B.; De episcopis Seleseye vel Cicestre, C.; Solosensibus, E.

[7] *Cedwalla*] A. D.; Cedualla, B.; Cedwallam, C.; Cedwalda, E.

[8] *a sede sua exulantem*] viz., from his see of York and Hexham. Beda, Hist. Eccl., lib. iv., c. 12.

[9] *hospitio*] A. B.; *obsequio*, with *hospitis* above it, E.; hospicio, C. D.

[10] *sede extulerat*] D. Originally sedē concesserat, but conces– crossed through, and extul– interlined, A.; sedem concesserat, B. C.; concesserat, underlined and extulerat above it, E.

Selesige dicitur, nec nisi uno introitu potest adiri, mari undique circumgiratus. Veruntamen, rege, ut dixi, occiso, et Wilfrido, qui ibidem monasterium edificaverat, domum, reddita pace, regresso, multis annis episcopatus vacavit, spectabatque interim pontificatus amministratio ad Wintoniensem antistitem. Postmodum vero a Nothelmo[1] archiepiscopo factus est ibi episcopus Edbriht, cui successit Ella. Eo defuncto, seriem successionis continuaverunt, Sigelm, qui interfuit concilio Cuthberti archiepiscopi, Alubriht, Bosa, Gislhere,[2] Totta, Pehtun, Eþelwlf, Bernegus, quem ordinator suus Pleigmundus archiepiscopus idoneum fuisse pronuntiat, Cenred, Gutheard, Elfred, Eadhelm, Eþelgar, prius abbas Wintoniensis postea Cantuariensis archiepiscopus, Ordbriht, Elmar, Eþelric, Grimkitel, qui, ejectus a sede Orientalium Anglorum quam emerat, etiam hanc pecunia emeruit et obsedit, Heca,[3] Stigandus, non ille qui postea fuit episcopus Wintoniensis et archiepiscopus Cantuariensis. Hic Stigandus, a Willelmo rege ibi factus episcopus, mutavit sedem in Cicestram, diocesis suæ civitatem, prope mare, ubi antiquitus et Sancti Petri monasterium et congregatio fuerat sanctimonialium. Huic successit Willelmus. Willelmoque[4] Radulfus, proceritate corporis insignis, sed et animi efficatia famosus, qui contuitu sacerdotalis offitii[5] Willelmo juniori in fatiem pro Anselmo archiepiscopo, quem immerito exagitabat, restiterit. Cumque ille, conscientia potestatis elatus, minas ingeminaret, nichil alter reveritus baculum protendit, anulum exuit, ut, si vellet, acciperet. Nec

Bishops of Chichester.

The see vacant after the death of Edelwalk and the return home of Wilfrid.

Edbriht made bishop by archbishop Nothelm.

His death, and names of his successors.

Stigand made bishop by king William. [A.D. 1070.]

He changes the seat of the bishopric to Chichester.

Bishop William.

Bishop Ralph succeeds him. [A.D. 1091.]

He stands up against William II. in behalf of Anselm.

And offers to resign his office.

---

[1] *a Nothelmo*] Nothelm was not archbishop of Canterbury until A.D. 735, twenty-six years after Edbriht was consecrated bishop of Selsey.

[2] *Gislhere*] A. E.; Gulhere, B.; Cuthere, C.; Gillere, D.

[3] *Heca*] A. E.; omitted in B. C.; Hecca, D.

[4] *Willelmoque*] A.D.E.; Willelmo q°, B.; Willelmo quoque, C.

[5] *offitii*] A. D. E.; after *offitii* there is a blank erasure of several words in A.; leoni ferocissimo non cesserit, Willelmo dico minori, B.; leoni ferocissimo non cesserit, Willelmo scilicet minori, C.

Bishops of Chichester.

vero vel tunc vel postea austeritatem inflecteret, si assertorem haberet. Sed quia discessu suo spem ejus et ceterorum, si qui boni essent, Anselmus enervavit, et tunc causa decidit et postmodum dampno succubuit. Succedentibus quoque annis religiosam contumatiam mandatis Henrici regis exhibuit, volentis per totam Angliam a presbyteris pecuniam exigere. Id, aliis vel concedentibus vel metu silentium tenentibus, in solo Radulfo rigor pontificalis emolliri nequivit. Per totam siquidem diocesim divina vacare offitia, januas ecclesiarum spinis obstrui præcepit; monachorum cantum non inhibens, sed tantum laicis aditum arcens. Atrocitas facti regem inflexit, ut ei soli quasi mentis inconsideratæ homini censum presbyterorum indulgeret. Veruntamen religio et animositas viri magnam sibi apud regium animum laudem paravit, ut[1] ipsi omnia remitteret. Subinde dictitans pauperem esse episcopatum, ecclesiam incendio absumptam, non debere tributis expilari sed oblationibus augeri. Ita constans innocentia hominem spectabilem fecit, ut rex, qui aliis auferret,[2] ipsi libens et summissus daret. Denique ecclesiam suam, quam a novo fecerat, cum fortuitus ignis, ut dixi, pessumdedisset, liberalitate potissimum regis brevi refecit. Obiit christianissime, omnibus suis in usum pauperum distractis, qui etiam panniculos suos usque ad stramen moriens ante se jusserit erogari. Vir æternam boni memoriam merito adeptus, qui sedem suam ex humili et miserabili ad summum gloriæ culmen evexerit. Clerum, quantum victualia episcopatus sustinere possunt, congregavit; ornamenta omnis generis adjecit, quorum omnium pudendam ante paucitatem taxare piget. Ter omni anno diocesim suam causa

He withstands king Henry in regard to the collection of money from the church.

Incurs the anger of the pope.

The king assists him in rebuilding his church after its destruction by fire.

His death. [Dec. 24, 1123.]

---

[1] *ut*] D. E. After ut is a blank erasure of several words, A.; ut qui alios tributo et placito premeret, B. C.

[2] *qui aliis auferret*] D.; written over an erasure, A.; and on the margin of E.; qui omnibus eriperet, B.; qui omnia omnibus eriperet, C.

prædicandi circuibat,[1] nichil episcopali potestate a provintialibus[2] exigens, sed quæ offerebantur gratulabundus[3] accipiens.[4] Delinquentibus increpando non parcens, etiamsi minus increpatio valeret, ingenuo ludo culpam elidens.

Religious Houses.

His activity in his office during his lifetime.

De Bello.

§ 97. In ejus diocesi sunt duo duntaxat cenobia e novo facta. Sancti Martini de Bello, quod rex Willelmus fundavit et provexit in loco ubi Angliam debellaverat, multá ibi et pretiosa cum vivus tum moriturus[5] delegans. Altare ecclesiæ est in loco ubi Haroldi pro patriæ caritate occisi cadaver exanime inventum est.

Of the monasteries in the diocese of Chichester.

Battle Abbey founded by William I. [A.D. 1067.]

Its altar on the spot where the body of Harold was found.

De Lewes.

§ 98. Sancti Pancratii de Lewes, quod auctore Willelmo comite de Warenna, Lanzo quidam Cluniacensis monachus in supremo religionis cacumine locavit. Efficatiam viri sullimitas prætendit loci, adeo ut veraciter asseratur nullum omnino monasterium pos[s]e illud vincere religione ad monachos, affabilitate ad hospites, karitate ad omnes. Vincit pompam famæ rerum veritas, licet fatiget audientes referentium verbositas. Certe de Lanzone plura loquerer, nisi alias non contempnenda dixissem, simul quia ejus meritum omne transcendit eloquium.

[f. 57, b.]

Cluniac priory of St. Pancras at Lewes founded by William earl of Warren. [A.D. 1077-8.]

Lanzo a deservedly celebrated character.

---

[1] *circuibat*] A. D. E.; circumibat, B.; percircuibat, C.

[2] *provintialibus*] A. B. C.; provincialibus suis, D. E.

[3] *gratulabundus*] Originally gratabundus, but -ul- interlined, A.; gratabundus, B. C. D. E.

[4] *accipiens*] D. E. After this word is a blank erasure of rather more than a line in A.; quod non commemorarem, nisi quod nostro evo miraculo ducitur in episcopis vel prædicandi solertia vel accipiendi temperantia, B. C.

[5] *moriturus*] A.; moriens, B.; moriens, C.; mortuus, D.; morturus, E.

Prologus Libri III.

Archbishops of York.

York ranks next after Canterbury.

Position and early history of the city.

§ 99. Secundæ post Cantuariam dignitatis est Eboracum, urbs ampla et metropolis, elegantiæ Romanæ preferens inditium. A duabus partibus Husæ fluminis edificata includit medio sinu sui naves a Germania et Hibernia venientes. Furori aquilonalium gentium prima semper[1] obnoxia, barbaricos Danorum motus toto tempore quo dominati sunt Angli excepit et ingemuit. Quapropter multis ruinis quassata ultima peste sub Willelmo rege concidit. Qui urbanis iratus quod Danis adventantibus receptui et consultui fuissent, prius inedia mox flamma civitatem confecit. Regionis etiam totius vicos et agros corrumpi, fructus et fruges igne vel aqua labefactari jubet. Ita provintiæ quondam fertilis nervi præda, incendio, sanguine succisi. Humus per .lx^ta^. et eo amplius miliaria omnifariam inculta,[2] nudum omnium solum ad hoc usque tempus. Urbes olim preclaras, turres proceritate sua in cælum minantes, agros lætos pascuis, irriguos fluviis, si quis modo videt peregrinus, ingemit, si quis vetus incola, non agnoscit. In aliquibus tamen parietum ruinis, qui semiruti remansere, videas mira Romanorum artifitia;[3] ut est in Lugubalia civitate triclinium lapideis[4] fornicibus concameratum, quod nulla umquam tempestatum contumelia, quin etiam nec[5] appositis ex industria lignis et succensis, valuit labefactari. Cumbreland vocatur regio, et Cumbri vo-

Its desolate condition under William I.

Some of the Roman work in the walls still remaining; *e.g.* a triclinium at Carlisle.

---

[1] *includit medio sinu sui naves a Germania et Hibernia venientes; furori aquilonalium gentium prima semper*] A. D. E.; includit menia semper, B.; includit menia bellorum tempestati semper, C. The reading in B. is occasioned by the accidental skipping of the line from –dio of medio to pri– of prima in A.; C. follows B., but adds bellorum tempestati to clear the text.

[2] *omnifariam inculta*] A. D. E.; omnifaria incultu, B.; omnifaria olim culta, C.

[3] *artifitia*] A.D.E.; ædificia, B. C.

[4] *lapideis*] lapidibus altered into lapideis, A.; lapidibus, B. C.; lapides, D. E.

[5] *nec*] interlined, A.

Prologue.

cantur homines, scripturaque legitur in fronte triclinii:[1] 'Marii Victoriæ.'[2] Quod quid sit hesito, nisi forte pars Cimbrorum[3] olim his locis insederit cum fuissent a Mario Italia pulsi. Sane tota lingua Nordanimbrorum,[4] et maxime in Eboraco, ita inconditum stridet, ut nichil nos australes intelligere possimus. Quod propter viciniam barbararum gentium, et propter remotionem regum quondam Anglorum modo Normannorum contigit,[5] qui magis ad austrum quam ad aquilonem diversati noscuntur. Rex ipse in istis partibus domestico contentus militum numero, si quando illas partes regni adit, non nisi magno auxiliatorum comitatu vadit. Viderat quondam Albinus hanc fore calamitatem regionis, ex prodigio quod Eboraci acciderat; viderat, inquam, et annuntiaverat his verbis in epistola ad Eielredum[6] regem: 'Quid[7] significat pluvia sanguinis, quam quadragesimali tempore in Eboraca civitate, quæ caput totius regni est, in ecclesia beati principis apostolorum vidimus de borealibus domus, sereno aere, de summitate tecti cadere minaciter? Nonne potest putari a borealibus partibus venire sanguinem super populum?' Hæc quidem Albinus conjecit suo tempore ventura, quæ posteritas vel per Borealium violentiam, vel propter Borealium culpam, venisse liquido cognovit. Nam[8] tempore Anglorum Dani vastaverunt provintiam, et Normanni, propter Danorum adventum

The Yorkshire accent unintelligible to the southerners.

The king always takes a large escort of auxiliary troops when visiting the Northern part of his kingdom.

Albinus presages calamity from the north.

His letter on the subject to king Æthelred [A.D. 793].

The province of York ravaged by the Danes and the Normans.

---

[1] *triclinii*] B. C. E.; originally triclinii stante, but stante crossed through, A.; in forte triclinii, D.

[2] *Marii Victoriæ*] Every vestige of this triclinium has since disappeared. See Hutchinson's History of Cumberland, vol. ii. p. 650.

[3] *Cimbrorum*] A.E.; Cumbrorum, B. C. D.

[4] *Nordanimbrorum*] A.; Northanimbrorum, B. D. E.; Northanhimbrorum, C.

[5] *contigit*] A. D. E.; contingit, B. C.

[6] *Eielredum*] A. B.; Ethelredum, C.; Athelredum, D.; Elredum, E.

[7] *Quid*] Epist. xiii. The only fragment extant of this epistle is that preserved by our author here, and at p. 265, and in the Gesta Regum, lib. i. § 70.

[8] *Nam . . . jactatus*] This sentence is written upon an erasure, A.

Prologue.

efferati, quod reliquum erat pessumdederunt. Dicam igitur in hoc libro, qui tertius est Pontificalium Gestorum, quicquid se de pontificibus Eboracensibus notitiæ nostræ vel majorum relatione vel librorum revolutione infudit. Quorum, ut mihi videtur, fuit præcipuus Wilfridus primus, tot periculis omni pene vita immerito jactatus. Cujus vitam et omnia gesta huic breviario inducere commodum opinor, quia nec ita nota, et multa ex historia Bedæ vacant. Quamvis igitur hæc[1] meditanti aperiatur inmensum opus, conabor tamen, quantum valuero, breviter facere; illa semper considerata mei ausus excusatione, ut, qui omnes sanctorum vitas legere nequeat, hic utiliora deflorata inveniat. Itaque[2] omissis longarum narrationum ambagibus, veritatem sequar, et quæ Stephanus[3] presbyter de Wilfrido magno verborum agmine egit in compendium coartabo.

Wilfrid I. archbishop of York.

Beda's history of him is meagre.

The author will condense his Life by [Heddius] Stephanus.

Explicit Prologus Libri Tertii.[4] *Incipit Liber Tertius Willelmi, De Gestis Pontificum Anglorum.*[5]

---

[1] *igitur hæc*] originally hæc igitur, but with mark of transposition, A.

[2] *Itaque . . . . coartabo*] Written upon an erasure, A.

[3] *Stephanus*] Heddius Stephanus, a monk of Ripon. His Life of Archbishop Wilfrid, of whom he was the friend and contemporary, is printed by Gale, in the Quindecim Scriptores. See Hardy's Descriptive Catalogue, vol. i. p. 396.

[4] *Libri Tertii*] A. E; omitted, B. C. D.

[5] *Pontificum Anglorum*] A. E.; pontificalibus, B.; Incipit Liber tertius de Episcopis Ecclesiæ Eboracensis et Northanhimbriæ, C.; Anglorum omitted, D.

LIBER TERTIUS.

Archbishops of York.

[f. 58, a.] § 100. PAULINUS fuit primus Eboraci archiepiscopus, qui ab Honorio papa pallium accepit, ut notum est. Illo pulso,[1] Scotti, Aidanus, Finanus, Colmanus, nec pallio nec urbis nobilitate voluerunt attolli, in insula Lindisfarnensi delitescentes. Colmano per Wilfridum de Pascha erroneo convicto, idem Wilfridus ad episcopatum Eboracensem electus, ab Alfrido rege, filio regis Oswii, Galliam consecrandus missus est. Quo ultra mare moras nectente, Oswius[2] rex præventus consiliis Quartadecimanorum, qui vocabantur ita quia Pascha in .xiiii^a^. luna cum Judeis celebrabant, Ceddam virum sanctissimum, tamen contra regulas, intrusit tribunali Eboracensi. Sed hæc iniquitas, misso ab apostolica sede Theodoro Cantuariense[3] archiepiscopo, correcta est, exstrusoque Cedda Wilfridus intronizatus est.[4] Uuilfridus ergo, ut retro redeam, non infimis parentibus apud

Paulinus the first archbishop of York [A.D. 625].

His successors, bishops of Lindisfarne.

Wilfrid sent to France to be consecrated.

King Oswi appoints Cedda as archbishop.

Cedda is ejected, and Wilfrid enthroned.

---

[1] *pulso*] A. D. E.; expulso, B. C.

[2] *Oswius*] A. C. E.; Oswinus, B.; Oswiuus, D.

[3] *Cantuariense*] A. E.; Cantuariensi, B. C. D.

[4] *intronizatus est . . . . . pedibus impetere* (see infrà, p. 245.)] A. D. E.; The Life of Wilfrid is abbreviated in B. C. as below:— "intronizatus est. Psalterium quod "a Scottis juxta translationem beati "Jeronimi acceperat, pro Romano "more juxta quintam editionem "lectitavit et tenuit. Expulso "illo qui totius Northanimbrorum "regionis erat episcopus, duo pro "eo constituti sunt. In Eboraco, "Bosa, in Hagustald, [Augustaldham, C.] Eata; defunctoque Eata, "Johannes ordinatur pro eo. Tempore vero Alfridi regis rediit in "episcopatum totum Wilfridus .v. "annis, expulso Johanne de Hagustaldo [Augustaldham, C.]; et "Bosa de Eboraco. Post .v. annos "Wilfrido iterum ab Alfrido expulso, illi sedibus suis restituti "sunt. Defuncto vero Alfrido, Wilfridus in concordiam receptus, "sedem apud Hagustaldham [Augustaldham, C.] habuit, Johanne "in Eboracum migrante, quia jam "Bosa defunctus erat. Johannes "vir eximiarum virtutum, notissimum prædicatorem habet Beda "in Gestis Anglorum. Sed nec "modo minor est laudibus suis, nec "adhuc defunctus miraculis. Ei "successit," etc., B. C.

Archbishops of York.

Life of Wilfrid I.

Portent seen at his birth.

Northanimbros natus, si quid natalibus gratiæ defuit, generositate morum explevit. Hunc dum genitrix parturiens in lucem effunderet, clientes foris stantes viderunt, ut putabant, domum puerperii consciam ignibus undique conflagrare, ita ut jam flamma in altum longos produceret crines.[1] Cumque illi ad incendium sopiendum voces et aquam jactarent, excurrerunt ancillulæ clamoribus illorum excitæ. Edictoque ne dominam parturientem inquietarent, mirabantur in suis non fuisse oculis quod illi se vidisse clamarent. Nam jam ignis innoxius evanuerat, nec erat quo pudorem suum excusare possent famuli, dum starent edes incolumes. Intellectum ergo est ignei vigoris fore puerum, in cujus ortu tantum afflatum esset incendium.

His youth.

Cucurrit ille pueritiam sine litteris; sed cum jam .x. annis crescens ætas quatuor adjecisset, novercalem fastum perosus, nam mater obierat, domo excessit paterna; curialibusque annitentibus, quibus obsequelam apud patrios lares exhibuerat, Eanfledæ reginæ perductus est in notitiam. Quæ, cum adolescentuli secreta crebris percunctationibus elicuisset, quod Deo libentius quam sæculo militare proponeret, cuidam Cuddæ, qui ex senatore et regis cubiculario religiosam vitam apud Lindisfarnum meditaretur, delegavit. Is eum, secum aliquantis annis benigne habitum, reginæ remisit; psalmos et nonnulla ecclesiastica memoriter tenentem, sed excellentioris profectus studio Romam eundi desiderium ingressum. At regina desiderium ephebi, quod supra annos esset, amplexa,[2] misit eum, peculiari adjuvandum cura, regi Cantuariorum Ercomberhto, qui filius erat patrui sui. Ita Wilfridus Cantiam adveniens Romanas consuetudines, quæ Scottorum scientiam vincebant, gnarus

His studies at Lindisfarne.

Queen Eanfleda sends him to Ercomberht, king of Kent.

---

[1] *produceret crines*] crines produceret crines, but the first crines crossed through, A.

[2] *amplexa*] originally exosculata, but crossed through, and amplexa interlined, A.; exosculata with amplexa interlined above it, E.; amplexata, D.

addidicit. Psalterium denique, quod a Scottis juxta translationem beati Hieronimi acceperat, pro Romano more juxta quintam editionem lectitavit et tenuit. Post annum datus a rege in comitatum industrii juvenis Benedicti, qui postea Wirensis abbas fuit, Romanum iter maturabat, Lugdunumque perveniens, fatiei venustate morumque compositione Dalfinum[1] urbis archiepiscopum ad sui dilectionem invitavit. Quem cum vel clericatu imposito, vel nuptiis neptis suæ retinere temptasset, neutrum promovit, excusante nuptias Wilfrido pro celibatus studio, clericatum differente quoad Roma rediret. Ideoque archiepiscopi fultus consilio, et sullevatus marsupio, ceptam viam aggressus, sotium, qui moræ illius iratus præcesserat, brevi consecutus est. Romam ergo venit cuncta quæ optaverat assecutus prospere, beato Andrea suffragante, cujus triumphalibus luminibus affusus opem et litterarum ingenium oraverat. Adeptus igitur beatissimi Bonifatii tunc archidiaconi privatam notitiam, per eum supremæ sedis pontificis gratiam meruit. Quorum contubernio fruitus, et rationem Paschalis[2] cicli doctrina edoctus, cum plurimum in urbe moratus esset, Ludgunum ad Dalfinum archiepiscopum remeavit. Qui, cum eum nichilo segniore indulgentia excepisset, hoc confederati sunt placito; peregrinus adoptatus in filium, et clericus factus; archiepiscopus electus in patrem, qui sedulitate benivola omnem memoriam reditus in patriam ab animo Wilfridi deleverat. Sed invidit diabolus Wilfrido Galliam, Dalfino longiorem vitam, Baltildi reginæ furias infernales immittens, ut eum, post .ix. quos trucidarat episcopos, accumularet in decimum.[3] Mandaverat illi per satel-

Archbishops of York.

Life of Wilfrid I.

He journeys to Rome as a companion to Benedict, afterwards abbot of Wareham.

Dalfinus, bishop of Lyons.

Wilfrid proceeds to Rome.

He returns to Lyons.

Dalfinus adopts him as a son.

Wilfrid determines to remain in France,

but alters his mind on account of the murder of Dalfinus by St. Baltildis, queen of Clovis II.

---

[1] *Dalfinum*] Malmesbury's authorities for this statement are Heddius Stephanus and Beda. For a full discussion of the subject, see Gallia Christiana, tom. iv. p. 43.

[2] *Paschalis*] originally Pascalis, but h interlined, A.

[3] *decimum*] D.; decimam, A.; decimam with -um written above it, E.

Archbishops of York.

Life of Wilfrid I.

lites ut veniret. Fortior ille malis, quamvis eum non lateret muliebris nequitia, venire properavit. Quem cum continuo carnifices gladiis excepissent, adolescens [f. 58, b.] Anglus mirabili constantia prope in ipsos enses se immergens consortium paternæ necis sitiebat. Sed licet jam exspoliatus, jam protenso jugulo, miseratione lanistarum Angliæ suæ reservatus est! Cujus adventum cum fama vulgaret, ab Alfritho rege Osuuii regis filio dignanter accitus est. Ei cum laborem et seriem itineris, Gallicanam elegantiam, pompam Romanam, prætereaque canonum regulam edissertaret, libenter est[1] auditus et grate. Ergo circa se multis diebus habitum accurate propter nuper conceptam coluit amicitiam, quam comparaverat honesta conversatio, industria, prædicatio, rerum scientia, sermonis copia. Data ei a rege in Ripis mansio, qua cenobium edificaret, collataque a proceribus multorum xeniorum oblatio. Ibi ab Angilberto episcopo Gallo de Scottia veniente presbyter ordinatus et abba, post non multos dies Scottis convictis falsi Paschæ errorem depulit, scientiam recti reduxit. Lætabantur reges et heroes, gloriabatur provintia se habere prædicatorem indigenam, qui jam cruditatem nausiabant Scotticam; conferebanturque multa Wilfrido, quibus toleraret vitam, quibus inopum fulciret penuriam. Nec ipse angustioris erat cordis in erogando pauperibus et advenis quod affluebat a sæculo, emula quadam jocunditate, ut, quo plus pauperibus erogaret, eo copiosius Deus eroganda inferret. Præterea ventre castigatior, vigiliis et orationibus promptior, a matre integram servans pudicitiam, nec in adolescentia incurrit culpam. Frequentavitque usque ad senium morem, ut nocte pergens cubitum aqua frigida totos infunderet artus. Sed Johannis papæ jussu tandem vel sero destitit, ne algor, senilis corporis frigidi elementi infusione auctus, incurabilem morbum contraheret. Per hæc favorabili

Returns to England.

Is summoned by king Alfrith.

Relates his adventures to him.

The king settles him at Ripon, where he builds a monastery.

He is ordained priest and abbot by Angilbert.

Satisfaction at his appointment on account of the general dislike to the Irish clergy.

Wilfrid's charity and virtues.

[1] *est*] interlined, A.

Archbishops of York.

Life of Wilfrid I.

He is elected archbishop of York.

But declines to be consecrated by an Irish bishop.

plausu ab omnibus electus est dignus qui Eboracensem cathedram sanctificaret. Sed perstitit ille negare, ne ab episcopis Scottis, vel ab eis quos Scotti ordinaverant, consecrationem susciperet, quorum communionem sedes aspernaretur apostolica. Quorum sicut suum non esset ullum nominare, ita proprium famæ consulere, saluti providere.[1] Pateretur regia dignitas, concederet popularis religio, se a Gallicanis antistitibus sacrato insigniri munere; quo facto, fore ut intronizato legitime multum accresceret scientiæ. Probato consilio, mittitur Galliam consecrandus, magno apparatu commeantium, magna expectatione remanentium. Ubi a .xii. episcopis, quorum in numero excellebat Angilberhtus, electioni acclamantibus, et in sede aurea sedentem succollantibus, demum ante altare ductus et consecratus est. Sed, re perfecta, redeuntem venti corripientes adversi in littus contrarium Australium Saxonum detulere; navem appulsam æstus Oceani refluens inimicorum hiantium predæ destituit. Barbari, qui adhuc veri Dei nescii bachanalia vivebant, in furiam concitati bello conspiratis viribus classicum canunt. Tum, quanquam pontifex indulgendum tempori ratus pacem prætenderet, promissa cumularet, nichilo fractiores gentiles in arma ruunt. Quin et sacerdos sacrorum sacrilegorum, in editiore stans loco, fanaticis incantationibus Christianorum vires effringere nitebatur. Tum quidam ex sotiis pontificis, funda lapidem intorquens, fronti gentilis illisit, tam validis viribus ut, osse penetrato, cerebrum violaretur. Hoc acrior populus barbarorum in Christianos bellum navat.[2] At illi in utramvis partem parati, quo fortuna

He goes to France to be consecrated.

On his return he is driven ashore among the South Saxons.

They attack the archbishop and his companions.

Fight between the Christians and the barbarians.

---

[1] *Quorum . . . providere*] D. This sentence originally followed the words expectatione remanentium; its present position is indicated by a note of transference (Θ) placed over the words pateretur and quorum, A. E.

[2] *navat*] originally ciet, but crossed through, and navit interlined, A.; novat, D.; ciet underlined, and novat on margin, E. The reading of D. and E. appears to have been occasioned by the indistinctness with which the second letter of the word navat is written in A.

Archbishops of York.

Life of Wilfrid I.

vergeret, vel morte occumbere nobili vel victoria potiri, in confertam multitudinem viri .cxx^ti^. irruunt et bis terque avertunt; orante interim et genu flectente præclaro sacerdote cum clero in littore, quorum precatu ante horam accessionis regressus maris æstus famulante sinu nautas excepit. Qui non multo post ad Sandwic appulerunt, letum celeuma cantantes quod, innumeris ex hostibus interemptis, vix quinque suorum desiderarent. Victor ergo periculorum omnium domum reversus turbam rerum offendit, Ceddamque in sede sua subintroductum, quod animis religiosissimis in causa præsertim honoris sui facile surripi potest. Quocirca Wilfridus tribus annis in Ripis humiliter habitans, sacerdotale offitium, quocunque ire petebatur, exercuit, magno semper comitatus virorum agmine, qui eum relinquendum non putabant. Invitabaturque creberrime a Wlferio Mertiorum rege, qui ei locum Licitfeld vocatum ad construendum quodlibet vel episcopatum vel monasterium largitus est. Sed nec tenatior in honore viri fuit Egbertus rex Cantuariorum, quo accersiente, multos in Cantia ordinibus ecclesiasticis provexit. Quorum fuit unus Putta, per eum ad presbyterum, per Theodorum ad episcopum Rofensem postea promotus. Deusdedit enim archiepiscopo defuncto, expectabatur Theodorus de transmarinis partibus venturus. Qui cum venisset, cognoscens rem contra canones perperam factam, Ceddam degradavit, modeste et immoto animo injuriam sustinentem. Patientia sanctissimi viri commovit Uilfridi viscera, ut eum suffragio suo per omnes iterum gradus elevatum, Licitfeldi pontificem induceret. Ubi superstes aliquot annis, convenientem sanctitati suæ finem invenit. Non spatiabatur interea in delitiis Wilfridus, sed in primis christianitatem augere, christianorum mores informare; in secundis nova edifitia excitare, vetera reparare. Basilica quondam ab Eduino rege monitu beati Paulini in Eboraco facta tecto vaca-

The former reach Sandwich, having lost five men.

Wilfrid upon his return home finds Cedda installed in his place.

But exercises his priestly functions accompanied by numerous followers.

Wlfere king of the Mercians allows him to found either a bishopric or a monastery at Lichfield.

Egbert king of Kent favours him.

He ordains many there.

And among them Putta, afterwards bishop of Rochester.

Cedda displaced by Theodore.

Wilfrid procures his election as bishop of Lichfield.

[f. 59, a.]

Wilfrid's acts of piety.

Archbishops of York.

Life of Wilfrid I.

He repairs the ruined church [of St. Peter] at York, founded by king Edwine,

bat, parietes semiruti et ruinam plenam minantes solis nidis avium serviebant. Pro indignitate rei pontifex interno dolore commotus, maceriam solidavit, culmen levavit, levatum plumbeis laminis ab injuria procellarum munivit. Fenestris lucem dabant vel panni linei tenuitas vel multiforatilis asser,[1] ipse vitreas fecit. Decorem maceriarum vetustas et multimoda tempestas obduxerat, ipse illas candida calce dealbavit. Sensit et Ripis industriam antistitis, edificata ibi a fundamentis ecclesia, miro fornicum inflexu, lapidum tabulatu, porticuum anfractu. Invitati ad ejus consecrationem reges germani, Egfridus et Elwinus, nam pater inter hæc Oswius decesserat, dotaverunt illi locum ingentibus prediis, retuleruntque famæ pretium amplissimis verbis coram populo laudati, tribusque diebus lautissimo apparatu obsoniorum redempti. Mundialis, ut videbatur, pompæ lætitiam continuavit de resuscitatione mortui divinum miraculum. Res ita acta est. Ingresso episcopo villam Tiddanefre, occurrit vis feminarum ingens, pueros ad confirmandos offerens. Immiscuit se confluenti undæ muliercula, et callide agens filium exanimem cathecizandum prætendit, mortem dissimulans, lacrimas resorbens. Credebatque integre quod hoc commento posset vitam resumere. Sed enim antistes, obvelatam fatiem pusioli cum retexisset, ut exsequeretur offitium, anima privatum advertit. Tum mulier, quæ successu fraudis exciderat, ad preces versa, orare per Deum, per matrem, si qua fides, si qua pietas, ut excitaret exanimem. Simul vestigiis advoluta, violentiam quandam facere, loco penitus non moveri. Fluctuabat interim sanctissimi hominis sententia, an temerarius insuetum miraculum attemptaret, an durus lacrimas orbatæ mulieris despiceret. Sed vicit pietas pectus virtutis, paucaque divinorum Psalmorum intra se immurmurans, indeque

and rebuilds the church at Ripon.

The brother-kings Egfrid and Elwine present at its consecration.

They endow it largely.

Adelwald, a dead child, restored to life.

---

asser
[1] *asser*] axis, A.; asseraxis, D.; asser axis, E.

Archbishops of York.

Life of Wilfrid I.

dextram cadaveri apponens, animam induxit corpusculo. Confestim enim oscitans, et alacri palpebrarum motu totiusque corpusculi nisu se revixisse testatus est. Exclamat mater in gaudium, sed ab episcopo cohercita siluit. Vocatus est puer Adelwaldus, et in Ripis postea monachus factus miraculorum Wilfridi non leve augmentum[1] videbatur. Simile huic miraculum apud Hengsteldeheim illis ferme diebus exhibuit. Ibi ejus sumptibus in altum surgebat ecclesia, ex cujus fabricæ summitate monachus delapsus totis ossibus dilaceratus est. Inde portatus in oratorium dubium intuentibus fatiebat utrum omnino exanimis esset, cui neque vox neque sensus inesset. At pontifex, lacrimis infusus oculos, monachos ad orationem vocat, hortatur ut fidei desidiam excutiant, nichil credentibus difficile fore. Oratio ergo in altum uno porrigitur ore, misericordia e cælo extrahitur. Respirat monachus, sanitatis speratur indoles a videntibus; ligatur ossuum fractura, convalescit egrotus cum gratia. Nec minus rex Egfridus suo deerat offitio, regnum dilatando in Pictos, tuendo in Mertios.[2] Picti enim, defuncto rege Oswio, parvi fatientes teneram infantiam regni, proruunt ultro et conspirant in Northanimbros. Quibus cum subregulo Bernego regius juvenis occurrens, ita paucis suis militibus innumerabilem Pictorum delevit exercitum, ut campi cadaveribus constrati planitiem amitterent, flumina cursu intercepto subsisterent. Vulferius quoque rex Mertiorum in eosdem efferatus ductavit exercitum, quippe qui meminisset patrem suum ab eisdem interemptum. Itaque veniebat animo fidenti, ut aut sarciret dispendium aut adquireret regnum. Enimvero prosequebatur eum for-

He afterwards becomes a monk at Ripon.

A miracle at Hexham.

A monk falls from the top of the church,

and is restored to life by the prayers of Wilfrid.

Incursion of the Picts into the country of the Northanimbri after the death of Oswy.

King Egfrid defeats them.

Wulfere king of the Mercians also attacks them.

But is defeated, and cedes part of his territory to their king.

---

[1] *augmentum*] originally momentum, but corrected over line into augmentum, A. E.; argumentum, D.

[2] *Mertios*] originally Saxones, but crossed through, and Mertios interlined, A.; Saxones underlined, and Mertios written above it, E.; Mertios, D.

Archbishops of York.

Life of Wilfrid I.

tuna non bona, nec pene prosperior quam paterna, nisi quod, terga turpiter nudatus, inglorius effugit, nec multis post diebus superstes partem provintiarum Northanimbrorum regi cesserit. Harum eventu victoriarum multiplicata Wilfrido prædia, ecclesiæ cum monachis constitutæ. Diligebatur enim ab omnibus pro virtutum reverentia, laudabili, præter illas quas supra enumeravimus, commendatus abstinentia. Nam eum in continentissima cæna raro plus quam unum ferculum absumpsisse, nunquam nisi unum pocillum exhausisse, percelebre est. Preterea mitis et affabilis omnibus, eos in gratiam allitiebat. Ideoque abbates et abbatissæ vel viventes rerum suarum dominum, vel morientes heredem, instituebant. Proceres filios suos illi educandos committebant, cum adolevissent militaturos vel Deo vel sæculo. Hinc livor infelix Ermenburgæ[1] reginæ et quorundam satellitum afflavit pectora, qui tantas divitias Wilfrido inviderent. Dum enim beatissima Etheldrida spetietenus[2] regio famularetur cubili, illa maritum beatissimo conciliabat antistiti, si quid contra susurraretur, sanitate consilii deliniens. Ipse quoque, dum gratia pontificis niteretur, rebus bello et domi ex voluntate fluentibus fruebatur. Sed postquam nova nupta[3] intravit triclinium pax rupta pontificis evanuit, domusque regis paulatim imminuta ultimo decubuit.[4] Conflavit ergo pontifici regina invidiam, quod tot abbates tot abbatias haberet; quod[5] aureis et argenteis vasis sibi ministrari faceret; quod clientum[6] turba, nitore vestium superbiens, illius latus

Wilfrid's means increased, and his churches multiplied.

His virtues and abstinence.

[f. 59, b.]

Many legacies left to him,

and youths entrusted to him to be educated.

Queen Ermenburga and some of her courtiers envious of him.

During the lifetime of queen Etheldrida Wilfrid was in favour,

and the king's affairs prospered.

But in the time of queen Ermenburga the contrary was the case.

---

[1] *Ermenburgæ*] We should read Ermenhildæ. See Gesta Regum, l. i. § 77, and Florence of Worcester, vol. i. p. 32.

[2] *spetietenus*] D.; originally vel spetietenus, but vel crossed through, A., and underlined, E.

[3] *nupta*] D. E.; interlined, A.

[4] *decubuit*] D.; originally elanguit, but elang- crossed through, and decub- interlined, A.; and elanguit underlined and decubuit written above it, E.

[5] *quod*] D. E.; interlined, A.

[6] *clientum*] D.; originally eum clientum, but eum crossed through A., and underlined, E.

Archbishops of York.

Life of Wilfrid I.

Archbishop Theodore creates three new bishoprics [Lindisfarne, Hexham, and Ripon] out of Wilfrid's diocese [A.D. 678].

obambularet. Cucurrit ergo tam invidiosa relatio ad archiepiscopum Cantuariensem Theodorum. Is non moratus, sed xeniorum obtentu vigorem animi enervans, inconsulto Wilfrido, tres alterius regionis episcopos in ejus diocesim introduxit. Pretendebat tamen causam justitiæ, ut inde tres alerentur episcopi unde unus tumebat. Sufficere tantos sumptus tantæque diocesis circuitum quattuor episcopis. Et hæc quidem recte dicta possent videri, si eum, qui sua industria omnia conquisierat, vel non omnino spoliatum deiceret, vel saltem cum consensu ejus ageret. Nec celari potuit manifestissima violentia, cum ipse pro tribunali regem adisset injuriarum causam expostulans. 'Nichil enim,' dixerunt, 'tibi reatus opponimus, sed quod constitui-
'mus ratum esse volumus.' Quo dicto quid absurdius? Quasi dicerent illud Juvenalis:[1]

Injustice of this proceeding laid before the king.

'Sic volo, sic jubeo, sit pro ratione voluntas.'

Wilfrid appeals to the pope.

Wilfrid's prophecy.

At vero præsul cum sedem apostolicam appellasset, subsannatoribus qui propter regem astarent in risum crepantibus, hoc dictum objecit: 'Hæc derisio,
'quam de meo abscessu modo facitis, in magnum me-
'rorem vobis commutabitur, futuro anno hoc eodem
'die.' Verax eventus rerum emulatus est antistitis dictum. Ethelredus enim rex Mertiorum frater Wlferii, post abscessum Wilfridi non multis diebus guerram inceptans, fraternas injurias ultum ire cupiebat. Occurrit ei animosus Egfrithus, solito terrore acturum existimans; sed fugavit Mertius copias ejus, fuditque fratrem Elwinum. Quo dolore versa in luctum Northanimbria, consiliatoris sui quondam absentia modo ingemiscebat. Contigitque ut anno revoluto, eodem die quo ille præjuditium in Eboraco passus fuerat, cadaver regii adolescentis illatum urbi longum indiceret justitium. Ita Egelredus triumpho functus, inte-

Ethelred, king of the Mercians, attacks Egfrith,

routs him, and slays his brother Elwine [A.D. 679].

The dead body brought to York.

Ethelred triumphs, and

[1] *Juvenalis*] Hoc volo, sic jubeo, sit pro ratione voluntas. Satira vi. l. 223.

gritate regni recepta, Winfridum episcopum, qui Ceddæ apud Licitfeld successerat, quia Egfridi partium fuerat, expulit. Is, Gallico littori forte appulsus, in Theodericum regem et Ebroinum ducem Francorum incidit, quibus a Britannia mandatum erat, ut Wilfridum episcopum caperent et spoliarent. Quem illi errore nominis acti, sotiis occisis et rebus ablatis, abire siverunt. Luit ergo ille ambiguitatem vocabuli, alienumque periculum suo redimens, vel nudus profugit a latronibus. At Wilfridus, cujus prudentiam hostilium consilium machinæ non laterent, leni Favonio provectus in altum, proras in Eurum obvertit, ut Fresiam annavigaret. Exceptusque a rege et populo honorifice,[1] ibidem hiemem, quæ imminebat, exegit. Commertium miserandum! ut inter barbaros tutius quam inter suos viveret, ejectus a patria, dilectus in Frisia. Continuo igitur ad prædicationem ejus Adalgisus rex, gentilem tumorem inflexus, faciliorem in ceteros prædicationis viam aperuit. Hunc ad necem vel expulsionem viri Dei Ebroinus epistolis cum temptasset, aurum immensum pollicitus, irritus fuit. Cartam enim, audiente Wilfrido [f. 60, a.] et epulante in triclinio lectam, Adalgisus projecit in ignem, dicens: 'Sic ardeat, qui pactum cum amico ini-' tum pro auri cupiditate dissolvit.' Jamque se verna temperies aperiebat in flores, cum Wilfridus, itinere reincepto, ad Dagobertum regem Transrenanorum Francorum venit. Is non immemor, quod eum quondam factione magnatum pulsum, et de Hibernia ad se venientem, hospitio receperit, et equis sotiisque adjutum patriæ remiserit, benigne habuit, multisque precibus fatigavit ut provintiam remanentia sua dignaretur, episcopatum[2] Strateburgensum accipiens. Cum ille rogantem ad reditum suum de Roma distulisset, cum Deodato episcopo suo ire laxavit. Sotiali ergo gratia

Archbishops of York.

Life of Wilfrid I.

expels bishop Winfrid from Lichfield [A.D. 675].

He is driven on to the French coast.

Thierri I., king of France, and Ebroin, maire du palais, intend to seize Wilfrid.

they, deceived by the name, take Winfrid instead,

who with difficulty escapes from his captors.

Wilfrid sails to Frisia.

Is honourably received there.

King Adalgisus facilitates his preaching.

Ebroin endeavours to have him killed or expelled.

Adalgisus refuses.

Wilfrid goes to Dagobert II., king of the French beyond the Rhine,

who endeavours to persuade him to become bishop of Strasburg.

---

[1] *honorifice*] D. E.; originally est onorifice, but est crossed through, A.

[2] *episcopatum*] D.; originally epm̄, but -atu interlined, A. E.

Archbishops of York.

Life of Wilfrid I.

He however sets out for Rome.

On his way through the Campagna he goes to Bertharius governor of the province.

Who at first intending to treat him ill, alters his mind.

He arrives at Rome.

Kenwald, a monk, sent before him to accuse him before pope Agatho.

Who summons a Council to consider the case.

Council of Rome. [Oct. A.D. 679.]

fretus, per Campaniam iter fatiens, inde Romam ingressurus, ad Bertharium ducem provintiæ divertit, per legationes inimicorum causam ejus jam edoctum, et ad nocumentum promissis illectum. Qui licet in principio superbiam[1] erexisset, tamen, veraci relatione audita, iram resorbuit. Itaque non solum nocumento abstinuit, sed et suffragio suo bonum negotio finem imposuit, dicens: Ad hoc se ammoneri cujusdam regis Hunorum, apud quem exulasset olim humanitate, qui, quamvis esset gentilis, nulla tamen ad ejus dampnum, cui jurasset, potuerit corrumpi pactione. Tandem ergo aliquando Romam veniens, attonitam sui expectatione urbem offendit. Prevenerat enim, a Theodoro missus, modestæ religionis monachus Kenwald, accusationes scriptas deferens et amaritudinem delationis verbis immitibus. Quo commotus Agatho sanctissimus papa concilium .L^ta^. tam episcoporum quam abbatum in basilica Salvatoris quæ appellatur Cons[tan]tiniana, coegit. Cujus concilii hæc est forma:[2] "Agatho sanctissimus ac

[1] *superbiam*] D.; originally cristas, but crossed through, and superbiam interlined, A.; cristas underlined, and superbiam written above it, E.

[2] *Cujus concilii hæc est forma*] The proceedings of this Council of Rome are abridged in Wilkins's "Concilia" (vol. i. p. 45), from the above text of Malmesbury. Malmesbury, however, as stated by himself, at the end of the Prologue of this Book, had copied or rather abridged from the fuller version given by Heddius Stephanus, in his Life of Wilfrid. A copy of this Life by Stephanus is preserved in MS. Cotton, Vespasian, D. vi., a MS. of the 11th century, which from some indications appears to have been the identical copy used by Malmesbury, and is also remarkable for various peculiarities of handwriting and spelling. The text of the Council thus preserved, is given below, *verbatim et litteratim*, both as an illustration of the manner in which Malmesbury dealt with older documents in the compilation of his work, and also as furnishing a more perfect text of the Council than any hitherto printed; that given in the Acta SS. (Sæc. iv. pars i. p. 692, ed. 1677), being inaccurate.

Quomodo Beatissa Agatho Apostolice sedis Papae cum Sancto Synodo pontifici nostro scrīt reciperit.†*

Perueniente igitur Deo amabili uilfrido episcopo prospere cum omnibus ad sede[m] predictam, causa

* Sic MS.

† *reciperit*] Thus in the MS. for scribi preciperit.

" ter beatissimus episcopus ecclesiæ catholicæ atque apo-
" stolicæ urbis Romæ, considentibus secum dixit: 'Non

Archbishops of York.

Council of Rome [Oct. A.D. 679].

aduentus eius prelata urbe enotuit. Quia eo tempore coenuald religiosus monachus a sancto Theodoro Archiepiscopo cum suis litteris emissus romam uenit, et beatissimum Agathonem sedis apostolice papam rerum dissensio non latuit. Tunc vero congregantibus sanctissimis * episcopis et presbiteris plusquam L. in basilicam salvatoris domini nostri ihu xpi quæ apellatur † constantiniana, Agatho autem sanctissimus ‡ ac ter beatissimus episcopus sancte catholice atque apostolicae ecclesie urbis romae consedentibus dixit: " Non credo latere uestram sanc-
" tam fraternitatem, quamobrem ad
" hunc venerabilem conuentum eam
" ascriberim cognoscere, quippe ues-
" tram cupio reuerentiam mecum-
" que tractare, qualis in ecclesiis
" brittannie insule per dei gra-
" ciam ubi fidelium multitudo con-
" creuit nuper, exorta dissensio,
" quæ ad nos tam per relationem
" exinde huc uenientium, quam per
" scriptorum seriem perlata est." Andreas reuerentissimus episcopus ostiensis, et Johannes episcopus portuensis dixerunt: " Omnium
" quidem ecclesiarum ordinatio in
" uestre apostolice auctoritatis §
" pendet arbitrio, qui uicem beati
" Petri apostoli principis geritis, cui
" claues ligandi atque soluendi con-
" ditor ac redemptor omnium xps
" dominus contulit. Uerum erga
" quod nobis est iniunctum ab
" apostolica uestra censura, ante
" hos dies, consedentibus nobis una
" cum nostris coepiscopis atque con-
" famulis, relegimus singula scripta,
" quæ de brittannia insula directi
" apostolico uestro pontificatum de-
" tulerunt, tam eorum quæ ex per-
" sona theodori reuerentissimi ar-
" chiepiscopi illic ab apostolica sede
" olim directa missa sunt, aliorum
" uero cum eisdem scriptis * rela-
" tiones aduersus quendam episco-
" pum subterfugientem, ut asserunt,
" quem huc uenisse arbitrati sunt,
" quamque ea quae a uuilfrido deo
" amabili episcopo sancte euroyce
" ecclesie oblata sunt, qui de sua
" sede eiectus a prenominato sanc-
" tissimo apostolicam sedem apel-
" lans hucusque pervenit. In qui-
" bus cum multas questiones insere-
" rent, ne quis sanctorum canonum
" subtilitatem conuinctum eum de
" aliquibus facinoribus et ideo non
" canonice deiectum repperimus, ne-
" que quaelibet facinora eum per-
" petrasse dictis propriis accusa-
" tores eius conprobare valuerunt,
" pro quorum flagitiis degradari
" debuisset. Potius autem et mo-
" destiam hunc tenuisse perpendi-
" mus, quod non seditiosis quibus-
" dam decertationibus seipsum in-
" plicuit. Sed postquam de sua
" sede repulsus est, coepiscopis suis
" facti meritum innotescens, memo-
" ratus deo amabilis uuilfridus epi-
" scopus exinde ad hanc apostolicam
" sedem accurrit. In qua summi

* *sanctissimis*] sci sciissimis, MS. by a slip of the pen.

† *apellatur*] apllatur, MS.

‡ *sanctissimus*] sanctissimis, MS.

§ *auctoritatis*] actoritatis, MS.

* *scriptis*] Erasure of a letter between the i and p of this word in the MS.

Archbishops of York.

Council of Rome [Oct. A.D. 679].

" ' credo latere vestram sanctam fraternitatem quamob-
" ' rem ad hunc venerabilem conventum eam asciverim.

" sacerdotii principatum fundauit, " qui suo sanguine sanctam ecclesiam redemit omnipotens xp̃s dominus, et principis apostolorum auctoritate firmauit. Uestri denique apostolatus auctoritati concessum est, quid in hoc ordinare precipiatis." Agatho sanctissimus ac ter beatissimus episcopus sanctae ecclesie catholice atque apostolicae urbis rome dixit: " Uuilfridus deo amabilis episcopus sanctae euroicae ecclesiae praeforibus nostri secretarii esse narratum, ad nostrum secretarium iuxta suam postulationem cum petitione, quam secum afferre dictus est, ammittatur." Uuilfridus deo amabilis episcopus, dum uenerabile secretarium ingrederetur, dixit: " Deprecor uestram pontificalem beatitudinem, ut meæ humilitatis petitionem excipi coramque relegi precipiatis." Agatho sanctissimus episcopus dixit: " Vuilfridi deo amabilis episcopi ejus petitio suscepta coram omnibus relegatur." Et accipiens iohannes notarius relegit sancto et apostolico concilio.

Hec est Petitio VVilfridi Episcopi.

" UVilfridus humilis et indignus episcopus Saxonie ad hoc apostolicum fastigium, tamquam ad locum munitum turremque fortitudinis, gressus cordis, deo previante, perduxit. Quia vnde * normam sacrorum kanonum in omnes xp̃i ecclesias per totum orbem diffusas emanare cognosco, predicatione apostolica traditas, et plena fide susceptas, ex eo meae humilitatis iustitie censuram confidenter praestolor conseruari cognouisse, quippe non ambigo uestrum pontificale fastigium, tam ex meæ paruitatis suggestione, quam quæ uiua uoce presentialiter intimaui. Et per satisfactionem petitionis scriptis narrantibus obtuli, eius apostolicis obtutibus in ipso mei aduentus exordio presentatus, quod nulla in me supplici kanonicam culpam reperientes, quidam mei episcopatus inuasores inlicita presumptione, contra sacrorum canonum normas ac definitiones in conuentu theodori sanctissimi archiepiscopi cantuariorum ecclesiae, aliorumque tunc temporis cum eo conuenientium antistitum, sedem, quam per x^cem^. et eo amplius annos cum dei clementia dispensabam, raptorum more inuadere atque eripere moliti sunt, et in eadem sedem subsedere. Et non solum unum, sed tres in mea ecclesia sese promouerunt episcopos, licet canonica eorum non sit promotio. Quid autem acciderit, ut theodorus sanctissimus archiepiscopus, me superstite, in sedem, quam licet indignus dispensabam, absque consensu cuiuslibet episcopi, tres sua auctoritate, mea humilitate non adquiescente, ordinaret episcopos? Omittere magis quam flagitare pro eiusdem uiri reuerentia condecet, quem quidem, eo quod ab hac apostolice summitatis sede directus est, accusare non audeo. Uerum, si claruit quod contra

* *vnde*] interlined in MS.

Archbishops of York.

Council of Rome [Oct. A.D. 679].

" 'Cognoscere quippe cupio vestram reverentiam, mecum-
" 'que tractare, qualis in ecclesiis insulæ Brittanniæ, ubi
" iusu* regularium sanctionum de
" dispensatione ecclesie, cui licet
" indignus preeram, ab infectis pro-
" pulsus sum, sine conuictione cuius-
" piam criminis, et absque culpa
" facinoris, citra ullius delicti piacu-
" lum, quod canonica percellit se-
" ueritas, et neque de pristina sede
" pulsus tumultuosus cuiquam ap-
" parui,† neque seditionis questione
" succensi, neque ambitiosis con-
" tentionibus obstiti, sed confestim
" huius sacrosanctae sedis appellaui
" subsidium. Confamulos atque
" consacerdotes meos earundem
" prouinciarum episc[opos] ‡ tan-
" tummodo protestatus abscessi. Si-
" quidem preuidit uestra apostolica
" summitas una cum consedentibus
" sanctissimis episcopis priuatum
" me esse, qui pro nulla § culpa con-
" uictus sum, humili deuotione quæ
" censentur amplector. Si autem
" et pristinum episcopatum perci-
" pere sequor totisque uiribus uene-
" rari ab apostolica sede prolatam
" sententiam; tantum ut inuasores
" de pristinis parrochiis ecclesiae,
" cui ego ‖ indignus uester famulus
" prefui, uestra synodali sanctione
" pellantur. Et si rursus in eadem
" parrochia cui prefui presules ad-
" hibere preuiderit, saltim tales iu-
" beat prouidere promouendos, cum
" quibus possim, pacifica atque
" tranquilla inter nos concordia
" optinente, deo unanimiter de-
" seruire, ut uidelicet unusquisque
" nostrum concessae* ecclesiae iura
" cognoscat, et uigilantiam sibi
" commissis impertiat, ut, si ita
" placuerit archiepiscopo et coepi-
" scopis meis ut augeatur numerus
" episcoporum, tales eligant de ipso
" clero ecclesiae, quales in synodo
" placeat congregatis episcopis, ut
" non a foris et ab alienis dampne-
" tur ecclesia. Quicquid enim con-
" fusum et indiscretum est inextri-
" cabiles atque inexplebiles dissen-
" siones exaggerat; nec ualebit a
" quodam pacifice ullatenus de quo
" contenditur dispensari. Confido
" enim quod omnem deuote oboe-
" dientie obsequelam statutis apo-
" stolicis exhibebo, ad cuius aequi-
" tatem omnibus abiectus cum tota
" mentis confidentia properaui."

De Responsione Agathonis.

Agatho sanctissimus ac ter beatissimus episcopus sancte catholice atque apostolice ecclesiae urbis rome dixit non mediocriter audientibus:
" Satisfacit petitionis series, quam
" uuilfridus deo amabilis episcopus
" obtulit, in hoc quod cum se in-
" digne de episcopali sede eiectum
" agnoscat, non contumaciter ob-
" stitit ambientibus, nec cui uim
" repellere seculariter malluit, set
" humiliter sentiens auctoris nostri
" beati petri apostoli principis ca-
" nonicum expetiuit subsidium, sup-
" plici praestolatione que super eo
" censenda sunt prompte suscep-
" turum pollicitur, nec ambigit de
" prolatione sententie, sed quæ ter-

* *iusu*] Originally iussu, but the first s erased, MS.

† *apparui*] aparui, MS.

‡ *episcopos*] epīsc, MS.

§ *nulla*] An erasure between u and l, MS.

‖ *ego*] An erasure between e and g, MS.

* *concessae*] The latter part of this word is written over an erasure, MS.

Archbishops of York.

Council of Rome [Oct. A.D. 679].

" 'per Dei gratiam fidelium multitudo concrevit, nuper
" 'est exorta dissensio, quæ ad nos tam[1] per relationem
" 'huc advenientium quam per scriptorum seriem delata
" 'est.' Andreas reverentissimus Hostiensis episcopus et
" Johannes Portuensis episcopus dixerunt: 'Omnium
" 'quidem ecclesiarum ordinatio in vestræ apostolicæ
" 'auctoritatis pendet arbitrio, qui vicem beati Petri
" 'apostoli geritis. Verum et nos, nuper considentibus

" minantur amplectitur, integra fide
" suscepturum se perhibens quod
" nostro ore auctor noster beatus
" petrus apostolus, cuius ministerio
" fungimur, preuiderit statuendum."

De Responsione Sinodis.

Universa synodus, quæ una cum sanctissimo atque ter beatissimo agathone apostolico papa conuenit, regulariter inter cetera definiens dixit: " Statuimus atque decerni-
" mus, ut deo amabilis Wilfridus
" episcopus episcopatum, quem nu-
" per habuerat, recipiat, salua de-
" finitione superius ordinata, et quos
" cum consensu consilii ibidem con-
" gregandi elegerit sibi adiutores
" episcopos, cum quibus debeat
" pacifice conuersari secundum re-
" gulam superius constitutam a
" sanctissimo archiepiscopo promoti
" ordinentur, episcopis expulsis,
" procul dubio eis, qui in eius ab-
" sentiam in episcopatum inormiter
" missi sunt. Si quis proinde contra
" horum statutorum synodalium de-
" creta ausu temerario obsistere
" temptauerit, uel non oboedienter
" susceperit, uel post quodlibet *
" temporis spatium, quiqui sint
" uel fuerint, infringere ea in totum
" uel in partes temptauerit, ex auc-
" toritate beati petri apostolorum
" principis eum hac sanctione pro-
" cellendum censemus, ut si quidem
" episcopus est qui hanc piam dis-
" positionem temerare temptauerit,
" sit ab episcopale ordine destitutus,
" et eterni anathematis reus. Simi-
" liter si presbiter aut diaconus
" fuerint uel inferioris gradus ec-
" clesiæ; si uero clericus, monachus,
" uel laicus cuiusuelibet dicionis,
" uel rex, extraneus efficiatur a
" saluatoris corpore et sanguine do-
" mini nostri ihu xpi. Nec terribi-
" lem eius aduentum dignus appareat
" conspicere. Si quis vero hec,
" quæ a nobis statuta uel difinita
" sunt, cum sincera deuotione et
" perfecta satisfactione susceperit,
" tenuerit, perfecerit, uideat bona
" domini in regione uiuorum. Con-
" sorsque dextre partis existat, aeter-
" nam beatitudinem possideat, et
" illam beatificam uocem mereatur
" audire cum omnibus sanctis, qui
" diuino conspectui placuerunt, et
" aeternam gloriam possederunt,
" audiens et ipse pro oboedientia
" quam deus pro omnibus sacrificiis
" diligit ab ipso iudice omnium
" domino nostro ihu xpo: 'Venite
" 'benedicti patris mei percipite
" 'regnum quod uobis paratum est
" 'ab origine mundi.'"

---

* *quodlibet*] quodolibet with o partly erased, MS.

[1] *tam*] interlined, A.

Archbishops of York.

Council of Rome [Oct. A.D. 679].

" 'coepiscopis et confamulis nostris, jussu vestro relegi-
" 'mus singula scripta, quæ de Britannia insula directi
" 'apostolico vestro pontificatui detulerunt, tam ea quæ
" 'ex persona reverentissimi archiepiscopi olim hinc
" 'illuc ab apostolica sede directi missa sunt, aliorumve
" 'relationes adversus quendam episcopum subterfugien-
" 'tem, ut aiunt, quam ea quæ a Wilfrido, Deo amabili
" 'sanctæ Eboracæ ecclesiæ episcopo, oblata sunt, qui,
" 'de sua sede ejectus a prænominato sanctissimo, huc-
" 'usque pervenit. In quibus cum multas quæstiones
" 'insererent, neque sanctorum canonum subtilitate
" 'convictum eum de aliquibus facinoribus, et ideo non
" 'catholice dejectum reperimus, neque eum aliqua fa-
" 'cinora perpetrasse accusatores ejus verbis propriis
" 'ostenderunt, pro quibus degradari debuisset. Potius
" 'autem et modestiam hunc tenuisse cognovimus,
" 'quod non seditiosis quibusdam decertationibus se
" 'immiscuit, sed de sede sua repulsus, coepiscopis suis
" 'facti meritum innotescens, memoratus Deo amabilis
" 'Wilfridus episcopus huc ad sedem apostolicam ac-
" 'currit.' Agatho sanctissimus ac ter beatissimus
" episcopus ecclesiæ catholicæ atque apostolicæ urbis
" Romæ dixit: 'Vuilfridus Deo amabilis sanctæ Ebo-
" 'racæ ecclesiæ episcopus, quem præ foribus venerabilis
" 'secretarii nostri esse narratum est, ad nostrum se-
" 'cretarium juxta suam postulationem, cum petitione
" 'quam secum afferre dicitur, admittatur.' Vuilfridus
" Deo amabilis episcopus dum venerabile secretarium
" ingrederetur, dixit: 'Deprecor vestram pontificalem
" 'beatitudinem, ut meæ humilitatis petitionem excipi,
" 'coramque relegi, præcipiatis.' Agatho sanctissimus
" episcopus dixit: 'Vuilfridi Deo amabilis episcopi pe-
" 'titio suscepta coram omnibus relegatur.' Et acci-
" piens Johannes notarius, relegit sancto et apostolico
" concilio: 'Vuilfridus humilis et indignus episcopus
" 'Saxoniæ ad hoc apostolicum fastigium, tanquam ad
" 'locum munitum turremque fortitudinis, gressus cordis,

Archbishops of York.

Council of Rome [Oct. A.D. 679].

" ' Deo præviante, perduxi; quia unde normam sacrorum
" ' canonum in omnes Christi ecclesias emanare cog-
" ' nosco, ex eo meæ humilitati justitiam fieri confiden-
" ' ter expecto. Cognovisse quippe non ambigo vestrum
" ' pontificale fastigium, tam ex humilitatis meæ sug-
" ' gestione quam quæ viva præsentialiter voce obtuli,
" ' vestris apostolicis obtutibus in ipso adventus mei
" ' exordio præsentatus; quod quidam mei episcopatus
" ' invasores, nulla in me convicta culpa contra sacrorum
" ' scita kanonum in conventu sanctissimi Theodori
" ' Cantuariorum archiepiscopi et aliorum convenientium
" ' antistitum sedem meam, quam per .x. et eo amplius
" ' annos tenueram, usurpare moliti sunt: et in meo
" ' episcopatu[1] tres episcopi promoti sunt, licet canonica
" ' non sit eorum promotio. Quid autem acciderit ut
" ' Theodorus sanctissimus archiepiscopus, me superstite, [f. 60, b.]
" ' in sedem quam licet indignus dispensabam, absque
" ' consensu cujuslibet episcopi, tres sua auctoritate, mea
" ' humilitate non adquiescente, ordinaret episcopos,
" ' omittere magis quam flagitare pro ejusdem viri re-
" ' verentia condecet; quem quidem, eo quod ab hac
" ' apostolicæ summitatis sede directus est, accusare non
" ' audeo. Verumtamen si claruit quod contra jus regu-
" ' larium sanctionum, citra ullius delicti piaculum, quod
" ' canonica percellit severitas, de pristina pulsus sede
" ' tumultuosus nulli apparui, sed tantum confamulos
" ' et consacerdotes meos illius provinciæ episcopos con-
" ' testatus abscessi, siquidem prævidit vestra apostolica
" ' summitas privatum me esse, humili devotione quæ
" ' censentur libenter amplector. Si autem et pristinum
" ' episcopatum suscipere, sequor totisque viribus veneror
" ' ab apostolica sede prolatam sententiam, tantum ut
" ' invasores de pristinis parrochiis ecclesiæ, cui ego in-
" ' dignus famulus vester præfui, pellantur. Et si rur-
" ' sus in eadem parrochia cui præfui præsules adhibere

---

[1] *episcopatu*] D.; added in margin of A.; interlined, E.

" 'præviderit, saltem tales jubeat promovendos cum
" 'quibus possim, pacifica atque tranquilla concordia
" 'obtinente, Deo unanimiter deservire.' Et cætera.
" Agatho sanctissimus ac ter beatissimus episcopus
" sanctæ catholicæ atque apostolicæ ecclesiæ urbis
" Romæ dixit: 'Non mediocriter satisfacit audientibus
" 'petitionis series quam Wilfridus Deo amabilis epi-
" 'scopus obtulit, in hoc quod cum se indigne de episco-
" 'pali sede dejectum agnovit, non contumaciter per vim
" 'secularem obstitit, sed humiliter sentiens auctoris
" 'nostri beati Petri apostolorum principis canonicum
" 'expetivit subsidium, et suplici præstolatione quæ su-
" 'per eo censenda sunt suscepturum se pollicetur, non
" 'ambigens de justitia proferendæ sententiæ, integraque
" 'fide se suscepturum perhibens quod ex ore nostro
" 'auctor noster, beatus Petrus apostolus, cujus ministerio
" 'fungimur, præviderit statuendum.' Universa sancta
" sinodus, quæ residebat, inter cetera diffiniens ait:
" 'Statuimus atque decernimus, ut Deo amabilis Wil-
" 'fridus episcopus episcopatum quem nuper habuerat
" 'suscipiat, et quos cum consensu concilii ibidem con-
" 'gregandi elegerit sibi adjutores, a sanctissimo archi-
" 'episcopo ordinati, promoveantur episcopi, expulsis
" 'proculdubio eis qui in ejus absentia in episcopatum
" 'enormiter missi sunt.' Et cætera, quibus interdicunt
" hæc non suscipientes decreta."

Archbishops of York.

Council of Rome [Oct. A.D. 679].

§ 101. His decretis gloriabundus episcopus etiam jussu papæ jussus est residere in numero sanctorum episcoporum, qui cl^ta^. agitabant Concilium contra illos qui unam operationem predicant in duabus naturis Domini nostri Jhesu Christi. Hinc reditum aggressus,[1] omnium periculorum, Deo protegente, immunis, patriam venit. Egreque licet ad regem aditu impetrato, apostolici scita sigillata prætendit. Ille, cum ea episcopis

Council of Milan [A.D. 679].

Wilfrid returns home.

[1] *aggressus*] D.; originally molitus, but crossed through, and aggressus interlined, A.; molitus underlined, and aggressus written above it, E.

Archbishops of York.

Life of Wilfrid.

contubernalibus suæ factionis legi fecisset, tantum a reverentia Romanæ sedis abfuit, ut spoliatum suis omnibus, comitibusque in diversa deductis, beatum pontificem cuidam præfecto, notabilis sevitiæ viro, in ergastulum trudendum committeret. Credulus asserentibus decreta illa coempta pretio, quod Romani munerantibus se lenocinentur. Scatebat omnis curia pruritu episcopalis injuriæ, adeo ut regina crismarium pontificis vi extortum, horresco referens, non dubitaret cum reliquiis vel collo vel vehiculo circumferre. Immoto animo et vultu sacerdos ferebat omnia, et monitionibus sacris suos, quibus timebat, hortabatur ut fortiter ferrent, donec Dei pietas et invicta felicitas finem calamitatibus afferret. At prefectus, in alios barbarus et immanis in istum Anglus et lenis, nil illi tormenti preter tenebras ingessit, non penitus ausus regiis mandatis obstrepere. Sed enim divina dignatio tenebrarum indignitate non passa est premi lumen Britanniæ, quod fax celica signavit, cum adhuc[1] genitrix alvi pondus absolveret. Perrupit densitatem carceris lucerna superne directa, absentemque diem lux agebat æmula. Repercussit fulgor carnificum oculos per rimas inspectantium, et fugere coegit ad dominum. Ille quidem auditu cohorruit, sed Egfridi timore nichil præter solitum novavit. Stimulavit differentem morbus uxoris, quo repente correpta hianti rictu et spumarum vomitu maritum exterruit. Mox etiam majori concussa demone exsanguis et elinguis cum diriguisset, exiliit ille, et pontificis pedibus affusus non gravate obtinuit a misericordi antistite veniam; statim enim orationem dedit, aquam benedictam gutturi hiantis infudit, et mulier morbo caruit, valitudinem bonam resumpsit. Audiit hæc Egfridus nuntio præfecti dolentis et orantis ne se immeritum immolaret diabolo, reum in pontificis

His ill-treatment and imprisonment by king Egfrid and his court.

His patience under the insults offered to him.

Miraculous light supplied to him in his prison.

Dangerous illness of the wife of Osfrith, his keeper.

Wilfrid restores her to health.

---

[1] *adhuc*] D. E.; interlined, A.

[2] *immolaret diabolo*] D. E., diabolo immolaret, A.

Archbishops of York.

Life of Wilfrid.

innocentis suplicio. Sed nichilo mutatus auferri eum ab Osfritho, id enim nomen viro, ut degeneris animi homine jubet, et crudelioris audientiæ satelliti, Tinber nomine, tradi. Cum crudelitate regis adolevit miraculum. Nam cum eum ille vinculari jussisset, et [f. 61, a.] ferox minister compedes ferreos expediret, quibus tibias sancti nodaret, semper inter ipsas conantis manus, fallax compes assiduo dilabebatur furto; nam vel angustior compes tibias grossiores[1] circumplecti non poterat, vel catena laxior graciles tibias non contingebat. Jam vero siquando laboratæ arti nichil deesset, tanta celeritate se vincula evolvebant, quanta oculi cernentium occurrere non poterant. Dedit locum improbitas religioni, solutus est sanctus, et in libera custodia tentus. Nichil horum Egfridus curabat, sed siquando audiebat, vel suspendebat ludo vel infamabat obprobrio. Commeabant tamen frequenter ab eo ad pontificem cum mandatis nuntii, ut decretorum tenorem quæ attulerat ultro infirmaret, diceretque ea extorta pretio, non impetrata juditio. Id si faceret, fore ut per indulgentiam regis partem episcopatus et sua omnia reciperet; sin minus, sui foret reus dispendii qui esset auctor discidii. Parum hæ minæ movebant animum pontificis ad consentiendum, quinimmo referebat non se illud facturum pro discrimine capitis, ut infamaret auctoritatem apostolicæ sedis. Quid interim regina Ermenburga, totius mali fomes et incentrix? Continuabat dies et noctes conviviis, ducebatque triumphali pompa crismarium antistitis opimis gavisa spoliis. Sed cum nocte quadam hospitata fuisset apud abbatissam Ebbe, amitam mariti, totis medullis diabolo infuso, cepit aliena facere, insana dicere. Vocibus ejus excita accurrit abbatissa, quid morbi haberet blande interrogans. Illa nichil contra, nam jam angustia valitudinis vocem præcluserat. Tum Dei famula

Egfrid delivers him to another jailer,

and orders him to be shackled.

The shackles fall off him miraculously.

The king wishes him to confess that he had bribed the Roman court.

He repudiates the notion.

Queen Ermenburga continues to rob and insult Wilfrid.

She is seized with insanity while visiting Ebba, abbess of Coldingham, co. Berwick.

---

[1] *tibias grossiores*] D. E.; originally tibias grossiores tibias, but the last word crossed through, A.

Archbishops of York.

Life of Wilfrid.

The abbess persuades the king to release Wilfrid.

The queen recovers, and ultimately becomes a nun.

causam intelligens, auctor nepoti fuit ut beatissimi viri redderetur crismarium. Ipse suis omnibus secundum apostolica præcepta revestiretur; quod præstaret, si collateralem suam salvam vellet; si vero regia in malo perseverandum putaret animositas, saltem quæ tulerat redderet; ipsum liberum abire sineret. Actum est, et regina tunc quidem pulchre convaluit, et post obitum mariti, habitu mutato, religiose de facto pænituit.

Wilfrid retires into Wessex.

§ 102. Vuilfridus ergo natali solo pulsus, Westsaxoniam tendebat; exceptusque ibi a quodam Bertuualdo viro nobili, paucissimis omnino[1] diebus latebram fovit. Siquidem rex Mertiorum Egelredus, cui vir ille parebat, erat enim filius fratris ejus,[2] acriter per nuntios denuntiavit, ut ne uno quidem die ipsum retineret. Hæc in assentationem Egfridi fiebant, cujus soror Osdrida in solatium Elwini fratris occisi Egelredo[3] nupserat, pacem inter maritum et fratrem componens. Inde, monasteriolo jam ibi ædificato, Wilfridus, relictis monachis suis, profugus ad Australes Saxones, adhuc paganos, divertit, cui inter Christianos nullus ad latendum supererat locus. Rex eorum Edelwahlc vocabatur, qui, auditis peregrinationis causis, ad auxiliandum antistiti animo concurrit. Firmissimum itaque fedus jecit, ut eum inimicis nec prece proderet, nec pretio distraheret. Qua tutela fretus, primum regi et reginæ, post etiam provintialibus Christianitatem prædicavit.[4] Nec fuit in persuadendo difficultas; cum continuo rex baptizatus ceteros exemplo suo ad idem animaret. Deditque propriam mansionem episcopo, quam familiarius incolebat, vocabulo Selesi, quam ipse monachis implens, ad episcopalem

But is compelled to fly thence to the South Saxons.

Their pagan king Edelwahlc friendly to Wilfrid,

who baptizes him and his subjects.

The king gives Wilfrid his own mansion at Selsey [co. Sussex],

which becomes the seat of a

[1] *omnino*] D. E.; omino, A.

[2] *erat . . . . ejus*] D. E.; these words interlined, A.

[3] *Egelredo*] interlined, A. E.; Egelrido, D.

[4] *post . . . . prædicavit*] Christianitatem prædicavit post etiam provintialibus, A.; Christianitatem predicavit post et provintialibus, D.; Christianitatem prædicavit post etiam provintialibus, E.

sedem posteris transmisit. Erat tunc Cedwalla per factionem principum a Westsaxonia expulsus, quem frequenter ad se consilii causa venientem sanctus prompte refecit, prebens ei et suis tum equitaturas tum pecunias. Is, dum omnibus irascitur, dum omnibus infrendet, Edelwalk regem, aliquo sibi occurrentem infortunio, neci dedit. Idemque tota Westsaxonia potitus, ut magistrum et dominum, omni regno præfecit Wilfridum, nichil in tota provintia sine illius assensu fatiendum arbitratus. Denique et amplissimas in Wehta insula possessiones dedit, et quæ ante habuerat libens edicto firmavit.

Archbishops of York.

Life of Wilfrid. bishopric [A.D. 681].

Cedwalla kills Edelwalk, and becomes master of Wessex.

He promotes Wilfrid,

and gives him possessions in the isle of Wight.

§ 103. Transierunt in his anni perplures. Jam Egfridus in bello Pictorum occubuerat; jam Theodorus in mortem vergebat, qui de peccato in Wilfridum commisso sauciatus conscientiam, ipsum et Erkenwoldum episcopum evocavit[1] Lundoniam.[2] Ipsis omnia peccata [f. 61, b.] confessus, illo se potissimum scrupulo permoveri dixit, quod in sanctum commisisset, passus eum contra regulas spoliari vel aperta instantia vel occulta patientia. 'Et quia,' inquit, 'finis mihi futuro anno imminet, 'sicut Deo prænuntiante cognovi, et frequens egritudo 'ammonet, rogo te, sanctissime pontifex, ut benignus 'mihi commissum indulgeas, et sedem archiepiscopatus 'mei subeas; quippe qui sis omnium Anglorum in 'Romanis legibus peritissimus. Ego, Deo donante, conabor, ut veteres offensas recenti offitiorum sedulitate 'deleam, reges et auctoritate et precibus amicos facturus.' Placide ad hæc, et ut virum sanctum decebat, respondit Wilfridus; sed ut archiepiscopatum sine majoris diffinitione concilii susciperet, non consensit.[3] Totis ergo viribus Theodorus exsurrexit, ut Wilfridus

Death of Egfrid [A.D. 685]. Illness of archbishop Theodore.

He summons bishops Wilfrid and Erkenwald to London,

confesses his sins, and begs Wilfrid to accept his archbishopric.

Wilfrid's reply.

---

[1] *evocavit*] D.; originally vocavit, but e-interlined, A., and added, E.

[2] *Lundoniam*] D. E.; Londoniam, A.

[3] *susciperet, non consensit*] D. E.; non consensit, susciperet, A.

Archbishops of York.

Life of Wilfrid.

episcopatum reciperet, missis legatis et scriptis ad Alfridum regem Northanimbrorum, qui Egfrido successerat, et sororem ejus Elfledam abbatissam de Streneshalh, ut simultatibus retropositis incunctanter karitatem ejus complecterentur. Cujus studii ut fervor patescat, epistolam, quam regi Mertiorum Ethelredo direxit, hic apponam. 'Gloriosissimo et excellentissimo 'regi Mertiorum Theodorus gratia Dei archiepiscopus 'in Domino perhennem salutem. Cognoscat, fili 'dilectissime, tua miranda sanctitas pacem me habere 'cum venerando episcopo Wilfritho. Et ideo, karis-'sime, te ammoneo, et in Christi karitate præcipio 'tibi, ut ejus sanctæ devotioni, quantum vires suppe-'tunt, patrocinium, sicut semper fecisti, quamdiu vivas 'indulgeas, quia longo tempore propriis orbatus 'substantiis multum inter paganos in Domino 'laboravit. Et iccirco ego Theodorus humilis episco-'pus, decrepita ætate, hoc tuæ beatitudini suggero, 'quia apostolica hoc, sicut scis, commendat auctoritas, 'et vir ille sanctissimus in patientia sua possedit 'animam suam, et injuriarum sibi injuste irrogatarum 'mitis et humilis caput suum sequens medicinam 'expectavit. Et si inveni gratiam in conspectu tuo, 'licet tibi pro longinquitate itineris grave videatur, 'oculi mei jocundam fatiem tuam videant, et bene-'dicat tibi anima mea antequam moriar. Age ergo, 'fili mi, taliter de illo suprafato sanctissimo sicut te 'deprecatus sum; quia, si patri tuo non longe de 'hoc sæculo recessuro obedieris, multum tibi profitiet 'ad salutem. Vale.'

Letter of Theodore to Ethelred king of the Mercians, in favour of Wilfrid.

Alfrith [Ealdferth] king of the Northanimbri favours Wilfrid.

§ 104. Venienti ergo ad reges cum epistolis archiepiscopi Wilfrido salutatio impertita, indultus[1] favor. Alfrithus, qui eum quondam probe nosset, ad se sponte invitato prius cenobium Hængsteldeheim, dehinc diffi-

[1] *indultus*] D., originally effusus, but crossed through, and indultus interlined, A.; effusus with indultus written above it, E.

Archbishops of York.

Life of Wilfrid

He gives him the bishopric of Hexham, and monastery of Ripon.

Disagreement of king Alfrith with Wilfrid.

nitione concilii Eboracensem episcopatum, et Ripis monasterium liberaliter indulsit. Stetit hæc inter eos amicitia vix annis v., quoad virosa consilia, in sinibus quorundam confota, eruperunt in publicum. Quibus præventus rex Alfrithus, monasterium Ripense possessionibus propriis mutilans, episcopatum ibi constituere meditabatur, asserens decretis Theodori archiepiscopi consentiendum, non primo et ultimo tempore prolatis, sed illis quæ mediis diebus edicta discordiam agitasse noscuntur. Quibus infensus Wilfridus, ad regem Mertiorum Ethelredum amicum suum discessit. Sub eo ergo plurimo conversatus tempore, Sexwlfo Licitfeldensi episcopo defuncto, episcopatum illum rexit, omnibus provintialibus amandus juxta et reverendus. Plurima vero machinamenta, rege Alfrido et Berhtualdo archiepiscopo, qui Theodoro successerat, in Wilfridum struentibus et deterentibus hoc tandem sedit, ut eum, spe pacis prætenta, vocarent ad concilium. Ibi eum vel blandimentis ad libitum suum inflecterent, vel vi, si non consentiret, opprimerent. Ille doli nescius, et alios ex rectitudine animi sui metiens, ad concilium perrexit; sed longe aliud quam speraverat expertus est. Siquidem, cum eum convitiis et falsis objectionibus criminum diu fatigassent, ad ultimum eum interrogaverunt, si Theodori archiepiscopi decretis obedire vellet. Quorum ille nequitiam persentiscens callido responso frustratus est, dicens se libenter illis Theodori diffinitionibus obediturum quæ sacratis canonibus consonarent. Deinde longa disputatione in ipsos invectus acriter et vere, quod jam per xx^{ti}.ii^{os}. annos præceptis trium apostolicorum Agathonis, Benedicti, Sergii, increduli Theodori archiepiscopi decreta per dissensionem acta diligerent, quievit. Et jam Alfrido surgebant cristæ, adeo ut archiepiscopo diceret: 'Si [f. 62, a.] 'præcipis, pater, opprimam eum per violentiam.' Quod cum etiam inimicis displicuisset, ut tanti nominis vir, et qui eorum fidutia captus ad concilium venisset,

Wilfrid goes to king Ethelred,

who, on the death of Sexwlf, [A.D. 691,] gives him the see of Lichfield.

His enemies pretend reconciliation with him, and invite him to attend a council.

Their false treatment of him.

King Alfrid offers to use violence towards him.

His offer is rejected by the council.

Archbishops of York.

Life of Wilfrid.

They endeavour to persuade him to resign his bishopric.

sustineret oppressionis præjuditium, alio itinere gradiendum putarunt. Itaque quasi pacifice suadere adorsi sunt, ut, quia frequentissimæ dissensiones in ecclesia Dei ejus causa pullulabant, ipse voluntate sua possessionibus et episcopatu cederet, et hanc renuntiationem scripto firmaret. Hoc ejus commendaret famam, hoc accumularet gloriam, si privatus mallet sub quiete degere, quam pro suo pontificatu vel per se vel per alios procellas seditionum movere. Sensit pater in his nimis implicitum negotium, et respondit: Nihil æque ad cumulum infamiæ homini valere quam si se sua dampnet voce. Se primum fuisse qui verum Pascha in Northanimbria, Scottis ejectis, docuerit; qui cantus ecclesiasticos antiphonatim instituerit; qui sanctissimi Benedicti regulam a monachis observari jusserit; pro quibus omnibus nunc senem et .xl^a^. annorum fere pontificem hoc in munere recipere, ut cogatur seipsum scripto dampnare. Nossent ergo se illud non facturum, quod esset sibi dedecus, calamitas subjectis, incommodum cunctis. Quin potius sedem apostolicam appellare, et, si quis eorum[1] ecclesiasticum conflictum præsumeret, eo provocare. Jam ergo septuagenarius, iterum labores, iterum Romam meditabatur. Nec diu moratus mare transiit, viamque permensus urbem introiit. Sustinuitque aliquantis diebus accusatores dum venirent. Qui, cum venissent illi, causam, suam epistolis, ipse quod ad se attinebat, hoc allegavit modo.

He defends his own conduct,

and refuses to resign;

but offers to refer the matter to the pope.

He goes to Rome [A.D. 680].

His accusers follow him.

His letter to pope John VI.

§ 105. 'Domino beatissimo universali papæ Johanni 'Wilfrithus suplex et humilis servus servorum Dei 'episcopus. Cognoscat sanctitas vestra quia, perturba-'tionibus nuper in Britannia ortis ex parte eorum 'qui contra decreta beatissimi Agathonis papæ illius-'que successorum venerabilium patrum sibimet epi-'scopatum et monasteria terrasque cum omnibus

[1] *eorum*] D. E.; interlined, A.

'meis facultatibus usurpabant, compulsus hanc sacro-
'sanctam apostolicam sedem appellavi, contestans
'eos per omnipotentem Deum et beatum Petrum
'apostolum, ut, si quis aliquam accusationem contra
'me haberet, ad vestram præsentiam veniret, sicut
'beatissimi Sergii predecessoris vestri scripta decerne-
'bant. Et ideo petitionem humilitatis meæ gloriosæ
'præsentiæ vestræ offerendam curavi, ut vos largi-
'flua pietatis benivolentia confirmare dignemini,
'quæ a beatissimis antecessoribus vestris erga meam
'parvitatem decreta sunt. Et si quis contra me
'accusator advenerit, per vestram jussionem pro-
'ductus in medium quod voluerit obiciat. Et, si
'quodlibet vel minimum objectum non probabiliter
'cassavero, paratus sum severitatem canonum experiri.
'Deinde rogo ut litteras commendatorias de vestra
'celsitudine ad Egelredum regem Mertiorum adipis-
'car, ut omnia monasteria mea quæ in ejus sunt pro-
'vintia quietem habeant. Ad Alfrithum etiam regem
'Northanimbrorum epistolam habeam, ut omnia mea
'mihi reddat. Quod si forte sibi grave videbitur
'ut episcopatum Eboracensem habeam, prævideat
'apostolica sedes quis ibi habeatur episcopus; ego
'tantum monasteria duo in ea provintia posita,
'Ripis et Hagustaldeie, quæ fundavi, non amittam.
'In fine quoque spondeo me omnibus decretis
'Berhtuualdi archiepiscopi pariturum, quæ contra
'prædecessorum vestrorum fundatissima decreta erga
'meam parvitatem non fuerint.' His cum accusa-
tores, a Berhtwaldo archiepiscopo missi, respondere
jussi essent, hoc primum dixerunt: Esse crimen et
capitale, quod in concilio in Britannia congregato
decretis Berhtwaldi archiepiscopi se non obediturum
Wilfridus contumaciter dixisset. De hoc stans in
medio pontifex se ita expurgavit, ut diceret: Se sic
non indiffinite respondisse, sed his tantummodo pari-
turum quæ contra canonum decreta non essent; esse

Archbishops of York.

Life of Wilfrid.

He demands that his accusers should be produced.

He asks the pope to give him favourable letters to the English kings,

The reply of his accusers.

Wilfrid's answer.

Archbishops of York.

Life of Wilfrid.

His accusers ordered to return home.

autem contra regulas, ut ipse se sine ullo criminis objectu adjudicaret.

§ 106. Hæc tam probabilis et facilis responsio cum lætum plausum Romanis excitasset, jussi sunt accusatores domum redire; dicentibus episcopis, quia quamvis canonibus cautum esset ut accusator primo accusationis capitulo decidens ulterius ad aliorum temptamenta non assurgeret,[1] se tamen pro reverentia Berhtwaldi archiepiscopi non defuturos quin omnia per ordinem discuterent. Factumque est, ut .iiii^or^. mensibus .lxx^ta^. conciliabula coacta, vel propter hoc solum vel propter hoc precipuum, finem gloriosum Wilfrido, ignominiosum accusatoribus, habuerint; Romanis maxima impensa mirantibus illorum impudentiam istius eloquentiam, dum, quicquid accusationum objecissent, ille, nullo excogitato responso, sed Dei et veritatis ipsius fultus auxilio, quasi casses aranearum, primo motu labiorum discuteret et subrueret. Hoc pronius episcopi mirabantur causidicorum audatiam, quomodo ecclesiasticorum graduum immunes, nisi quod unus eorum diaconus esset, præsumerent accusare venerandum senem, .xl^ta^. annorum pontificem, eloquentiæ torrentem. Inter se ergo diu multumque Grecizantes, tandem ad nostra verba conversi, dampnarunt missos dignos carcere, missorem arguerunt stultitiæ, Wilfridum pronuntiarunt exsortem ab omni crimine.

[f. 62, b.]

The bishops assure them that they will consider the matter more fully.

In four months they give their decision in favour of Wilfrid.

They pronounce his accusers worthy of imprisonment.

Our author does not repeat Beda's narrative,

§ 107. Hic subicerem quantum emolumenti[2] causæ illius attulerit sinodus Agathonis papæ lecta, sed et illud quod in Meldis, civitate Frantiæ ab oriente Parisii posita, cum domum rediret infirmitate pressus, visione sanatus sit angelica, nisi Beda venerabilis historicus, dignus pro sermonum sobrietate cui debeat credi, narrationem prevertisset.[3] Nos ab ipso omissa scripturæ

but inserts what he has omitted.

[1] *assurgeret*] D.; assurgerent, but the n crossed through, A.; assurgerent, with n expuncted, E.

[2] *emolumenti*] D.; originally momenti, but e and lu interlined, A. E.

[3] Beda, Hist. Eccles., lib. v. cap. 19.

perstricte inserimus. Quamvis igitur antistes rem obtinuisset, ambiebat tamen Romæ remanere, senilem spiritum sub dominorum apostolorum pedibus effusurus. Restitit pio voto pontificis Johannis ratio, qua diceret eum Angliæ necessarium, ideoque jussit ut quod supererat ævi non in peregrinis auris consumeret, sed patriæ commodis impenderet. Rediit igitur, et apostolicas epistolas regi Mertiorum, jam monacho, Ethelredo attulit. Humiliter ille et genu flexo dignationem salutationis apostolicæ suscepit, et, perlectis kartis, quod tenor earum jubebat, a Kenredo filio fratris Wlfarii, quem sibi regem suffecerat, compleri non gravate obtinuit. Erat enim et ille timore Dei plenus, sicut post quadriennium voluntaria regni abrenuntiatione mundo probatum est. Nec segnius Berhtwaldus archiepiscopus, pacem non aspernanter ambiens,[1] in unanimitatem fraternæ concordiæ accurrit. Exterritum minis apostolicæ sedis aiunt, legatis dampnationem suam gravibus querimoniis aggerentibus, quamvis Wilfridus eos jam adjudicatos precibus exemisset. Solus Alfrithus rex Northanimbrorum obstinatioris animi sententiam terens pervicatiam tenuit. Nuntiis enim ad se ex parte Wilfridi directis, serenum primo responsum retulit, sed depravatus, ut creditur, malivolorum consiliis, quibus suam[2] extra dignitatem nimis indulgebat, redeuntes ad se die condicto tali sententia contristavit: Se quidem legatorum personis, quod essent et vita graves et aspectu honorabiles, honorem, ut parentibus, deferre; ceterum assensum legationi omnino abnuere, quod esset contra rationem homini jam bis a toto Anglorum concilio dampnato, propter quælibet apostolica scripta communicare. Sed nec ipse multo post in vita moratus est[3] tempore. Statim enim, illis

Archbishops of York.

Life of Wilfrid.

Wilfrid's wish to remain at Rome opposed by pope John.

Who says he is required in England.

He accordingly returns, and presents the pope's letters to Ethelred, now a monk [A.D. 704].

Ethelred procures the execution of all that is desired of him.

Archbishop Berhtwald becomes reconciled to Wilfrid.

King Alfrith still perseveres in his obstinacy. Wilfrid sends an embassy to him.

His rely.

[1] *ambiens*] D.; originally amplexus, but the two latter syllables crossed through, and -biens interlined, A.; and so E.

[2] *suam*] D; originally se, but crossed through, and suam added on margin, A.; se underlined, and suam written above it, E.

[3] *est*] D. E.; interlined, A.

Archbishops of York.

Life of Wilfrid.

Mortal illness of Alfrith.

abeuntibus, acerba correptus valitudine ad mortem exercebatur. Amaritudo tormenti rationem olim in animo regali sopitam elicuit, et secundum prophetam: 'Vexatio[1] dedit intellectum auditui.' Intelligens enim se merito inobedientiæ plexum, promisit[2] omnem emendationem facti Wilfrido exhibiturum, si sibi viventi adduci potuisset. Nec cessavit quantum ante præclusam vocem loqui potuit idem promittere, et, si ipse voti effectu careret, heredem suum ut faceret adjurare. Et ille quidem mature defunctus apostolicas litteras se sprevisse sero indoluit, quarum minas effugere non meruit. Quas, quia crebro commemoravi, hic abbreviatas[3] ponere fert animus, ut palam sit [f. 63, a.] quanta miseria involvat mortales, quod illi viri quos sanctissimos celebrat antiquitas, Theodorus, Berhtwaldus, Johannes, Bosa, necnon et Hilda abbatissa, digladiabili odio impetierint Wilfridum Deo, ut ex antedictis probatur, acceptissimum.

His death [A.D. 705].

Letter of pope John VI. to kings Ethelred and Alfrid [A.D. 704].

§ 108. 'Dominis eminentissimis Ethelredo regi Mertio-
'rum et Alfrido regi Deirorum et Bernitiorum Johannes
'papa. De vestræ quidem religionis accessibus, gratia
'Dei cooperante, gaudemus, fervorem fidei cernentes in
'vobis, quam ex prædicatione principis apostolorum,
'Deo vestras animas illuminante, percepistis et effica-
'citer retinetis. Et utinam gaudium nostrum melio-
'rum accessus amplificet.[3] Inextricabilis vero quorum-
'dam dissensio nostros animos afficit, quam oportet
'corrigi, ne apostolicorum præceptorum prævaricatores,
'sed custodes, esse inveniamini. Dudum enim sub
'apostolicæ memoriæ Agathone papa, cum Wilfridus

---

[1] *Vexatio*] Isai. xxviii. v, 19.

[2] *promisit*] D. E.; originally promisit se, but se crossed through, A.

[3] *abbreviatas*] The letter in its complete form will be found in Heddius Stephanus. Malmesbury has not so much abbreviated it as remodelled it in point of style.

[4] *amplificet*] D.; vel ampli letificet, A.; ampli-letificet, E., but the -leti- underlined.

'episcopus pro sua causa sedem hanc appellasset, et 'accusatores a Theodoro sanctæ Cantuariorum ecclesiæ 'archiepiscopo, hinc illuc mandato, et ab Hilda reli- 'giosæ memoriæ abbatissa missi, venissent, episcopi 'tunc, hic de diversis partibus congregati, rem regu- 'lariter quæsierunt et diffinierunt, eandemque sen- 'tentiam successores ejusdem pontificis, prædecessores 'nostri, tenuerunt. Sed neque Theodorus archiepiscopus 'obviasse cognoscitur, qui nunquam postmodum ali- 'quam huc accusationem demandavit. Nunc quoque 'eorum accusationes, qui contra Wilfridum episcopum 'huc de Britannia advenerunt, et ejus excusationes 'apud conventum reverentissimorum episcoporum, qui 'hic inventi sunt, per dies aliquot fieri procuravimus, 'tam de epistolis anterioribus et modernis, quam quæ 'verbialiter partes detulerunt, dum principales per- 'sonæ, de quibus contentio omnis exorta est, hic non 'affuerint, quas necesse est, ut contentio finem acci- 'piat, advenire. Iccirco commonemus Bertuualdum 'archiepiscopum fratrem nostrum, ut sinodum convocet 'una cum Wilfrido episcopo, et Bosam atque Johannem 'in sinodum fatiat convenire, vocesque partium audiat, 'et consideret quid sibi invicem partes valeant appro- 'bare. Et siquidem apud illam sinodum potuerit 'rem determinare, gratum erit nobis. Sin autem, 'moneat eos ad apostolicam sedem accurrere, ut majori 'concilio decidatur, quod hactenus non potuit termi- 'nari. Sciat autem quod quicunque venire contemp- 'serit, seipsum dejectioni summittet, nec hic nec ibi 'pro episcopo amplius suscipiendus. Vestra proinde 'regalis sullimitas fatiat concursum, ut ea quæ, Christo 'aspirante, perspeximus perveniant ad effectum. Qui- 'cunque autem cujuslibet personæ audaci temeritate 'contempserit, non erit a Deo impunitus, neque sine 'dampno celitus alligatus evadet.'

Archbishops of York.

Life of Wilfrid I. Letter of Pope John VI. to kings Alfred and Ethelred, [A.D. 704.]

§ 109. Defuncto ergo Alfrido, Edulfus quidam tiran- nidem meditatus, furorem quoque malesanæ mentis in

Death of Alfrid, [Dec. 14, 705.]

Archbishops of York.

Life of Wilfrid I.

Edulf usurps the government.

Wilfridum evomuit, quasi in vecordiam Alfridi juratus esset. Cum enim eum pontifex quondam recordatus amicum fuisse, non inconsultum estimaret adire, adeo stultus efferbuit, ut eum continuo de regno suo exire juberet, nisi omnibus suis exspoliatus cum dedecore eici mallet. Sed enim post duos menses vita et regno privatus, captivo diademate moribundus humum pulsavit, proceribus regni filium Alfridi Osredum solio restituentibus. Quorum qui maximus fide et auctoritate Berfrithus, summonitus a Berhtwaldo archiepiscopo, concilium[1] in Northanimbria fieri consensit, ut tandem justa Wilfridi causa placabilem terminum acciperet. Ibi ex præceptis apostolicis data est optio episcopis, ut aut Wilfrido in sua episcopatus parte cederent, aut Romam pro sua defensanda causa pergerent. Qui his resultandum putaret, exsors a communione fieret. Episcopis suo more obnitentibus, beatissima virgo Elfleda, soror Alfridi, abbatissa post Hildam de Streneshalh, terminum negotio fixit, dicens: 'Dimissis ambagibus, [f. 63, b.]
'testamentum fratris mei, cui præsens interfui, profero; 'quo, si convalesceret, jussa se apostolicæ sedis incunc-'tanter facturum promisisse, vel quod morte interveni-'ente facere nequiret, heredi suo fatiendum transmisisse 'cognoscitur.' Tum Bertfridus verbis virginis sua conglutinans: 'Ego jussionibus papæ obediendum censeo,' inquit, 'præsertim cum eorum robori accedat et regis 'nostri jussio et nostræ necessitatis sponsio. Namque 'cum nos post mortem ejus, inimicis urgentibus, in 'Bebbanburg inclusi essemus, in obsessionis angusto, 'in vitæ periculo, vovimus Deo impleturos nos jussio-'nem papæ si potuissemus evadere. Vix votum finie-'ramus, et fateor, sacratissime archipresul, statim 'certanti obsequela omnis in nostrum assensum ac-'currit provintia. Puer regius in regem levatus,

His death after two months.

Accession of Osred [I.] the son of Alfrid.

Berfrith, chief of the nobles, summons a council in Northanimbria to settle the claims of Wilfrid. [A.D. 705.]

The bishops ordered either to yield to Wilfrid, or to make their defence at Rome.

Elfleda the sister of Alfrid, abbess of Streneshalh, gives her advice.

Bertfrid approves it.

---

[1] *concilium*] D. E.; concilium fieri, but fieri crossed through, A.

'hostis abactus, tirannus extinctus. Est igitur regiæ 'voluntatis ut episcopus Wilfridus suis revestiatur.' His dictis, emotæ dissensionum nebulæ, serenitas pacis infusa. Cucurrit episcopalis gravitas in amplexum, et concordibus animis quantum superfuit ævi exegit, dimissis Wilfrido duobus cenobiis, Ripis et Hengsteldeheim. Ille inconcussa pace potitus post .iiii^or^. reditus annos, ut Michahel archangelus prædixerat, temptatus est eadem infirmitate, qua quondam in Meldis, tam valide ut subito sensu et voce careret. Sed suis ad Deum orantibus ut saltim ad divisionem rerum suarum loquelam mereretur, resumpsit ingenue, ut et loqueretur continuo, et post dies, salutis vigore refuso, cuncta loca sua obiret. Tum pro frequentibus morbis vicinæ mortis non dubius, quicquid ante in aliquibus bonis tepidius fecisse videbatur, supplevit. Prepositos omnibus cenobiis ordinavit, gazas in .iiii^or^. divisit. Unam et eam optimam portionem Romanæ dandam ecclesiæ, cujus auctoritate cunctis semper injuriis exemptus et honoribus restitutus fuerit. Quod et per se implere, quamvis annis gravis, meditaretur, nisi ferrea quies cogitantem anticiparet. Secundam pauperibus. Tertiam cenobiorum præpositis delegavit, qua potentiorum amicitiam redimerent, qua contrariorum impetum refringerent. Quartam illis qui, laborum suorum individui comites, necdum terras quibus se sustentarent acceperant. Sic, accepta licentia a Ripensibus, quos præcipuo semper amore coluerat,[1] et ceteris Northanimbris, ad colloquium Celredi regis Mertiorum, quo invitabatur, simul ut et monasteriorum suorum quæ in illa regione plurima per indulgentiam regum instituerat, quietem curaret, profectus est. Ibi ergo cunctis circuitis et auctis, exacto anno et semis,

Archbishops of York.

Life of Wilfrid I.

Restoration of Wilfrid.

Conscious of his approaching end he applies himself to good works.

He bequeaths his treasures.

Has an interview with Celred king of the Mercians.

and secures additional benefits and privileges for his religious foundations.

[1] *coluerat*] D.; originally dignatus fuerat, but crossed through, and coluerat interlined, A.; dignatus fuerit underlined, and coluerat added over it, E.

Archbishops of York.

Life of Wilfrid I.

He is seized with a mortal weakness at Oundle, co. Northampton and dies apparently without pain, aged 76, [Oct. 12, 709.]

postquam secundo proximi obitus fuerat ammonitus, apud Inundalum languore irruente agitatus, diem[1] extremum sibi sensit adesse. Paucisque, quantum vires suppetebant, allocutus filios, sacramque benedictionem impertiens, omnis, ut videbatur, expers angoris finem inivit,[2] recensito jam a monachis assidentibus Psalterio usque ad illum versum: 'Emitte[3] Spiritum tuum et 'creabuntur.' Excessit anno ætatis lxx^mo^.vi^to^., quadragesimo .vi^o^. episcopatus; vir pro justitiæ merito multis jactatus periculis, quique in ipsis exiliis non otio deditus, sed cenobiis et episcopatibus fundandis industrius esset.[4] Egregie factus ad promerendam gratiam principum apud quos exularet, idemque pro rigore justitiæ compatriotis regibus odiosus. Reliquit cenobia quot nullus, quæ solus aggregaverat multis dividens heredibus. Corpus ejus in Ripis portatum, et multa reverentia conditum. Ea qua efflavit hora, cantus suavis avium, et plausus alarum in cælum revolantium auditus, nec visus. Id, cum sepe in illa funeris pompa fieret, periti qui aderant voluerunt intelligi quod esset angelorum contio, quæ ad defunctum venisset ex promisso. Lavacro vestis, super quam corpus jacuerat, tacta paralitica soliditatem recepit artuum. Edem in qua obierat cum quidam incendere fuissent aggressi, ignis expavit; quin et visus juvenis speciosus, qui flammam summoveret. Plures post annos Ripis cenobio destructo, Cantiam delatus Wilfridus, inter præcipuos habetur, inter primicerios honoratur.

and in the 46th year of his bishopric.

His character.

He is buried at Ripon.

Miracles.

After the destruction of Ripon [by king Edred, circ. A.D. 950], his body removed to Canterbury, [A.D. 959.]

§ 110. Verumtamen ut ad recensitionem episcoporum, quasi post diuturnam digressionem, in callem[5] regrediar, expulso primitus, ut dictum est, Wilfrido, qui totius Nordanimbrorum regionis erat episcopus, duo pro eo constituti sunt, in Eboraco Bosa, in Haugustald Eata; [f. 64, a.]

The author retraces his narrative to the time of the expulsion of Wilfrid from Nordanimbria. The diocese divided between two bishops; Bosa at York, and Eata at Hexham, [A.D. 678.]

---

[1] *diem*] D.; interlined, A. E.

[2] *angoris finem inivit*] D. E.; finem inivit angoris, A. (b c a)

[3] *Emitte*] Ps. ciii. v. 30.

[4] *esset*] D. E.; interlined, A.

[5] *quasi . . . . . callem*] D. E.; written upon an erasure, A.

defunctoque Eta, Johannes ordinatur pro eo. Tempore vero Alfridi regis rediit in episcopatum totum Wilfridus .v. annis, expulsis Johanne de Haugustaldo et Bosa de Eboraco. Post .v. annos Wilfrido iterum ab Alfrido expulso, illi sedibus suis restituti sunt. Defuncto vero Alfrido, Wilfridus in concordiam receptus sedem apud Haugustaldum habuit, Johanne in Eboracum migrante, quia jam Bosa defunctus erat. Johannes, vir eximiarum virtutum, notissimum prædicatorem habet Bedam in Gestis Anglorum.[1] Sed nec modo minor est laudibus suis, non adhuc defunctus miraculis. Celeberrimum illud habetur, quod habitatores Beverlei, quo loci jacet,[2] pro spectaculo soleant exhibere, tauri ferocissimi, qui, nodosissimis vinculis astricti, magno virorum fortium sudore adducuntur, statim ut cimiterium ingressi fuerint, ita omni feritate sopita conquiescunt, ut oves simplicitate putes. Laxatis ergo nodis dimittuntur per atrium proludere, qui ante quicquid obstabat solebant cornibus et pedibus impetere.[3]

Archbishops of York.

John [of Beverley] succeeds Eata.

and after the death of Bosa goes to York, [A.D. 705.]

His virtues celebrated by Beda.

Miracle of wild bulls shown by the inhabitants of Beverley at his grave there.

§ 111. Ei successit in Eboraco Wilfridus presbyter suus, qui transcendit tempora Bedæ. Nam eum illo anno quo obiit fuisse in Eboraco episcopum asseverat.[4] Quocirca lis inextricabilis inter Cantuarienses et Eboracenses versatur; quia dicant Cantuarienses se Wilfridum seniorem habere, contra Eboracenses contendant hunc juniorem ab archiepiscopo Odone Cantiam translatum.[5]

Wilfrid [II.] succeeds him at York [A.D. 718.]

§ 112. Hoc defuncto, emicuit in pontificale speculum Egbertus, frater Egberhti ejusdem provintiæ regis.

Egbert the brother of the king succeeds Wilfrid, [A.D. 732.]

---

[1] *in Gestis Anglorum*] Hist. Eccles. lib. V. cap. 2–6.

[2] *quo loci jacet*] E.; interlined, A; quo loco jacet, D.

[3] *impetere*] Here B. C. resume the narrative, see p. 211. n. 4.

[4] *asseverat*] A. D. E.; asseverant, B. C., the scribe having apparently mistaken for the letter n a mark of insertion placed over the line in A., by Malmesbury, to indicate the position of the succeeding sentence.

[5] *Quocirca . . . . . translatum*] B. C. D. E.; this sentence added on the outer margin, A.

Archbishops of York.

Is et sua prudentia et germani potentia sedem illam in genuinum statum reformavit. Namque, quod cuivis[1] gesta legenti Anglorum in promptu est, Paulinus apud Rofecestram insigne pallii moriens reliquit. Ceteri post eum urbis præsules nichil simplici episcopi vocabulo altius anhelaverant.[2] At vero Egbertus intronizatus, cogitans animosioris ingenii homo, quod sicut superbum est si appetas indebita, ita ignavum si negligas debita, pallium appellatione apostolica reparavit. Hic omnium liberalium artium armarium, ut ita dicam, fuit, et nobilissimam bibliothecam Eboraci constituit. Cujus rei testem idoneum advoco Alcwinum, qui dixit in epistola ad Karolum Augustum: 'Date[3] mihi exquisitiores eruditionis scolasticæ 'libellos, quales in patria habui per bonam et devotis-'simam magistri mei Egberti[4] archiepiscopi industriam. 'Et, si placet excellentiæ vestræ, remittam aliquos ex 'pueris nostris, qui excipiant inde quæque necessaria, 'et revehant in Frantiam flores Britanniæ.' Sepultus est cum fratre suo in una porticu apud Eboracum, post .xxx^ta^.vi. annos episcopatus.

His love of the arts.

He founds a noble library at York.

Letter of Alcuin to Charlemagne in proof of this, [A.D. 796].

He is buried at York in the 36th year of his episcopate, [Nov. A.D. 766.]

Cena.

Eanbald.

§ 113. Hujus successori Cene[5] substitutus est Eanbaldus, præfati Albini discipulus industrius. Unde in epistola ad eundem dixit: 'Laus[6] et gloria Deo, qui dies 'meos in prosperitate bona conservavit, ut in exaltatione 'filii mei karissimi gauderem, qui laboraret vice mea 'in ecclesia ubi ego nutritus et eruditus fueram, 'præesse thesauris sapientiæ, in quibus me magister 'meus dilectus archiepiscopus Egbertus heredem re-'liquit.' Ipse est Eanbaldus, qui cum Ethelardo

His good offices to Ethelard arch-

---

[1] *cuivis*] A. C. D.; cujus, B.; civis, E.

[2] *anhelaverant*] D. E.; anelaverant, with h interlined, A.; anelaverant, B. C.

[3] *Date*] Alc. Epist. xliij.

[4] *Egberti*] D.; interlined, A.; added on margin, E.; omitted, B. C.

[5] *Cene*] A. C. E.; Cene, B.; senex, D.

[6] *Laus*] Alc. Epist. lvj. *ad init*.

archiepiscopo Cantuariensi mutuis probitatis offitiis invasionem, quam Offa rex Mertiorum super Cantuariensem ecclesiam fecerat, ad nichilum redegit. Quod Albinus[1] significare videtur[2] in epistola ad eundem Adelardum, ita dicens: 'Audiens[3] salutem et prospe-
'ritatem vestram et conventum cum Eboracensi archi-
'episcopo filio meo Eanbaldo, satis mihi placuit spe-
'ranti ex vestræ colloquio sanctitatis unitatem sanctæ
'ecclesiæ recompaginari, quæ partim[4] discissa est
'non rationabili consideratione sed quadam potestatis
'cupiditate.'

Archbishops of York.

bishop of Canterbury.

The event alluded to in letter from Albinus to Ethelard, [A.D. 798].

§ 114. Post eum hi fuerunt archiepiscopi, Wlfsius, Wimundus, Wlfere, Ethelbald, Rodewald, Wlstanus. Hic tempore regis Edmundi fratris Ethelstani pertinatioribus studiis iram ejus emeritus, quod Danis contra eum rebellantibus faveret, ita licet[5] quietum et benignum excitavit animum, ut eum in vincla coniceret. Sed non multo post actus penitudine et respectu clericalis reverentiæ indempnem abire permisit, quamvis ille datam sibi veniam indignatus, vitam e vestigio exierit.

Names of Eanbald's successors.

Wlstan, bishop temp. king Edmund the brother of of Ethelstan.

He favours the Danes in their rebellion.

The king imprisons, but afterwards releases him.

His death, [A.D. 956.]

§ 115. Post eum Oskitel gradum accipiens honoris, floruit temporibus Edredi, et Eduii, et Edgari regum, habuitque successores Oswaldum, Aldulfum, Wlstanum, qui omnes episcopi etiam Wigornienses fuere, hac de causa. Oswaldus, non exili progenie oriundus, utpote
[f. 64, b.] Odonis archiepiscopi nepos, apud Floriacum in Gallia alteratus est in monachum. Familiari per id temporis Anglis consuetudine ut, si qui boni afflati essent desiderio, in beatissimi Benedicti monasterio cenobialem susciperent habitum, a quo religionis hujusce manavit exordium. In hoc ergo loco juventutis fregit

Oskitel succeeds Wlstan.

Names of his successors.

Bishop Oswald becomes a monk at Fleury.

---

[1] *Albinus*] At first Albini epistola, but -i epistola crossed through, and -us interlined, A.

[2] *videtur*] A. D. E.; videtur velle, B.; videtur significare velle, C.

[3] *Audiens*] Alc. Epist. lxxvij.

[4] *partim*] A. D. E.; parum, B. C.

[5] *licet*] Interlined, A.

Archbishops of York.

Oswald at first refuses the invitation of his uncle archbishop Odo to come to England.

But hearing of his illness he sets forth.

Hearing of the death of his uncle, he goes to his kinsman Oskitel, archbishop of York.

Dunstan notices his holiness and abilities.

And obtains for him the bishopric of Worcester, [A.D. 960.]

Oswald's plan for establishing monachism there.

He founds the monastery of St. Mary's, Worcester [A.D. 969.]

The king gives him the see of York, [A.D. 972.]

lubricum, multis annis religioni et litteris serviendo. Et licet ab archiepiscopo invitaretur, crebris restitit epistolis, prætendens causam novitatis in veste, teneritudinis in religione. Nec, nisi tarde venit, nuntio egri et jam decumbentis avunculi percussus. Jam ergo Dofris appulsus, ut defunctum audivit, minimum abfuit quin statim Floriacum rediret. Sed ammonitu sotiorum necessitudines parentum non negligendas, post justa sancto archiepiscopo soluta, ad archiepiscopum Eboracensem Oskitellum, quem proximo consanguinitatis gradu attingebat, venit. Ejus dulcedine captus non paucis annis religione et contubernio ejus fruitus est. Interea Dunstanus Wigorniensi[1] et Lundoniensi episcopatibus decedens Cantiam transiit. Qui sanctitatis et efficatiæ Oswaldi non nescius, Wigornensem episcopatum ipsi a rege impetravit. Ille paulatim considerans in clericorum ibi consistentium animis boni materiam inesse, si quis eam hortando animare[2] nosset, non eos turbulente repulit, sed sanctissima circumvenit arte. Nam, quia sedes episcopalis Sancti Petri famulabatur honori, alteram in eodem cimiterio in genitricis Dei nomine fecit ecclesiam. Ubi, dum monachos posuisset, libentius cum eis conversari, familiarius divina officia exercere. Quod videns populus, qui benedictionibus tam religiosi episcopi carere nefas immane duceret, omnis eo accurrere. Ita clerici in medio relicti, maluerunt monachorum vestem suscipere quam sibi dispendio, plebi ludibrio esse. Ex eo tempore dedit locum janitrici cæli claviger paradisi pulchro inter celicolas commertio, zelo nullo. Hujuscemodi rumoris aura multam Oswaldo amicitiam apud regem conflavit et proceres. Rex consilio Dunstani vacuatam

[1] *Wigorniensi*] originally ex Wigorniensi, but ex crossed through, A.

[2] *animare*] D.; originally exculpere et effigiare, but crossed through, and animare interlined, A. E.; exculpere et effigiare, B. C.

episcopo Eboracum viro implevit, qui barbariem gentis moderari pro antiquo convictu probe nosset. Nec tamen Wigornensi sedi renuntiare permissus est, ne monachorum recens habitatio altoris sui destitueretur fomento. Optimates summissi viro esse, certatim possessiones ad monasteria quæ non extabant fundanda, ad ea quæ deciderant sullevanda, offerre. De quibus, cum se locus obtulerit, quantum competere videbitur, dicam. Preterea litteris excellentes viros in Angliam evocatos munificenter curare, ne illo bono fraudaret patriam, sine quo cetera bona pene mihi videntur inania. Quorum unus fuit Abbo Floriacensis monachus, qui multam scientiæ frugem Angliæ invexit, qui passionem Edmundi martiris,[1] jubente Dunstano archiepiscopo, plenitudini litterarum adjecit. Is postea domum reversus, et ibidem abbas constitutus,[2] severitati religionis sedulus astitit. Quem morem cum in cella quadam cenobii Floriacensis, quæ in Wasconia posita, hodieque ad regulam dicitur, exercere contenderet, non tulit id Guasconica[3] ferocitas, sed lancea exanimatum[4] superis transmisere. At Osuualdus multis annis utrique suffitiens episcopatui, magis ad Wigorniam ventitabat. Supervixit .v. annis Dunstano, .x. Athelwoldo; tantamque sui ammirationem Angliæ præbuit, ut solus eos[5] exhibere videretur, auctoritate illum, efficatia istum, ambos sanctimonia. Pridie quam excederet, Wigorniæ pro foribus ecclesiæ astans diu

Archbishops of York.

Oswald does not resign the see of Worcester.

The nobles give him possessions for building and sustaining monasteries.

He encourages literary men to come to England.

Among them Abbo, a monk of Fleuri,

who writes a history of Edmund the martyr.

Abbo returns home,

and is killed by the Guascons, [Nov. 13, 1004.]

Oswald dies after surviving Dunstan five and Ethelstan ten years.

Anecdote of him at Worcester on the day before his death.

---

[1] *passionem Edmundi martiris*] Printed in Surius, Vitæ Sanctorum, iv. 440 (Nov. 20).

[2] *et ibidem abbas constitutus*] B. C. D.; originally ibidem abbas constitutus est, but et inserted, and est crossed through, A.; ibidem abbas constitutus, with et interlined, E.

[3] *Guasconica*] A.; Wasconia, B. C. D.; Guasconia, E.

[4] *lancea exanimatum*] D.; originally clam, ut fertur, eliso gutture, but crossed through, and lancea exanimatum interlined, and likewise added, for the sake of greater clearness, on the outer margin, A.; clam ut fertur eliso gutture, but underlined, and lancea exanimatum written above it, E.; clam ut fertur eliso gutture, B. C.

[5] *eos*] B. C. D. E.; interlined, A.

Archbishops of York.

suspexit cælum,[1] letabiliter illacrimatus. Percunctantibus, qui aderant, quid ita irreverberato lumine cælum aspectaret, respondit: 'Sinite me, fratres, aspicere 'quo intendo pergere. Velox est depositio corporis 'mei, et tempus resolutionis meæ instat.' Mirati sunt illi, quia nec ante aliquam suspitionem egrotantis dedisset, sed etiam largiori curæ corporis indulsisset.

Death of Oswald, [Feb. 29, 993.]

Sed postero die, cum pro more, lotis pauperum pedibus, himnum diceret: 'Gloria Patri, et Filio, et Spiritui 'Sancto,' in ipsa genuflexione vitali spiritu privatus est.

He is buried in the church of St. Mary at Worcester.

His body translated after 12 years.

Tunc in ecclesia beatæ Mariæ sepultus, post .xii. annos, signis divinitus ostensis, a terra elatus est. Quid sane miraculi sit, quod, toto corpore in pulverem obsumpto, stola sacerdotalis, qua fuerat amictus, corruptelæ usque ad hunc diem dampnum non sentiat, divino reservetur examini! Successit ei in utraque sede[3] Aldulfus ex abbate Burchensi, sanctus, ut perhibent, vir et reverendus. Ipsi[4] pro sanctitate ignoscitur quod contra regulas canonum duas sedes tenuerit, quia scilicet hoc non ambitione sed necessitate fecerit. Wlstano non ita, qui sanctitate discrepabat et habitu. Jacet Aldulfus Wigorniæ, etiam Floriacensi monasterio pro copia xeniorum, quibus Oswaldi munificentiam emulari sategit, predicandus. Post Wlstanum [f. 65, a.] suscepit sedem Eboracensem Elfricus, Wigornensem Lefsius. Elfricus tempore Cnuti et Hardacnuti[5] fuit; habeturque in hoc detestabilis, quod Hardacnutus ejus consilio fratris sui Haroldi cadavere defosso caput truncari, et infami mortalibus exemplo in Tamensem proici jussit. Quin et Wigorniensibus pro repulsa episcopatus infensus, auctor Hardacnuto fuit ut, quia pertinatius illi exactoribus regiorum vectigalium ob-

Aldulf abbot of Peterborough succeeds him.

He also holds the two sees of Worcester and York.

Is buried at Worcester, [A.D. 1002.]

After Wlstan [II.] Elfric holds the see of York, Lefsius that of Worcester.

By the advice of the former, Hardacnut decapitates and throws into the Thames the body of his brother Harold, and burns and ravages the city of Worcester, [A.D. 1041.]

---

[1] *cælum*] A. D. E.; in cælum, B. C.

[2] *sede*] C. D.; interlined, A. E.; omitted, B.

[3] *Ipsi*] A. D. E.; Illi, B. C.

[4] *Hardacnuti*] A. E.; Hardecnuti, B. C. D.

stiterant, urbem incenderet, fortunas civium abraderet. Elfrico Kinsius. Illi quoque Aldredus suffectus est, ante ex monacho Wintoniensi Wigorniensis[1] episcopus. Qui simplicitati regis Eduardi illudens, moremque antecessorum magis pecunia quam ratione allegans, archiepiscopatum Eboracensem non intermissa priori sede suscepit. Dispositoque apud regem consilio, Romam pertendit, comitatus duobus episcopis electis, Gisone Wellensi et Waltero Herefordensi, necnon et Tostino comite Nordanhimbrorum.[2] Comitem Nicholaus papa gratiose suscepit, et eum in sinodo, quam contra simoniacos coegerat, sibi a latere assidere fecit. Gisonem et Walterum voti compotes reddidit,[3] qui essent non usquequaque contempnendæ scientiæ, et nullius notati ignominia[4] simoniæ. Aldredum, suapte[5] responsione culpabilem utrobique repertum, omni honore severus expoliavit. Ita differenti effectu cum regrederentur, una pariter erumna omnes[6] involvit. Nam prædonibus irruentibus, præter simplices vestes expoliati omnibus[7] ad nummi[8] valens corporibus tantum illesis Romam refugere. Hæc calamitas peperit Aldredo recuperandorum occasionem honorum. Tostinus quoque, gravibus verborum contumeliis apostolicum aggressus, in sententiam sibi placitam reduxit. Parum metuendam a longinquis gentibus ejus excommunicationem, quam propinqui la-

Archbishops of York.

Kinsius, Aldred.

Aldred holds the sees both of York and Worcester, [A.D. 1060.]

He goes to Rome accompanied by Giso and Walter, bishops elect of Wells and Hereford, and earl Tostinus.

Council of Rome, [A.D. 1061.]

Pope Nicolas degrades Aldred from his bishoprics.

The travellers being stripped by robbers on their journey home, fly back to Rome.

The event the occasion of Aldred's restoration.

Tostinus inveighs against the papal sentence.

---

[1] *Wigorniensis*] written originally with the Saxon w [p]. W being interlined, probably, as a guide to the scribe, A.

[2] *Nordanhimbrorum*] A.; Northanimbrorum, B. D. E.; Northanhimbrorum, C.

[3] *reddidit*] D.; added on margin, A.; omitted, B. C.; interlined, E.

[4] *ignominia*] A. D. E.; infamia, B. C.

[5] *suapte*] A. D. E.; sua, B. C.

[6] *omnes*] interlined, A. E.; omitted, B. C. D.

[7] *præter simplices vestes expoliati omnibus*] omnibus præter simplices vestes expoliati, B. C.; and so originally in A., but the change in the position of omnibus indicated; preter simplices vestes exspoliatis omnibus, D. E.

[8] *nummi*] C.; nūmi, A. B.; nummum, D.; numeri, E.

Archbishops of York.

trunculi deriderent. In suplices eum[1] furere, in rebelles parum valere. Aut sua sibi per ejus auctoritatem[2] reddenda, aut per ejus fraudulentiam constaret amissa. Futurum, ut hæc rex Anglorum audiens tributum sancti Petri merito Nicholai[3] subtraheret, se non defuturum rerum veritati exaggerandæ. Hoc minarum fulmine Romani territi, papam flexerunt ut Aldredo archiepiscopatum redderet et pallium; impium esse, si et inglorius et vastatus repatriaret. Fecit ille quod monebat ratio, hac moderationis libra adjecta, ut Wigorniensi sedi proprius antistes accederet. Abierunt ergo domum incolumes, magna et diffusa in omnes apostolici liberalitate, de dampno priori consolati. Consecuti sunt abeuntes Romanorum legati, qui sanctissimum Wlstanum per consensum Aldredi Uuigornie ordinaverunt episcopum. Nec enim a Stigando, tunc Cantuariensi nominetenus archiepiscopo, quisquam bonus pontificale munus susciperet, qui non per hostium in ovile ovium intrasset. Qui, quamvis sepe a sede vocaretur apostolica, tamen[4] nunc dilationibus nunc muneribus eludebat omnia, donec veniret rex Willelmus, quem nulla corrumpere posset tergiversationis astutia.[5] Is Stigandum palam notabilem reddidit, nolens ab eo sacramentum regiæ benedictionis suscipere. Exoratus Aldredus consecrationem egit, exacto prius coram omni populo jurejurando, quod se modeste erga subjectos ageret, et æquo jure Anglos quo Francos tractaret. Itaque illum, quamdiu erga suos temperiem habuit, dilexit ut prolem, veneratus est ut regem. Sed cum importabilis tributi pensum a provintialibus exigeret,

and says that the king of England would refuse Peter's pence to Pope Nicholas [II.].

The Roman court persuade the pope to reappoint Aldred to York,

and another bishop to Worcester.

Aldred and his companions return home joyfully.

Legates from Rome follow them to consecrate Wlstan bishop of Worcester, [A.D. 1062.]

No worthy person had been consecrated by Stigand.

King William refuses to receive the benediction from Stigand, and is consecrated by Aldred, who exacts an oath from the king that he will dispense the same law to the English and the French.

---

[1] *eum*] A. D. E.; omitted, B. C.

[2] *auctoritatem*] A. C. D. E.; auctoritate, B.

[3] *Nicholai*] A. B. D. E.; Nicholao, C.

[4] *tamen*] A.; omitted, B. D.; am̄ tunc, E.; nunc tamen, C.

[5] *quem nulla corrumpere posset tergiversationis astutia*] A. D. E.; quem nulla tergiversationis posset corrumpere astusia, B. C.

convenit eum per legatos antistes. Quos egre admissos cum turbulento responso abegisset, non moratus ille maledictionis telum in illum et omnem ejus vibravit progeniem. Prefatus posse se maledictionem dare merito, qui benedictionem dedisset immerito. Quod cum relatum regi esset, amicorum ammonitione delinitus misit qui episcopum exorarent. Veruntamen prævenerat nuntios mors antistitis, qui ex egritudine animi, ut plerumque fit, contracto morbo decubuerat et obierat. Libertas animi ejus in uno verbo enituit præclare, quod Anglice apponam, quia Latina verba non sicut Anglica concinnitati respondent. Ursus erat vicecomes Wigorniæ a rege constitutus, qui in ipsis pene faucibus monachorum castellum construxit, adeo ut fossatum cimiterii partem decideret. Querela ad archiepiscopum, qui tutor esset episcopatus, delata est. Ille cum vidisset Ursum, his verbis adorsus est: 'Hattest þu Urs, haue þu Godes [f. 65, b.] kurs.' Eleganter in his verbis sed dure nominum eufoniæ alludens: 'Vocaris,' inquit, 'Ursus, habeas Dei 'maledictionem, et,' quod Anglice non apposui, 'meam et omnium consecratorum capitum, nisi castel- 'lum hinc amoveris. Et scias profecto quod progenies 'tua non diu de terra Sanctæ Mariæ hereditabitur.' Dixit ille implenda, quæ nos videmus impleta. Siquidem non multis annis filius ejus Rogerius, paternarum possessionum compos, gravi regis Henrici indignatione pulsus est, quod quendam ex ministris regiis præcipiti furore jussisset interimi.

Archbishops of York.

Rupture between him and Aldred.

The archbishop curses the king.

The king sends to mollify him.

Aldred dies, [Sept. 11, 1069] before the arrival of the king's messengers.

How Urse [d'Abitot], sheriff of Worcester, built his castle close up to the monastery.

The archbishop curses him unless he removes it.

The curse fulfilled.

§ 116. Aldredo defuncto et in Eboraco sepulto, clades illa, quam prædixi, secuta est e vestigio, jussu Willelmi regis inflicta. Et tunc quidem omnis nobilitas popularis emarcuit, falce belli demessa; nam jam olim tempore Danorum monasteria per totam provintiam vice siderum micantia pessumierant. Stant adhuc semiruti parietes, qui sint non delectationi[1] oculo, sed

Aldred buried at York.

National misfortunes after his death.

The monasteries throughout the province fall into ruin.

[1] *delectationi*] A. D. E.; delectationis, B. C.

Archbishops of York.

There was the monastery of Wearmouth, [co. Durham.]

There too was Streneshalh now called Whitby, [co. Durham.]

The bodies of Trumwine bishop of Whithern, king Oswy, and others found there.

tristitiæ monumento. Ibi fuit olim apud Wiremuthe monasterium, Bedæ et multorum litteratorum virorum nobile gimnasium. Ibi Streneshalh sanctarum virginum choro, beatorum antistitum et egregiorum regum mausoleis insigne, quod nunc Witebi dictum, semisopitos cineres in vitam, quorundam industria satagente, suscitat. Inventaque sunt noviter et in eminentiam elata sanctorum corpora, Trumwini episcopi, Oswii regis, et Elfledæ filiæ ejus, quæ eidem monasterio post Hildam[1] præfuit, necnon et illius monachi quem divino munere scientiam cantus accepisse Beda refert. Cujus non fuisse apud Deum populare meritum miracula modo multa, ut ferunt, superne demissa, prætendunt inditium. Unde necessario illius provintiæ monasteria non evolvo, quia vel vetusta omnino diruta, vel, si nova, adhuc ignota. Quamvis hoc opere non omnia per Angliam enumeranda susceperim, nisi quæ sint pro indigenarum sanctorum corporibus majoris famæ, altioris gloriæ. Huc accedit, quod quædam nostræ notitiæ occulit memoriæ vetustas, quædam constructionis novitas; ista provintiæ longinquitas, illa sanctorum in eis requiescentium pro miraculorum raritate obscuritas. Quibus omnibus etsi ex necessitate stili nostri deest offitium, parum tamen nostrum suspirabunt silentium, cum fuerint olim vel Dei voluntate vel sua industria propalata. Interea, dum diversamur in hac provintia, successit animo episcoporum Haugustaldensium, et ad Candidam Casam, quod Anglice Witerne dicitur, non reticere nomina. Quia enim, quondam archiepiscopatui Eboracensi subjecti, ad tempus non excurrerunt nostrum, recte in referendo proprium non occupant locum. Furtim ergo se archiepiscopis immisceant, ut, eorum contubernio sociati, commemoratione non careant.

The author does not describe the monasteries of the province, because the old ones are decayed, the new not of sufficient note.

The bishops of Hexham and Witerne worthy of mention.

The see formerly subject to the archbishop of York.

---

[1] *Hildam*] A. D. E.; Hildam abbatissam, B. C.

§ 117. Hengstaldeheim[1] vocatur locus .xv. ab[2] Eboraco milibus disparatus. Fisco regio famulabatur, quando eum beatæ memoriæ Wilfridus a beatissima Etheldrida[3] regina pro aliis possessionibus commutavit. Ibi edifitia minaci altitudine murorum erecta, et diversis anfractibus per cocleas circumducta, mirabile quantum expolivit. Arbitratu quidem multa proprio, sed et cementariorum, quos ex Roma spes munificentiæ attraxerat, magisterio. Ferebaturque tunc in populo celebre, scriptisque etiam est inditum, nusquam citra Alpes tale esse edifitium. Nunc qui Roma veniunt idem allegant, ut qui Haugustaldensem[4] fabricam vident ambitionem Romanam se imaginari jurent. Adeo tot temporum et bellorum injuriæ venustatem edifitiis non tulere. Primus ibi fuit episcopus Wilfridus. Quo violenter ejecto, subrogati sunt Eata, Tumbert, Johannes. At vero, Wilfrido reverso, et post receptionem sedis defuncto, successit Acca, vir in primis industrius et sanctus. Utrarumque rerum astipulator est idoneus Beda, cujus instinctu et favore multa, ut notum est, elaboravit volumina. Veruntamen non prosperiore fortuna usum quam magistrum ex cronicis accepi, pulsumque post obitum Bedæ triennio a sede sua, incertum
[f. 66, a.] an regressum. Acce Fredebert. Ei Tilbert.[5] Ipsi quoque Ethelbriht[6] successit. Ad hunc et congregationem ejus est epistola Albini, in qua inter cætera dicit: 'O nobi-
'lissima[7] sanctorum progenies patrum, illorum honoris
'venerabilisque vitæ successores, et pulcherrimorum

Bishops of Hexham.

Remarkable buildings at Hexham.

Unaffected by the ravages of time or war.

The names of its early bishops.

Acca succeeds Wilfrid, [A.D. 709.]

He is expelled from the see three years after Beda's death.

It is uncertain whether he ever returned.

Names of his successors, Fredebert Tilbert, Ethelbriht.

Letter of Albinus to Ethelbriht.

---

[1] *Hengstaldeheim*] A. E.; Hagustaldehem, B.; Augustaldeham, C.; Haugustaldehen, D.

[2] *xv. ab*] A. E.; .lxx.·xiiii. ab, B.; octoginta quatuor ab, C.; quindecim, D.

[3] *Etheldrida*] A. C. E.; Æthelditha, B.; Etheldritha, D.

[4] *Haugustaldensem*] A. E.; Hagustaldensem, B.; Augustaldensem, C. D.

[5] *Ei Tilbert*] Frithbert died Dec. 23, 766. His successor was Alhmund, consecrated 767, died Sep. 7, 781. Tilbert succeeded, being consecrated Oct. 2, 781. See Stubbs, Reg. Sacr. Anglie.

[6] *Ethelbriht*] A. E.; Ethelbrith, B.; Ethelbricthus, C.; Ethelbrithc, D.

O nobilissima] Alc. Epist. clxxviij.

Bishops of Hexham and Whithern.

Three bishops only after him.

The Danes burn the town after the flight of the inhabitants.

Hexham now a vill of the archbishop of York.

Of the bishops of Whitern, and its situation on the confines of Scotland.

Ninia the confessor, the first preacher of Christianity in those parts, buried there.

Formerly called Candida Casa, from its church of polished stone.

Testimony of Albinus to the virtues of bishop Ninia.

'habitatores locorum, vestrorum sequimini vestigia pa-
'trum, ut de his pulcherrimis habitationibus ad horum
'qui vos genuerunt æternæ beatitudinis consortium per-
'venire mereamini.' Post Ethelbrihtum[1] tres tantum episcopi Haugustaldenses[2] fuere, Herdred, Eanberhtus, Tidfrid.[3] Exercitus enim Danorum, qui jam tempore Albini metuebatur, ut alias diximus et dicemus, veniens, habitatoribus extinctis vel effugatis,[4] habitaculorum tecta succendit, et secreta cælo exposuit. Nunc est Hengsteldeham[5] villa archiepiscopi Eboracensis.

§ 118. Candida Casa vocatur locus in extremis Angliæ juxta Scottiam finibus, ubi beatus Ninia confessor requiescit, natione Brito,[6] qui primus ibidem Christi prædicationem evangelizavit. Nomen loco ex opere inditum, quod ecclesiam ibi ex lapide polito Britonibus[7] miraculo[8] fecerit. Sanctum hunc Niniam præclarum virtutibus experta est antiquitas, sicut scribit Albinus in epistola ad fratres ejusdem loci dicens: 'Deprecor[9] vestræ pietatis unanimitatem, ut nostri nomi-
'nis habeatis memoriam in ecclesia sanctissimi patris
'vestri Niniæ episcopi, qui multis claruit virtutibus,
'sicut mihi nuper delatum est[10] per carmina metricæ
'artis, quæ nobis per fideles nostros discipulos Ebo-
'racensis ecclesiæ scolasticos directa sunt, in quibus et
'fatientis cognovi eruditionem, et fatientis miracula

---

[1] *Ethelbrihtum*] A. E.; Ethelbrithtum, B.; jam dictum Ethelbricthum, C.; Ethelbrithum, D.

[2] *Haugustaldenses*] A. D. E.; Hagustaldenses, B.; Augustaldenses, C.

[3] *Tidfrid*] A.; Tulfrid, B.; Tulfridus, C.; Tidfridid, D. E.

[4] *extinctis vel effugatis*] After extinctis, and written in a small hand above the line, are the words hic incipe in E., apparently as a direction to a scribe to commence a new page at nec effugatis.

[5] *Hengsteldeham*] A.; Hestoldeham, B. C.; Haugustaldeam, D.; Hengsteldeam, E.

[6] *Brito*] A. C. E; Britto, B. D.

[7] *Britonibus*] A. D. E.; Brittonibus, B. C.

[8] *miraculo*] A. B. C.; miraculum, D. E.

[9] *Deprecor*] Alc. Epist. Fragm. i.

[10] *est*] B. C. D. E.; interlined, A.

'sanctitatem.'[1] Ibi sub extremo Bedæ tempore primus factus est episcopus Pehtelmus, qui multo ante tempore in Westsaxonia commoratus, sanctissimi Aldelmi discipulatui interesse meruerat. Eum subsecuti sunt Frithewald,[2] Pectwine, Ethelbriht,[3] Beadulf. Nec præterea plures[4] alicubi reperio, quod cito defecerit episcopatus, quia extrema, ut dixi, Anglorum ora[5] est, et Scottorum vel Pictorum depopulationi oportuna. His igitur, quæ prætermittere consilium non erat, decursis, ad Eboracum regredietur oratio.

Archbishops of York.

Pehtelm the first bishop.

Names of his successors.

Failure of the see through its exposure to the incursions of the Scots or Picts. The author returns to the history of the see of York.

§ 116. Anno ab Incarnatione Domini millesimo .lxx°., Thomas canonicus Baiocensis a Willelmo rege archiepiscopus Eboraco datus est, permansitque in honore annis .xxx^ta^. Omni vita integer, et cui nichil vel in gestis vel in dictis succenseri debeat, nisi quod primo archiepiscopatus tempore, in causa primatus Cantuariensis, magis errore quam pertinatia certavit. Cujus rei exitum primus liber Gestorum Pontificalium absolvit.[6] Elegantia, personatus spectabilis, desiderio videntibus erat; juvenis, vigore et æqualitate membrorum commodus; senex, vivido fatiei rubore et capillis[7] cigneus. Liberalitate sua successores contristavit, ut qui multam episcopalium terrarum partem in clericorum usum nimie, ut dicunt, prodigus distraxerit. Clerum

Thomas, a canon of Bayeux, made archbishop by king William, A.D. 1070.

His character and personal appearance.

His liberality towards his clergy.

---

[1] *Sanctum hunc . . . . miracula sanctitatem*] This passage originally followed the words illibatumque servari in A., (p. 259, l. 4;) its present position being indicated by Malmesbury's ordinary sign of transposition. It is added on the margin of E., a mark (⊖) being placed after miraculum fecerit, to shew where it should come in. It follows miraculo fecerit in B. C. D., as in the text.

[2] *Frithewald*] A. D. E.; Fridewald, B.; Fridewaldus, C.

[3] *Ethelbriht*] A. D. E.; Ethelbrith, B.; Ethelbricthus, C.

[4] *Nec præterea plures*] The latest mention of Beadulf appears to be in A.D. 795, when he assisted at the coronation of Eardwulf, king of Northumbria. Gilaldanus was consecrated bishop of Whithern in A.D. 1133.

[5] *ora*] A.; hora, B. C. D.; h̄ora, E.

[6] *absolvit*] Supra, Lib. i. § 25.

[7] *et capillis*] D.; interlined, A.; omitted, B. C.; added on margin, E.

Archbishops of York.

Thomas of Bayeux, composed hymns.

suffitientem opibus et litteris adunavit; ecclesiam a fundamentis inchoatam consummavit. Celibatum ejus nunquam sinister rumor aspersit. Philosophis antiquis scientia comparandus, nec elatus. Sermone et vultu comis, moribus dulcis. Nec cantu nec voce minor, multa ecclesiastica composuit carmina. Si quis in auditu ejus arte joculatoria[1] aliquid vocale sonaret, statim illud in divinas laudes effigiare.[2] Illud apud clericos quam maxime agere, ut masculam in ecclesia musicam[3] haberent, nec quicquam effeminate defringentes, Tenero,[4] ut Persius ait, supplantarent verba palato. Ævo igitur et honore sæculi et gratia Dei habunde plenus, obiit anno primo Henrici regis, in Novembri, cum eum antea in Augusto ad regem coronasset, propter absentiam Cantuariensis archiepiscopi.

His death, Nov. 18, A.D. 1100.

Girard, bishop of Hereford, succeeds him.

He delays subjection to Anselm archbishop of Canterbury.

§ 117. Nec mora[5] Girardus, nepos Walkelini episcopi Wintoniensis, qui erat episcopus Herefordensis, electus est et introductus in archiepiscopum. Qui dum cunctaretur subici primati Cantuariensi, has ei litteras misit Paschalis papa.

Letter of pope Paschal [II.] to him [Dec. 12, 1102].

'Paschalis papa, servus servorum Dei, venerabili fratri 'Eboracensi episcopo Girardo salutem et apostolicam 'benedictionem. Quanquam prave contra nos, immo 'contra matrem tuam sanctam Romanam ecclesiam te 'non ignoremus egisse, præsentibus tibi tamen litteris 'mandamus, ut professionem tuam venerabili fratri 'nostro Anselmo Cantuariensi archiepiscopo facere non 'negligas. Audivimus enim Thomam quondam prædecessorem tuum ex hac eadem re contentionem movisse, et cum in præsentia domni Alexandri papæ 'secundi ventilata esset, ex præcepto ejus diffinitione

He commands Girard to obey Anselm according to precedent.

---

[1] *arte joculatoria*] D.; arti joculatorie indulgens, originally, but corrected as in text, A. E.; arti joculatoriæ indulgens, B. C.

[2] *effigiare*] A. D. E.; effigiaret, B. C.

[3] *musicam*] A. D. E.; musimum, B.; virilem in ecclesia vocem, C.

[4] *Tenero*] Tenero supplantat verba palato, Sat. i. l. 35.

[5] *Nec mora*] B. C. D. E. Nec mora electus est, originally, but electus est crossed through, A.

'habita, post varias disquisitiones[1] Lanfranco prædecessori suo et successoribus suis[2] eandem professionem fecisse. Unde et nos, quod tunc temporis diffinitum est, volumus, auctore Deo, firmum illibatumque servari.'

Archbishops of York.

Girard, archbishop.

[f. 66, b.] § 118. Hanc epistolam directam sibi Girardus non legit, quia necesse non fuit. Prevenerat ipse jussum apostolicum, et hortatu regis Anselmo in manum dederat servaturum se ipsi eandem professionem in archiepiscopatu Eboracensi quam fecerat in episcopatu Herefordensi. Nequitia autem qua eum papa notat hæc fuit, quod a Roma[3] cum pallio regressus mendatio suo sedem apostolicam infecit, dicens regi quod si se in aliis ecclesiastice ageret, investituras ecclesiarum ab eo fieri[4] æquanimiter papa[5] toleraret. Litterarum non nescius, in eloquentia diffusus.[6] Decessit insperate, morbo quidem sed[7] levi antea tactus.[8] Nam cum aliquantulum eger in quodam viridario domui suæ vicino cubitaret, ut salubriore aura,[9] quam suave halantes herbarum flores animarent, foris frueretur, jussit ut astantes domum secederent, corporis curæ interim provisuri. Abierunt illi, et post epulas reversi fleverunt dominum exanimem. Utinam hæc rumor finxerit, nec homo pontificalis gratiæ sic obi-

Girard does not read the letter, having previously submitted to Anselm.

His character, and sudden death [May 21, A.D. 1108].

---

[1] *disquisitiones*] D.; diffinitiones, but corrected into disquisitiones, A.; diffinitiones, B. C.; diffinitiones, with disquisitiones written above it, E.

[2] *suis*] A. D. E.; tuis, B.; ejus, C.

[3] *a Roma*] B. C. D. E.; originally cum a Roma, but cum crossed through, A.

[4] *ab eo fieri*] C. D. E.; interlined, A.; ab eo with fieri interlined, B.

[5] *papa*] B. C. D. E.; interlined, A.

[6] *diffusus*] D. E.; after this word, there is in A. a blank erasure of three lines;—Ceterum, vel rei veritate vel rumorum licentia parum diffinio, multorum criminum et maxime libidini obnoxius erat. Qui etiam maleficiis dicitur inservire, quod Julium Firmicum secreto et pro meridianis horis lectitaret, B. C.

[7] *sed*] A. D. E.; omitted, B.; sed levi omitted, C.

[8] *antea tactus*] A. D. E.; ante attactus, B.; antea attactus, C.

[9] *aura*] B. C. D. E.; originally aura foris, but the latter word crossed through, A.

Archbishops of York.

Thomas, archbishop.

The canons of York refuse him burial in the church.

But Thomas his successor has the body removed there.

When elected archbishop he declines to go to Canterbury for consecration.

ret.[1] Certe canonici Eboracenses, ne in ecclesia sepeliretur pertinacissime restitere, vix ignobilem cespitem cadaveri præ foribus inici passi. Quamvis post aliquot annos Thomas successor ejus, indignitatem facti leniens, in ecclesia ipsum juxta prædecessores suos eminentissime tumulaverit. Is filius Samsonis Wigornensis episcopi, dum in archiepiscopatum electus, ad consecrationem suam suscipiendam pro more Cantuariam venire invitaretur ab Anselmo, primo benigne respondit. Grates se quod vocaretur agere, sed indutias petere, ad tam magnum apparatum immodico sumptu[2] opus esse. Secundo accitus vi se et rationibus clericorum suorum teneri renuntiavit. Tertio etiam per episcopos Lundoniensem et Rofensem conventus omnino negavit. Quare Anselmus cum de consilio[3] Thomæ Paschalem papam certum fecisset, et defectus ipse corporis viribus cæleste iter acceleraret, scripsit Thomæ epistolam, quam etiam omnibus episcopis Angliæ singulam singulis cum suo sigillo misit, ut scirent qualiter se erga Thomam agere deberent.

Anselm informs pope Paschal [II.] of his refusal.

Anselm's letter to Thomas archbishop elect of York.

He interdicts him from the performance of any priestly functions,

§ 119. 'Anselmus, minister[4] ecclesiæ Cantuariensis, 'Thomæ electo archiepiscopo Eboracensi. Tibi, Thoma, 'in conspectu Dei omnipotentis, ego Anselmus archi-'episcopus Cantuariæ[5] et totius Britanniæ primas 'loquor, ex parte[6] ipsius[7] Dei sacerdotale offitium, 'quod meo jussu in parrochia mea per suffraganeum 'meum suscepisti, tibi interdico; atque præcipio ne te

---

[1] *exanimem . . . obiret*] D. E.; after exanimem there is a blank erasure of half a line in A.; exanimem, et pulvillo, ut ferunt, appositum curiosarum artium codicem. Utinam hæc rumor finxerit, nec tantum virum pontificalis gratiæ polluerit, B. C.

[2] *sumptu*] D.; added on margin, A.; omitted, B. C.; interlined, E.

[3] *consilio*] D. E.; rebellione, B. C.; an erasure in A., with *consilio* added on margin.

[4] *Anselmus, minister*] Anselm. Epist. clv.

[5] *Cantuariæ*] D. E.; Cant̃, A.; Cantuariensis, B.; omitted, C.

[6] *ex parte*] originally loquens ex parte, but loquens crossed through, A.; and underlined, E.; loquens ex parte, B. C. D.

[7] *ipsius*] A. D. E.; illius, B. C.

'de aliqua cura pastorali ullo modo præsumas intro-
'mittere, donec a rebellione quam contra ecclesiam
'Cantuariensem incepisti,[1] discedas, et ei subjectionem,
'quam antecessores tui, Thomas videlicet et Girardus
'archiepiscopi, ex antiqua antecessorum consuetudine
'professi sunt, profitearis. Quod si in his quæ cepisti
'magis perseverare quam ab eis desistere delegeris,
'omnibus episcopis totius Britanniæ sub perpetuo
'anathemate interdico, ne tibi ullus eorum manus ad
'promotionem pontificatus imponat, vel si[2] ab externis
'promotus[3] fueris, pro episcopo vel in aliqua Christiana
'communione te suscipiat. Tibi quoque Thoma sub
'eodem anathemate ex parte Dei interdico, ut nun-
'quam benedictionem episcopatus Eboracensis suscipias,
'nisi prius professionem, quam antecessores tui Thomas
'et Girardus ecclesiæ Cantuariensi fecerunt, fatias. Si
'autem episcopatum Eboracensem ex toto dimiseris, con-
'cedo ut offitio sacerdotali, quod jam suscepisti, utaris.'[4]

Archbishops of York.

Thomas, archbishop.

until he desists from his rebellion against the see of Canterbury.

But says that if he will give up the bishopric of York he may officiate as a priest.

§ 120. Erat tunc[5] rex Normanniæ.[6] Qui cum in reg-
[f. 67, a.] num redisset, ventilare causam cepit. Lectaque est ante
eum epistola prohibitionis Anselmi, et ab episcopis omni-
bus Angliæ suscepta et approbata; quamvis susceptionem
ejus ad regalis potentiæ contemptum retorquere comes
de Mellento nisus esset. Tantus autem episcoporum
in hoc[7] fuit consensus, non refragante etiam patre
Thomæ Wigornensi antistite, ut mallent omni honore
spoliari quam præcepta patris sui Anselmi transgredi.
Confirmavit religionem illorum principalis assensus,
cum subjecit: 'Quicquid aliorum sententia ferat, ego
'patris Anselmi excommunicationi nec ad horam sub-

Anselm's letter read to the king, and approved by the bishops.

Robert earl of Meullent regards it as an insult to the king.

But all the bishops support Anselm.

Opinion of prince [William].

[1] *incepisti*] B. C. D.; originally incepistis, but the s erased, A. E.

[2] *si*] A. B. C.; sibi, D. E.

[3] *promotus*] A. C.; omitted, D. E.

[4] *utaris*] D. E. After utaris there is a blank erasure of two lines and a half in A.; utaris. Egit Thomas arte, ut hanc epistolam vivo Anselmo, qui post paucos dies decessit, non susciperet. Qua tamen suscepta, risum increpuit, et ait: 'Mortuus est; et cum eo mandata sua 'mortua sunt,' B. C.

[5] *tunc*] A. B. C.; enim, D. E.

[6] *rex Normanniæ*] D. E.; and on an erasure, A.; Henricus Normanniæ, B. C.

[7] *in hoc*] A. D. E.; omitted, B. C.

Archbishops of York.

Thomas, archbishop.

'jacere aliquatenus volo. Itaque quia præter epistolam[1] Anselmi sunt privilegia sedis apostolicæ, sunt diffinitiones ante patrem meum et matrem, cum consilio totius regni statutæ, quibus auctoritas Cantuariensis ecclesiæ nititur, eligat Thomas aut subjectionem ecclesiæ Cantuariensi facere, aut episcopatui valefacere.' Cessit ille non rationi sed potentiæ; factaque professione subjectionis suæ Cantuariensi ecclesiæ, suscepit a ministro, Ricardo scilicet Lundoniensi episcopo, quod detrectaverat suscipere a magistro. De facilitate ergo credulitatis in clericos sero doluit, exulceratam quantum vixit deferens conscientiam quod benedictione Anselmi fuerit privatus.

Thomas at length yields,

and is consecrated by Richard bishop of London [June 27, A.D. 1109].

Is invested with the pall by cardinal Odolric [Ulric.]

§ 121. Erat tunc temporis in Anglia Odolricus[2] quidam cardinalis, qui pallium Eboracensis ecclesiæ attulerat, per Anselmi consilium dandum. Sed cum eum jam obisse invenisset, herebat animo, incertus quid faceret. Sedata ergo omni[3] per potestatem regis controversia, decretum[4] ut Eboracum ab eodem cardinale deportaretur pallium. Factum est, et redimitus Thomas pallio in archiepiscopum eminuit.[5] Expers, ut credebatur, ab adolescentia feminearum sed et obscenitatum omnium. Dapsilis exemplo sui ad omnes, prædicandæ pietatis et favoris in clericos. Decessit juvenis vix .iiii^or.[6] annis functus gradu.[7]

His virtuous life.

His death [Feb. 24, A.D. 1114].

Turstan succeeds him.

He refuses to make his profession to Ralph archbishop of Canterbury, and at the instance of the king resigns.

§ 122. Successit Turstanus mirandæ[8] constantiæ clericus. Qui, cum post aliquot annos acceptæ electionis professionem Radulfo archiepiscopo Cantuariæ facere nollet, volente rege ultro archiepiscopatui cessit. Sed

---

[1] *epistolam*] A. D. E.; ecclesiam, B. C.

[2] *Odolricus*] Cf. Ciaconius, i. col. 914. Florence of Worcester, ii. p. 60, ed. Thorpe.

[3] *omni*] A. E.; omitted, B. C.; eam with final m crossed through and expuncted, D.

[4] *decretum*] A. B.; decretum est, C. D. E.

[5] *eminuit*] A. D. E.; emicuit, eminuit, B.; emicuit, C.

[6] *vix .iiii^or.*] A.; in xiiii., D.; in xiiii^or., E.

[7] *gradu*] A. D. E. After gradu the word sacerdotali has been improperly added in A., in a hand of the xvth cent.

[8] *mirandæ*] mirandæ, predicandæ, A.; predicandæ, D. E.

clericorum suorum monitu[1] postea Romam profectus, hanc epistolam meruit.[2]

Archbishops of York.

Turstan, archbishop.

He goes to Rome.

Letter of Paschal II. to king Henry I. [April 5 A.D. 1117].

[f. 67, b.] § 123. 'Pascalis episcopus, servus servorum Dei, 'dilecto filio Henrico, illustri regi Anglorum, salutem 'et apostolicam benedictionem. Nos, auctore Deo, 'de probitate tua non tantum bona sed et meliora 'confidimus. Iccirco monemus excellentiam tuam ut 'divinæ gratiæ memor semper existas, quæ tibi et 'regni pacem et justitiæ notitiam tribuit. Honorem

---

[1] *monitu*] E.; interlined, A.; sed .... profectus, written over an erasure, D.

[2] *Dapsilis exemplo .... epistolam meruit*] D. E.; after ad omnes there is an erasure of half a page in A., the words from prædicandæ . . . sacerdotali being written upon the commencement of it, the remainder left blank. Dapsilis exemplo sui ad omnes. Prepinguis et fedæ corpulentiæ, ut vix ambulare posset suspiriosus. Unde et corrupta luxu materia celeritatem mortis conscivit, ut juvenis immaturo disjungeretur obitu. Alia dicitur festinatæ mortis occasio, quam secretior prodit relatio. Habetur in Gloecestra ecclesia beati Oswaldi regis sub potestate archiepiscopi Eboracensis ecclesiæ, qua adhuc, ex veteri more quo episcopatui Wigornensi dominati sunt, tres quos nominavi archiepiscopos resedisse arbitror. Terras enim omnes illic appendices, præter exiguum victum canonicorum qui remanserunt, Thomas senior, cujus hic erat nepos, monachis in Sancti Petri monasterio conversantibus dedit. Id monasterium Aldredus archiepiscopus in vicem alterius quod possidebat construxerat. Quia ergo fama pro vero vulgaverat martyris ossa in ecclesia illa scrinio inclusa, ardebat Thomas veritatem rei oculis experiri. Suadentibus quibusdam ut precibus premissis et solenni jejunio indicto religionem aggrederetur, castitatis suæ conscius neglexit. Summo igitur diluculo jam pransus, scrinio effracto, extraxit ossa, firmavit oculis animi credulitatem. Continuoque templum egressus, valetudinem letalem incidit. Qua invalescente per dies, post .iiii^or^. menses animam dereliquit.

De Turstino archiepiscopo.

Substitutus a rege Turstanus, Radulfo Cantuariensi archiepiscopo non abnuente, antecessorum pertinatiam fovit, nolens subjectionem matri ecclesiæ profiteri. Quare, redargutus a rege, honorem ultro abjecit, pronuntians voluntario sacramento non se ulterius, vel violenter vel callide, sedem illam clamaturum. Concessit ergo in domum suam privatus post medium annum et eo plus accepti archiepiscopatus. Sed cum solitis obsequiis se destitutum videret, eger ámbitione secularium animus, facti penituit. Quocirca regem ultra mare profectum sponte secutus est, sperans se modestia regali revestiendum. Verum cum aliquanto tempore spem consumpsisset inanem, per clericos ecclesiæ qui probe negotio insistebant, hæc epistola regi a papa Paschali missa est,—B. C.

Archbishops of York.

Turstan, archbishop.

'igitur Dei et ecclesiarum ejus in regno tuo diligenter observa, et justitiam efficaciter exequere; quia per honorem Dei tuus profecto augebitur. Audivimus electum Eboracensis ecclesiæ, virum sapientem et strenuum, sine juditio ab Eboracensi sequestratum ecclesia; quod nimirum divinæ justitiæ et sanctorum patrum institutionibus adversatur. Nos quidem neque Cantuariensem ecclesiam minui, neque Eboracensem volumus præjuditium pati, sed eam constitutionem, quæ a beato Gregorio, Anglicæ gentis apostolo, inter easdem ecclesias constituta est, firmam censemus illibatamque servari. Idem ergo electus, ut justitia exigit, ad suam ecclesiam omnimodis revocetur. Si quid autem quæstionis inter easdem ecclesias nascitur, præsentibus utrisque partibus, in nostra præsentia pertractetur.'

Turstan is to be recalled to his see.

And any further disputes to be argued before the pope in person.

§ 124. Hac epistola fretus Turstanus sedem suam libens repetiit.[1] Augebatur interea in dies discidium inter eum et Radulfum archiepiscopum, quia Radulfus nullis delinimentis,[2] nullis minis adduci potuerat ut ei manus imponeret, nisi professionem faceret; nec Turstanus id se facturum pro capitis periculo pollicebatur. Successori ergo Paschalis papæ Gelasio, citra montes venienti, ambo statuerunt occurrere, causarum suarum patrocinio affuturi. Sed mors apostolici non diu prolongata, tardavit eorum impetum, donec Calixtus, qui ei successerat, Remis ad celebrandum venit concilium. Eo Turstanus impiger contendit, pollicitus[3] regi nichil se contra decus ecclesiæ Cantuariensis moliturum. Quod, mox ut oportunum vidit, oblitus effregit, ab apostolico contra omnes consuetudines

Turstan returns to his see.

Continued disagreement between him and Ralph.

They both determine to appeal to pope Gelasius II.

But his death prevents this [Jan. 29, 1119].

His successor, Calixtus II. arrives at Rheims to hold a council [A.D. 1119].

Turstan joins him there,

---

[1] *repetiit*] D. E.; after repetiit is a blank erasure of a line, A.; repetiit, qua volens cesserat, licet aliud clerici auribus papæ insusurrassent, B.; cui volens, etc., C.

[2] *delinimentis*] A. C. E.; delimentis, B.; deliniamentis, D.

[3] *pollicitus*] D. E.; after pollicitus, there is a blank erasure of a word, A.; pollicitus juramento, B. C.

majorum benedictionem episcopalem suscipiens. Precesserat sane Turstanum ad papam legatus regis idemque frater[1] Radulfi, Sefredus, postea Cicestrensis episcopus, denuntiaturus papæ ne ullo modo Turstanum aut ipse sacraret, aut ab aliquo, nisi a pontifice Cantuariorum secundum antiquum morem, sacrari permitteret. Et, si contra hoc ipse apostolatus sui jure niti vellet, certus existeret, quia nec pro amissione coronæ suæ propositum suum in hac causa mutaret. His respondit apostolicus: 'Ne putet rex me de quo 'agit negotio aliter acturum quam ipse velit. Neque 'enim ad hoc umquam voluntas mea me tulit, ut 'Cantuariensis ecclesiæ dignitatem, cui tot præclari 'patres, ut pene toti mundo notissimum est,[2] præ-'sederunt, quoquomodo humiliem.' His blanditiis persuasus legatus, reditum maturavit. Post cujus discessum apostolicus Romanorum jussis obnoxius, qui in amicitiam Turstini[3] transierant, eum sacravit; palam illud interdicente Johanne archidiacono Cantuariense. Responditque ei[4] apostolicus: 'Nullam injustitiam ec-'clesiæ Cantuariensi facere volumus, sed salva justitia 'et dignitate illius, quod proposuimus, exsequamur.' Frivolum id audientes judicaverunt, cum dissideret factum a dicto.[5]

Archbishops of York.

Turstan archbishop.

and contrary to his promise receives his benediction as a bishop.

Sefred, the king's legate, had gone to persuade the pope not to consecrate him.

The pope promises to do nothing contrary to the wishes of the king,

or the dignity of the see of Canterbury.

The legate returns home.

After which the pope consecrates him [Oct. 19, 1119], John archdeacon of Canterbury protesting against it.

§ 125. Hoc audito, rex Turstano interdixit omni dominationis suæ terra. Quam severitatem nec tunc voluit diminuere, cum eum apud Gisortium præsens interpellasset apostolicus, asserens se de fide qua se rex obligatum esse dicebat, eum auctoritate beati Petri soluturum. Quod cum frustra fuisset, tunc quidem res inpacata remansit. Sed sequenti anno, cum jam prefatus papa,

The king banishes Turstan.

---

[1] *frater*] D. E.; added on margin, A.; omitted, B. C.

[2] *notissimum est*] A. D. E.; notum est, B. C.

[3] *Turstini*] D. E.; an erasure, with Turstini written upon it, A.; Turstini, donis ejus illecti, B. C.

[4] *ei*] A. D. E.; omitted, B. C.

[5] *factum a dicto*] A. D. E.; dictum a facto, B. C.

Archbishops of York.

Turstan, archbishop.

The pope by his threats induces the king to reinstate Turstan,

who dies four years after king Henry [Feb. 5, A.D. 1140],

having first renounced his bishopric, and become a monk at Pontefract.

in sede apostolatus corroboratus, liberius quæ vellet disponeret, misit[1] epistolam, qua jubebatur ut aut Turstanus episcopatu suo potiretur, aut rex anathemate et pontifex Cantuariensis suspensione sacerdotalis offitii plecterentur. Hic metus coegit regem cepto desistere; receptusque est Turstanus in sede. Ita ille, quamvis Radulfus et successor ejus Willelmus multa conarentur, multa effunderent, omnes eorum allegationes instantia sua dissolvit, et irritas fecit. Obiit sanctissime post exactum quadriennium mortis Henrici regis, abrenuntians prius episcopatui, et monachus factus apud Pontem Fractum cellam Cluniaci.[2]

De Episcopis Dunelmi.

Of the bishops of Lindisfarne and Durham.

Lindisfarne the only northern see which now acknowledges the supremacy of York.

Lindisfarne an island, called also Halieland.

The bishopric founded by St. Aidan [A.D. 635].

Names of his successors.

Cuthbert the most renowned of them.

His body still remains uncorrupted.

§ 126. Ex omnibus episcopatibus qui quondam in [f. 68, a.] Northanhimbria positi principatum Eboracensium suspitiebant, solus ille, qui apud Lindisfarne fuit, remansit. Lindisfarne est insula exigua, quæ nunc a provintialibus Halieland vocatur, quam sanctissimus Aidanus appetitor silentii et sanctæ paupertatis in sedem episcopatus, spreta illa Eboracensis frequentiæ pompa, elegit. Viri tenuitatem et modestiam secuti sunt successores, Finanus, Colmanus, Tuda, Eata. Celeberrimus et illibato adhuc corpore pausans eximius Cuthbertus, qui solus hanc gratiam meruerit,[3] quod nunquam ejus incorruptio vel in quæstionem venerit. Edberht,[4] qui pro maximæ[5] sanctitatis præro-

---

[1] *misit*] D.; written on an erasure, A.; impetrauit, underlined and with misit written above it, E.; impetrauit, B. C.

[2] *Obiit sanctissime . . . Cluniaci*] D.; added on the lower margin of A., (in the handwriting of our author, but in a different ink from the rest of the page, probably at the time of Turstan's death); added on margin of E.; omitted, B. C.

[3] *meruerit*] A. B.; meruit, C. D. E.

[4] *Edberht*] A. E.; Edbert, B.; Edbertus, C.; Edberth, D.

[5] *pro maximæ*] A. E.; proximæ, B. C. D.

gativa meruit in tumulo sepeliri quem antecessor suus felicissimæ memoriæ .xi. annis integro consecraverit[1] cadavere, eventum cito secuturæ mortis et sepulturæ predixit ipse[2] allatis ad se sacratissimis induviis, quæ tot annis infossæ labem putredinis evaserant. Hæc Beda[3] in vita beati Cuthberti latissime exsequitur. Edfridus, cujus jussu et rogatu idem historiographus felicem Cuthbertum tam oratione rethorica quam dulcedine metrica extulit. Ethelwold, Cinewlf, Higebald.[4] Hujus tempore depopulati sunt Dani insulam, ut nec sacrosanctis parcerent altaribus, sicut manifestum facit epistola Albini ad eundem in hunc modum:

Bishops of Lindisfarne.

When Edberht was buried in the same place, eleven years after Cuthbert, Cuthbert's garments were still perfect [A.D. 698.]

The account amply given in Beda's Life of Cuthbert.

Names of Cuthbert's successors.

The island ravaged by the Danes in the time of Higebald.

§ 127. 'Beatissimi[5] patris Cudberti[6] episcopi optimis 'in Christo filiis Higbaldo episcopo et omni congre- 'gationi Lindisfarnensis ecclesiæ Alchuinus diaconus 'salutem. Vestræ karitatis familiaritas præsentem 'me multum letificare solebat, sed versa vice vestræ 'tribulationis calamitas, licet absentem, multum me 'contristat, quod pagani contaminaverunt sanctuaria[7] 'Dei, et fuderunt sanguinem sanctorum in circuitu 'altaris, calcaverunt corpora sanctorum in templo '"quasi sterquilinium in platea."[8] Quæ est fidutia 'ecclesiis Britanniæ, si sanctus Cuthbertus cum tanto 'sanctorum numero suam non defendit ecclesiam?' Et cætera, quibus hortatur ne, a moribus antecessorum degeneres, vestium luxui et gulæ intemperiei professionis suæ reverentiam decolorent. Pro transgressione divinæ legis accidisse talia, accessuraque deteriora, si perseverandum in vetitis putaverint. Adicit etiam in epistolæ calce: 'Cum dominus noster rex 'Karolus, hostibus per misericordiam Dei subditis,

Letter of condolence from Alcuin to bishop Higbald [A.D. 793].

His warning against extravagance in dress, and gluttony.

---

[1] *consecraverit*] A. E.; consecravit, B. C.; consecraverat, D.

[2] *ipse*] A. D. E.; ille, B. C.

[3] *Beda*] Vita S. Cudbercti, cap. 42.

[4] *Higebald*] A. D. E.; Higelbald, B.; Higelbaldus, C.

[5] *Beatissimi*] Alc. Epist. ix.

[6] *Cudberti*] A.; Cuthberti, B. C. D. E.

[7] *sanctuaria*] A. D. E.; sancta altaria, B. C.

[8] *platea*] quasi stercus in medio platearum, Isai. v. 25.

Bishops of Lindisfarne — Higbald bishop.

'domum revertetur, nos, Deo juvante, ad eum venire 'disponimus, et, si quid tunc vel de pueris qui in 'captivitatem ducti sunt a paganis, vel de aliis necessitatibus vestris proficere poterimus, diligenter ad effectum perducere curabimus.'

Letter of Alcuin to king Ethelred [A.D. 793].

§ 128. Item ad Edelredum[1] regem: 'Ecce[2] ecclesia 'Sancti Cuthberti, sacerdotum Dei sanguine aspersa, 'omnibus spoliata ornamentis,[3] locus cunctis in Britannia venerabilior, paganis gentibus datur ad debellandum. Et ubi primum post discessum sancti Paulini 'ab Eboraco Christiana religio in Norðanhimbrorum 'gente sumpsit exordium, ibi miseriæ et calamitatis 'cepit initium.'

It is determined that the bodies of the saints shall be removed for safety to the mainland.

They start with Cuthbert's corpse for Ireland, but being prevented by adverse winds,

bury the body at Ubbenford,

where it lay till the time of king Ethelred.

Miracles wrought by the saint.

§ 129. Quapropter, pensato consilio, decretum est, ut ab insula illa quæ esset maritimorum predonum hiatibus exposita, corpora sanctorum in continentem transferrentur. Tunc beatum magni Cuthberti corpus cum quidam religioso, ut putabant, furto Hiberniam transvehere ambirent, perdiderunt fructum operæ, dum aut multis diebus ventum operirentur in litore, aut flatu aliquantum concitatiore in altum provecti statim repellerentur. Quocirca cum honore debito sacrum corpus apud Ubbenford,[4] incertum an episcopatus sedem, deposuere juxta amnem Twda.[5] Jacuit ibi multis annis, usque ad adventum Ethelredi regis. Nec tamen interim in adjutorio provintialium feriabatur, sed per totam Angliam vagabatur miraculis; quorum unum si retulero, non ab re, ut estimo, fecero. Eo insignius, quo illud in clarissima persona ostensum totius Angliæ libertatem reduxit, servitutem exuit.

---

[1] *Edelredum*] A. E.; Elredum, B.; Aldredum, C.; Ethelredum, D.

[2] *Ecce*] Alc. Epist. xiii. See the succeeding fragment of this Epistle, Quid significat, etc., supra, p. 209.

[3] *ornamentis*] A. D. E.; indumentis, B. C.

[4] *Ubbenford*] A. B.; Hubbenford, C.; Bubbedford, D. E. Named probably after Ubba, the son of Ragnar Lodbrôk, Saxon Chron. ad ann. 870. Ubbanford afterwards changed its name to Norham, which it still retains. See Raine's North Durham, p. 256.

[5] *Twda*] A. E.; Twida, B. C.; Twuda, D.

Bishops of Lindisfarne.

§ 130. Erat rex Elfredus barbarorum infestatione ad hoc redactus inopiæ, ut in insula quadam parvissima, quæ vocatur Adelingenie, lateret inglorius. Dixi superius[1] de hac insula in Gestis pontificum Wellensium. [f. 68, b.] Ibi ergo quadam die cum domi soporatus jaceret, dolor enim animi somnum imperaverat, sotiis per oram fluminis dispersis, ecce beatus Cuthbertus dormientem alloquitur: 'Ego sum Cuthbertus, Lindisfarnensis quon-'dam antistes. Misit me Deus, ut prospera tibi an-'nuntiem. Quia enim Anglia jamdudum peccatorum 'penas enormiter luit, modo tandem indigenarum sanc-'torum meritis super eam misericordiæ suæ oculo re-'spicit. Tu quoque tam miserabiliter regno extorris, 'gloriose post paucum tempus in solio reponeris. 'Atque adeo signum eximium tibi dabo. Venient ho-'die piscatores tui, magnam vim grandium piscium 'corbibus evehentes. Quod eo erit mirabilius, quia 'his diebus, gelante aqua, stagnum asperatum nichil 'tale sperari permittit. Super hæc gelido rore stil-'lans aer omnem piscantium artem eludit. Verum 'tu fortunæ secundæ veri[2] compos, regaliter feceris, 'si adjutorem tuum Deum et me ejus nuntium com-'petenti devotione demerueris.' Hæc dicens sanctus regem soporatum sollicitudinibus exuit, matremque prope cubantem ejusdem nuntii letitia confortavit. Experrecti ambo unum et idem se somniasse frequenti recursu verborum iterabant, cum piscatores ingressi copia innumerabili piscium fidem somnio fecere. Nec multo post ille et regnum et regni gloriam recepit, sicut latius in gestis ejus[3] diximus. Hignbaldo[4] hi successere: Egbert, Erdulf, Cutheard, Milred,[5] Wihtred,

He appears to king Alfred in the island of Athelney,

and foretels his restoration to his kingdom.

The prophecy fulfilled.

Hignbald's successors.

---

[1] *dixi superius*] Gesta Pontif., lib. ii. § 92.

[2] *veri*] A. D.; omitted, B. C.; interlined, E.

[3] *in gestis ejus*] Gesta Regum, lib. ii. § 121.

[4] *Hignbaldo*] A.; Hingbaldo, B. E.; Higelbaldo, C.; Hingbaldoch, D.

[5] *Milred*] A. B. C. D. E. This bishop's name is stated to be Tilred, see Stubbs, Regist. Sacr. Angl., and Le Neve's Fasti, ed. Hardy.

Bishops of Durham.

Edmund made bishop by a chance occurrence [A.D. 1020].

Uhtred,[1] Sexhelm, Aldredus, Assius,[2] Aldhun, Edmund, qui quantumvis mirabili casu in episcopum creatus est. Electio enim olim præsulum et abbatum tempore Anglorum penes clericos et monachos erat. Monachi ad corpus sancti Cuthberti non serviebant, quamvis episcopi consuetudinaliter monachi essent, ad exemplum sanctissimi patris qui monachus clericis præfuerat.

A synod held at the death of bishop Aldhun for electing his successor.

The clergy present unable to agree.

Edmund coming by chance suggests that they should elect him.

To his astonishment they adopt the suggestion.

Defuncto ergo Aldhuno antistite, clerici consederant, de rectoris futuri electione consultantes, nec, ut fit in talibus, quicquam certi pro scismate partium diffinientes. Tum Edmundus, quem nullus accersiendum putaverat, cunctantibus superveniens, consuetaque usus facetia: 'Me,' inquit, 'accipite, et episcopum facite.' Illi omnes, quasi divinitus accensis spiritibus, rapuerunt ex ore illius verbum, quasi divinum oraculum.[3] Stupentemque et dicti penitentem, utpote qui mallet lusum pilæ quam usum cucullæ, monachum fecerunt, et[4] regi Egelredo,[5] qui tunc regnabat, in episcopum sibi postulaverunt. Omine felici fuit hæc facta prolusio, ut commemorant indigenæ loci.

King Egelred confirms the appointment.

Prosperity of the church under his rule.

Translation of St. Cuthbert's body to Durham.

Regis enim serenitas, quod petebatur, annuit, et propitia divinitas, quod sperabatur, implevit. Sub eo enim præsule, multum in modum ecclesiæ promovit prosperitas. Corpus sanctum Dunelmum delatum. Basilica ibidem a fundamentis consummata. Multa præterea, quæ nullo umquam apud cives ævo fallax consumet oblivio.

Position and castle of Durham.

Dunelmum est collis, ab una vallis planitie paulatim et molli clivo turgescens in cumulum. Et licet situ edito et prærupto rupium omnem aditum excludat hostium, tamen ibi moderni collibus imposuerunt castellum. Ad radices pedis castelli defluit amnis piscosus, et ut plera-

---

[1] *Uhtred*] A. D. E.; omitted, B. C.

[2] *Assius*] A. B. C.; Alsius, D. E.

[3] *oraculum*] A. B. C.; miraculum, D. E.

[4] *monachum fecerunt, et*] B. C. D. E.; interlined, A.

[5] *et regi Egelredo*] A. E.; regi Cnutoni, B.; a rege Cnuthone, C.; et rege Ethelredo, D.

que et omnia pene Northaimbriæ[1] flumina. Ita enim Isitius in partibus occidentalibus et aquilonalibus Angliæ superfluit, ut rustici projectis piscibus sues pascant.

Bishops of Durham.

§ 131. Post Edmundum fuerunt Edred, Egeluuinus, Egelricus. Quorum ultimus sub rege Willelmo rebellionis accusatus, quod turbasset pacem regiam piraticam adorsus, perpetuo exilio Westmonasterium deportatus est. Ibi, quantum vixit voluntaria inedia et lacrimarum affluentia præteritos reatus attenuans et diluens, sanctitatis opinionem apud homines concepit. Denique ab his qui eum viderunt posteris memoriam tradentibus, hodieque tumulus ejus nec votis nec frequentia petitorum caret.

Names of Edmund's successors.

Egelric, bishop temp. king William, is deported to Westminster. [A.D. 1070].

Is honoured after his death. [A.D. 1072].

§ 132. Superpositus[2] est adhuc viventi Walkerus, qui esset dux pariter provintiæ et episcopus, frenaretque rebellionem gentis gladio, et formaret mores eloquio. Qui, dum id[3] exsequeretur sedule, indigne peremptus, occasionem dedit regi ut provintiæ illius reliquias, quæ aliquantulum respiraverant, funditus exterminaret. Causa cedis hæc fuit: Prefecerat episcopus rebus forensibus Gillebertum cognatum, interioribus Leobinum clericum, ambos in rebus commissis strenuos, sed effrenes. Tolerabat episcopus eorum immodestiam gratia strenuitatis inductus, et quia eos elevarat, cumulum benignitatis augebat. Indulget enim natura sibi, placidoque favore assentatur[4] suis ipsa muneribus. Is Leobinus Liulfum[5] beatissimi Cuthberti[6] ministrum, adeo dilectum ut ipse sanctus coram vigilanti assistens placita imperaret, hunc, inquam, Leobinus per Gillebertum obtruncari fecit; livore ictus, quod amplioris

Duke Walker becomes bishop [A.D. 1071].

He is slain while executing his office [May 14, A.D. 1080].

The king in his anger suppresses the province.

Account of the bishop's murder.

Gillebert and Leobinus the bishop's officers.

They kill Liulf.

---

[1] *Northaimbriæ*] A.; Northanhimbriæ, B.; Northamimbrie, D. E.; ut pleraque alia et omnia Northanhimbrorum, C.

[2] *Superpositus*] D. E.; Super Impositus, A.; Impositus, B. C.

[3] *id*] B. C. D. E.; interlined, A.

[4] *assentatur*] D.; originally indulget, but crossed through, and *assentatur* interlined, A. E.; indulget, B. C.

[5] *Liulfum*] B. C. D.; interlined, A.; added on margin, E.

[6] *Cuthberti*] A. D. E.; patris Cuthberti, B. C.

Bishops of Durham.

Walker, bishop. The bishop prosecutes them at law.

But is himself accused of having encouraged them.

amicitiæ locum apud pontificem pro scientia et æquitate juditiorum haberet. Perculsus nuntio Walkerius, furenti parentelæ defuncti legalis placiti juditium obtulit, protestatus Leobinum suæ suorumque necis auctorem. Ubi ventum ad placitum, nullis effera gens rationibus emolliri potuit, quin in episcopum referret culpam, quod ambos homicidas post necem Liulfi in curia ejus familiariter diversatos vidissent. Surrectum ergo in clamores et iras, et Gillebertus de ecclesia, in qua cum episcopo assederat, ultro egrediens, ut suo periculo vitam domini mercaretur, impie occisus. Presul etiam pro januis pacem prætento ramo præferens neci datus. Fomes quoque mali Leobinus semiustulatus, quod nisi cremata ecclesia exire nolebat, exsiliens, mille lanceis exceptus est. Predictum id ab Edgitha regina, relicta regis Edwardi. Quæ cum vidisset Walkerium Wintoniæ ad consecrandum duci, cesarie lacteolum, vultu roseum, statura prægrandem; 'Pulcrum' ait 'hic 'martirem habemus;' conjectura[1] videlicet immoderatæ[2] gentis ad præsagiendum inducta. Hunc exitum vitæ tulit Walkerius, vir neque immodestus neque illiteratus, qui canonicos monachili servitio assuetos, quod semper monachum habuissent episcopum, ad usum clericorum redegit.

[f. 69, a.]

Gillebert, Leobinus, and the bishop all killed, [May 14, 1080].

The event predicted by Edgitha the relict of king Edward.

Bishop Walker's character.

William of St. Karilef succeeds him, and establishes monks at Durham.

§ 133. Successit ei Willelmus ex abbate[3] Sancti Karilefi, qui monachos in Dunelmo posuit;[4] potens in sæculo, et oris volubilitate promptus, maxime sub Willelmo rege juniore. Quapropter, et amicorum cohorti additus, et Angliæ prælatus, non permansit in gratia.

---

[1] *conjectura*] A.; pomectura, B.; pro conjectura, C. D.; poniectura, E. These various readings are all evidently occasioned by a slight indistinctness in the first letter of the word in A.

[2] *immoderatæ*] B. C. D. E.; originally efferæ, but crossed through, and immoderatæ interlined, A.

[3] *ex abbate*] William, monk of S. Karilefus (S. Calais, in the diocese of Le Mans), was abbot of S. Vincentius, in the same diocese. Gallia Christiana, xiv. 475, c. i.

[4] *qui monachos in Dunelmo posuit*] B. C. D. E.; interlined, A.

Quippe nullis principis dictis vel factis contra eum extantibus, ab amicitia descivit,[1] in perfidia Odonis Baiocensis et ceterorum se immiscens. Quapropter, victis partibus, ab Anglia fugatus, post duos annos indulgentia principis rediit. Episcopatu ergo resumpto, sedulo agebat ut in antiquum resumeretur[2] amorem. Spectatoque regis ingenio, quocunque ille vergendum putasset, et ipse vergere. Unde factum est ut, in turbine qui inter Anselmum et Willelmum surrexit, maximas contra archiepiscopum turbas iste signifer excitaret; sperans, ut aiunt, vel allitiendam regis gratiam, vel se, Anselmo expulso, fore archiepiscopum. Sed enim utroque excidit. Nam non multo post orto inter ipsum et regem discidio, egritudine procubuit apud Gloecestram. Ibi tunc erat curia, et jussus est episcopus exhiberi, ut causam suam defensaret. Cui cum responsum esset infirmitate detineri, quo minus veniret: 'Per vultum de Luca fingit se,' inquit. Enimvero ille vera valitudine correptus morti propinquabat. Cumque considentes episcopi, judicassent ut in ecclesia Dunelmi, quam ipse magnifice inchoaverat, sepeliretur, resumptis viribus, hæc verba spiravit: 'Non placeat 'Deo ut pro me mutetur vel minuatur domini mei 'Sancti Cuthberti reverentia, pro cujus honore nullus 'unquam antecessorum meorum in ecclesia humatus 'est. Sed in capitulo me ponite.' Defunctus ergo Dunhelmumque delatus pulchrum suæ industriæ monimentum apud monachos habet, quod et eos congregaverit, et tam libris quam cæteris ornamentis ecclesiam decoraverit. Quin et priorem loci hoc insigni extulerit, ut in toto episcopatu decanus et vicedominus esset.

Bishops of Durham.

He joins in the perfidy of Odo of Bayeux, flys from England. Is restored to his bishopric.

Becomes again estranged from the king, and falls ill at Gloucester.

Is summoned to the king's court there to defend himself.

Pleads his illness as an excuse.

His instructions concerning his burial-place.

He dies [Jan. 1, 1096], and is buried at Durham.

Privileges conferred by him on the priors of Durham.

§ 134. Quod cum Turgotus ab eo prior constitutus, severius exsequeretur, ita Rannulfum successorem Wil-

Turgot, the prior, usurps too much authority in the see and

[1] *descivit*] A. E.; discivit, B. C.; descivit, over an erasure, D.

[2] *resumeretur*] D. E.; remuneretur, but altered into resumeretur, A.; renovaretur, B. C.

Bishops of Durham.

exasperates Ralph Flambard, William's successor.

Turgot made bishop of St. Andrew's.

Ralph's great influence.

His exactions procure him the king's favour.

He is made bishop of Durham [June 5, 1099].

His bad conduct.

He erects new buildings for the monks,

lelmi exacerbavit, ut, eo ad episcopatum Sancti Andreæ in Scottia translato, nullum alium priorem ponendum putaret. Is est Rannulfus quondam regis Willelmi capellanus, (ex quo ambiguum genere,) lingua et calliditate provectus ad summum, et totius regni procurator effectus. Iste, si quando edictum regium processisset ut nominatum tributum Anglia penderet, duplum aditiebat.[1] Subinde ridente rege ac dicente: Solum esse hominem qui sciret sic agitare ingenium, nec aliorum curaret odium dummodo complacaret dominum.[2] Quibus artibus fretus, episcopatum Dunelmensem meruit.[3] Venit ergo Dunelmum, et primo quidem timidius se agebat, Sanctum verens offendere, qui fertur peccantium severus inprimis correptor[4] esse. Sed uno et altero delicto commisso, nec vindicato, eo processit, ut reum, si quando ad ecclesiam Sancti confugeret, abstrahere non dubitaret, ausus scelus omnibus retro annis inauditum.[5] In edifitiis autem[6] novis monachorum, et [f. 69, b.]

---

[1] *aditiebat*] D. E.; after aditiebat there is a blank erasure of two lines, A.; adiciebat, Expilator divitum, exterminator pauperum, confiscator alienarum hereditatum. Invictus causidicus; et tum verbis tum rebus immodicus, juxta ut in rebelles sic in supplices furens. Subinde cachinnante, B. C.

[2] *dominum*] D. E.; after dominum there is a blank erasure of a line, A.; dominum. Hoc auctore, sacri æcclesiarum honores venumlocati, B. C.

[3] *meruit*] D. E.; after meruit there is a blank erasure of a line, A.; meruit ut sanctius ingrederetur, datis mille libris, B. C.

[4] *correptor*] A. D. E.; omitted, B. C.

[5] *inauditum*] D. E.; after inauditum there is a blank erasure of several lines, A.; inauditum. Quid quod monachos sane invitos, quia religiosissimi sunt, secum in aula sua prandere non semel fecerit, cibos eis vetitos publice apponens. Et, ut magis religionem irritaret, puellas speciosissimas, quæ essent procatioris formæ et faciei, eis potum propinare juberet, strictis ad corpus vestibus, solutis in terga crinibus. Ibi ergo erat videre ludibrium. Si quis modeste in terram oculos deiceret, vel si quis impudentiam episcopi liberioribus jocis eluderet, neuter irreprehensus abiret, dum alterum hypocrisis alterum irreverentiæ argueret. Sed hæc et talia qui esset in mundialibus efficax, in spiritualibus deses, conabatur æcclesiæ suæ ornamentis obruere vel obumbrare, B. C.

[6] *autem*] D. E.; a word erased, and autem added in margin, A.; ergo, B. C.

translatione beatissimi Cuthberti nonnullam gloriam nomini suo commentus est. Extulit ergo ejus famam sacri corporis elatio, quod e mausoleo levatum cunctis volentibus fecit conspicuum. Tractavit illud ausu felici Radulfus, tunc Sagiensis abbas, postea Cantuariensis archiepiscopus, et propalam illibatum protulit, quod quibusdam venisset in dubium, utrum olim vulgatum adhuc de integritate compaginis duraret miraculum. Vestes quoque omnes recenti splendore nitentes; calix super pectus, cujus superior pars aurea, inferior onichina esset. Faties tam stricte obvoluta sudario, ut nullo abbatis nisu dissotiari posset. Caput Oswaldi regis et martiris inter brachia ejus inventum. Ossa Sanctorum Bedæ et regis Celuulfi, qui apud Lindisfarnum monachus et Sanctus fuerat, in singulis saccis lineis reperta. Erat spectaculum ingens in cimiterio, sereno aere, nulla pendente nubium crassitudine, monachis sollennibus omnibus[1] indutis vestibus. Longa pompa euntium et redeuntium, magnaque constipatio se ingerentium, dum semel visum juvat iterum iterumque videre. Visum ergo Sancto ut putatur indignum, quod ita esset expositus ad spectaculum, pluviaque ingens inopinate oborta omnes intra ecclesiam coegit. Nec caruit miraculo, quod monachorum vestes tanta inundante procella non solum illesæ, sed nec etiam madefactæ.

Bishops of Durham.

and obtains honour by this and by the translation and exhibition of St. Cuthbert's body.

Ralph abbot of Seez, afterwards archbishop of Canterbury, manages the matter.

Miraculous appearance of the saint's body and relics found with him.

Miracle.

§ 135. Macte virtute,[2] præsul sanctissime! Preclarum omnino miraculum, etiam tua sanctitate congruum; qui etiam non multis ante diebus aliud exhibueras! Ad translationem corporis parata erant omnia in nova ecclesia;[3] chorus monachorum, altare, sepulcrum. Ex-

Apostrophe to St. Cuthbert.

Miracle.

[1] *sollennibus omnibus*] at first omnibus sollennibus, but the alteration of the words indicated, A.; B. C. D. E. preserve the original order.

[2] *virtute*] A. D. E.; virtutum, B. C. Cf. Hor. Sat. i., 2, 31.; Virg. Æneis, ix. 641.

[3] *nova ecclesia*] The new church of Durham, commenced by William of St. Karilef, bishop of Durham, A.D. 1093.

Bishops of Durham.

pectabatur tantum ut materia lignorum, quæ recentem presbyterii testudinem[1] sustinebat, leniter deponeretur. Sed non passus es, beatissime! sanctum tuorum desiderium prolongari, et omnia nocte intempestas ubruisti. Quis enim alius[2] tanti facti auctor? Accurrit prior sono excitus, altari et pavimento timens. De lignis cura minor. Sed tu non solum illa quibus metuebatur, sed et ligna ita servaveras integra ut fuerant apposita. Merito ergo a monachis tuis timeris, ut nullus[3] rebellionis contra priorem, vel in se gravis criminis conscius pernoctare audeat, delicti sine confessione reus. Quapropter te suplex oro, ut mei in bonum[4] meminisse digneris, qui, ubi se occasio dedit,[5] laudem tui quanquam exilem prætermittere nolui, domine Sancte et merito dilecte pater!

The author supplicates the saint for his good offices.

Explicit Liber III.

---

[1] *estudinem*] A. D.; testitudinem, B. C. E.

[2] *alius*] D. E.; interlined, A.; illius, B. C.

[3] *nullus*] A. D. E.; nullius, B. C.

[4] *bonum*] A. B. C.; bono, D. E.

[5] *dedit*] A. D. E.; dederit, B.; dederat, C.

Incipit Prologus Libri IV.

Prologue to the fourth book. The author would fain write the lives of the English saints, but is hindered by lack alike of materials and ability.

Inæquales dicto libros, quia non æque affluit nobis ubique[1] dicendorum copia. Et promptum quidem habeo velle sanctos patriæ meæ laudare, sed destituit conantem scire et posse. Nam nec omnes Sanctos valeo scire, vel quos remotissimæ a nobis disparant plagæ, vel quorum nullæ propter scriptorum desidiam extant, quas viderimus, vitæ. Nec illos, quos mihi divinitatis munus donavit et vicinia terrarum et scientia litterarum aliquantulum nosse, potest sterile ingenium et exile eloquium dignis informare laudum titulis, æquiparare victoriarum triumphis. Sed rursum hæc meditanti fides occurrens, dubietatis nebulas dissicit, securitatem inducit, cum sciam solam hominis bonam voluntatem, si forte fortuna æmula effectum invideat, æternæ mercedi sufficere. Mentior, si non angeli bonæ voluntati pacem annuntiaverunt. Militet ergo Sanctis, si aliud in me non est, pronæ devotio mentis. Serviat eis, si potest, lingua clientis, quem, sepe hactenus servatum, nuper præclaro miraculo insigni[2] exemerunt periculo. Juxta ergo inceptum iter circuibo in hoc quarto libro Pontificatus Mertiorum, sicut quarto ordine pervagatus sum olim eorum imperium. Id fuit semper pro tempore amplissimum, ideoque in plures episcopatus divisum. Animositate præsertim regis Offæ, qui in Licitfeld[3] archiepiscopatum constituit, non auctoritate sed jucundæ regionis[4] medulla ductus. Hinc igitur propositum executuro cursum tale se offert dicendi auspicium.

His miraculous preservation in a recent peril.

His fourth book shall contain an account of the episcopate of the Mercians.

It was divided into several sees, especially by king Offa, who established the bishopric of Lichfield.

---

[1] *ubique*] B. C. D. E.; interlined, A.

[2] *insigni*] Originally nuper insigni, but nuper crossed through, A.; nuper insigni, B. C. D. E.

[3] *Licitfeld*] A. D. E.; Licifeld, B.; Lichefelda, C.

[4] *jucundæ regionis medulla*] A.; intima religionis medulla, B.; intima medulla religionis, C.; incautæ religionis, D.; in cuncte religionis medulla, E. It may be remarked that these mistaken readings clearly owe their origin to the indistinctness of the word jucunda in A.

Liber Quartus.

The province of the Mercians has now only five sees.

Bishops of Worcester.

§ 136. Provintia Mertiorum quinque modo habet episcopatus, olim forsitan plures. Et apud Wigorniam quidem hi fuerunt episcopi, Bosel, Ostfor, Eguinus, Wilfrid, Milred, Wermund, Tilher,[1] Hethæred,[2] Denebertus, Herebertus,[3] Aluuinus, Hereferth, Ethelun, Wilferth, Kinewold, Dunstan, Oswald, Aldulf,[4] Wlstanus; isti tres fuerunt archiepiscopi. Lefsius, Brihtegus,[5] Livingus, Aldred. Wlstanus in sanctitate nostro sæculo[6] nominatissimus. De quo si se amplior porrexerit sermo, nullum, quæso, tedeat.

Wlstan the most noted for sanctity in the author's time.

His early education.

§ 137. Wlstanus a puero educatus honeste, inter disciplinatos viros et litterarum curam, quanta tunc in Anglia erat, adolevit. Cum vero id ætatis esset, presbyteratum accepit, nec a gradu morum vitiis degeneravit. Non enim, ut tunc et nunc quidam, missa cursim[7] mane cantata, tota die post hæc gulæ vel quæstibus inhiabat, sed morosiore cura debitum consummans offitium, orationes cotidianas et diuturnas aditiebat. Oblationibus fidelium contentus, his vitam tolerabat. Pudoris singularis, salvum signaculum virginitatis post vitam[8] cælo exhibuit. Ita adhuc constitutus in seculo, major quo libet estimabatur monacho. Superflui potus expers esui carnium indulgebat. Quas tamen, statim ut potuit, occasionem rapiens sprevit. Causa [f. 70, a.]

His moderation in food.

---

[1] *Tilher*] A. D. E.; Tumher, B.; Tuherus, C.

[2] *Hethæred*] A.; Hetbared, B.; Hetbaredus, C.; Hetered, D.; Hethered, E.

[3] *Herebertus*] A. D.; omitted, B. C.; Herbertus, E.

[4] *Aldulf*] A. E.; Aldred, B.; Alredus, C.; Eldulf, D.

[5] *Brihtegus*] A. E.; Brithtegus, B.; Bricthegus, C.; Brithegus, D.

[6] *in sanctitate nostro sæculo*] D. E.; in sanctitate nostro scoł, but scoł crossed through and scło added in margin, A.; nostro sæculo in sanctitate scolis, B.; nostro tempore in sanctitatis scolis, C.

[7] *cursim*] B. C. D. E.; interlined, A.

[8] *virginitatis post vitam*] post[b] vitam[c] virginitatis[a], A.; post virginitatis vitam, B. C. D. E.

Bishops of Worcester.

Life of Bishop Wlstan.

Anecdote exemplifying this.

fuerat, qua die dicta ad quoddam placitum exire deberet. Necessitas rei omni excusationi repudium indixerat. Visum est tamen ut ante missa cantata inediæ consuleret. Acceleratur a clientibus, ne impransus abiret dominus, apponitur auca igni. Assistit[1] altari presbyter, et devotione qua solet agit. Cum inter secreta missæ, quia erat ecclesia domui vicina, nidor adustæ carnis nares ejus obplevit. Odor mentem advocavit, ut[2] voluptatis illecebra caperetur. Continuoque reducto animo culpam cognoscens, luctabatur valide, ut cogitationem alias averteret. Sed cum id frustra esset, iratus sibi juramentum ad sacramenta quæ tangebat fecit, nullo se amplius pacto id genus cibi comesurum. Cantata ergo missa, cibo vacuus ad negotium discessit, quod jam tardior hora urgeret causatus. Occasio illa effecit, ut arduum penitus secutus exemplum omni in perpetuum carne et etiam unctiori cibo temperaret. Non tamen comedentes rigido suspendens supercilio, nullo se affirmabat eorum ciborum teneri desiderio. Si qua tamen esset caro delectabilis, opinari se quod alaudæ[3] majorem vescentibus darent voluptatem.

He becomes monk and afterwards prior of Worcester.

Anecdote of his wrestling with the devil.

§ 138. Crescente autem devotione propositi, apud Wigorniam monachus factus per omnia offitia ad prioratum ascendit. In quo, dum sullimi laude virtutum refulget, temptationem diaboli, bonis ejus credo invidentis, expertus est, qui eum quadam nocte ante altare orantem, ut luctaretur secum, aggressus est. Fortior ille metu provocantem adorsus duris[4] brachiorum nodis elisit. Idem secundo et tertio fecit, nisi quod tertia vice suspiriosus extis incalescentibus et ilium pulsu

---

[1] *Assistit*] A. D. E.; Astitit, B. C.

[2] *ut*] an erasure with ut interlined, A.; ut et, B. C. D.; ut et, with et underlined, E.

[3] *alaudæ*] A.; alandæ, B. E.; omitted, with a space left for insertion, in C.; a-laude, the hyphen in different ink, D.

[4] *duris*] A. B. C.; diris, D. E.

Bishops of Worcester.

Life of Bishop Wlstan.

se defecisse pene[1] significavit. Sed affuit clemens divinitas, quæ monstrum insaniens abegit. Quo in auras evanescente, intellexit Wlstanus diabolum esse, cum ante putasset servientem quendam fuisse, cujus ille formam induerat. Cujus rei non fallax dabatur inditium, quod, quocunque eventu servientem illum videret, statim tremore membra pererrante, totus expallesceret. Cetera omni timore vacuus, ut affirmaret se nescire quid esset terror. Qui nunquam pro fractura pontis equo descenderit, qui in summitate fabricarum per angustissimos axes securus incesserit, ut de ipso merito dicatur: 'Justus[2] ut leo confidit.'

He is consecrated bishop of Worcester [Sept. 8, 1062], by archbishop Aldred, in the hope that he will be able to use him for his own advantage.

§ 139. Interea, quam superius dixi,[3] causa exorta est, qua Roma veniens Aldredus archiepiscopus,[4] consecutis e vestigio cardinalibus, Wigornensi civitati episcopum urgeretur consecrare. Ille consilio deducto in medium cavensque rebus suis in posterum, Wlstanum elegit, inefficacem scilicet ratus. Cujus simplicitate et sanctimonia rapinas umbraret suas, rapturus de rebus episcopatus quod liberet. Cardinalium ergo favore Wlstanus approbatus, et examinatus severitate, divinum munus suscepit. Pulcroque et venerabili præsagio prognosticon obvenit: 'Ecce![5] vere Israelita, in quo dolus non est.' Nichil prorsus verius. Nec enim bonum in eo simulatæ sanctitatis, nec, si secus, quid callidæ fraudulentiæ fuit. Sed nec Aldredus ita segnem, ut putabat, persensit. Siquidem majorem partem rerum quas indebite detinebat blanditiis ab eo surripuit, tenuitatem suam illi ex tempore allegans. Ita offitium injunctum, magis insito virtutum amore quam litteratura fretus, exercebat. Quamquam non ita hebes in litteris, ut putaba-

---

[1] *pene*] A. D. E.; penitus, B. C.

[2] *Justus*] Prov. xxviii. 1.

[3] *superius dixi*] Suprà, lib. iii. § 115.

[4] *Roma veniens Aldredus archiepiscopus*] D. E.; Aldredus[c] archiepiscopus Roma[a] veniens[b], A.; archiepiscopus Aldredus veniens Roma, B.; archiepiscopus Aldredus Roma veniens, C.

[5] *Ecce*] S. Joh. i., 47.

Bishops of Worcester.

Life of Bishop Wlstan.

Wlstan's erudition and oratory.

His practice in accordance with his doctrine.

His eloquence as a preacher.

Heavy drinking the custom in his time.

His individual temperance amidst his hospitalities.

He observes the Norman mode of living.

His religious observances.

tur, fuerit, qui cetera necessaria sciret,[1] præter fabulas poetarum, et tortiles sillogismos dialecticorum, quæ nec nosset nec nosse dignaretur. Cæterum probe doctus posse sermonem quamlibet elegantem[2] extemporaliter[3] facere, auditorum lacrimas gaudia cæli et penas inferni proponendo[4] artifex movere. Persuadere dictione quæ vellet, dum quadraret vita doctrinæ, nec [f. 70, b.] aliter viveret quam vivendum doceret. Ideoque suggerebat ei Deus eloquium, quod esset et laudum ejus incremento et auditoribus proficuo. Cibi et potus, ut ante dixi, erat abstinens, quamvis in aula ejus, pro more Anglorum, totis post prandium biberetur horis. Cum quibus ipse assidens psalmos ruminabat, ordine tamen suo se bibere simulabat. Hauriebant alii spumantes pateras;[5] ipse vasculum minutissimum tenens, eos ad hilaritatem invitabat, magis consuetudini patriæ quam juditio satisfatiens animi. Nam et consuetudines Normannorum non omittebat, pompam militum secum ducens, qui stipendiis annuis cotidianisque cibis immane quantum populabantur.

§ 140. Circa religiones talem accepimus. Cotidie missam cantans, addebat psalterium, omniumque sanctorum memorias, quorum toto anno singula sollennia succedunt[6] singulis, in septem divisas per septem non omittebat horas. Quotiescunque Wigorniæ esset, missam majorem cantitabat,[7] dicens id se rependere septimanarii offitio, quo ipse pro episcopatu absolvi nollet.

---

[1] *sciret*] B. C. D. E.; interlined, A.

[2] *elegantem*] B. C. D. E.; interlined, A.

[3] *extemporaliter*] Originally extemporale, but crossed through, and extemporaliter written on the margin, A.; extemporale altered into extemporaliter, E.; et extemporalem, B.; et leporalem, C.; quemlibet elegantem ex tempore, D.

[4] *proponendo*] D.; interlined, A.; omitted, B.; dicendo, C.; added on margin, E.

[5] *pateras*] Cf. Æneis, i. 742–3.

[6] *succedunt*] B. C. D.; sucedunt, A. E.

[7] *cantitabat*] Originally impiger cantitabat, but impiger crossed through, A.; impiger cantitabat, B. C. D. E.

Bishops of Worcester.

Life of Bishop Wlstan.

Collationi quoque frequenter intererat, iensque cum cæteris in ecclesiam, facta confessione redditaque[1] benedictione, in triclinium se recipiebat. E quo[2] quocumque vadens psalterium frequentabat, orationales versus qui occurrissent ad fastidium concantantis crebro repetens. Nullius umquam personæ contuitu, nec etiam in curia positus regis et ad mensam ejus assidens, benedictiones, quas Angli super potum fatiebant, omisit. Siquando eum necessitas ad comitatum urgebat, omnium primo maledictionem pravis benedictionem rectis imprecabatur arbitris. Tum considens, si divinum quid eventilaretur, vigilanter intendebat mentis atiem; si sæculare, quod crebrius erat, fastidio segnis obdormiscebat. Licet si quis contra eum dicendum putasset, non eum obtunsæ scientiæ esse in respondendo intelligeret.

A priest named Egelric takes him up if he is ever remiss in his speech.

§ 141. Venerat ad eum, fama religionis accitus, presbyter vocabulo Egelricus; cujus exemplo scintillante, multum in se sanctitatis fomitem rapuerat. Erat enim ille orationibus continuis etiam inter turbas ad miraculum videntium deditus, ut qui cotidie psalterium cum orationibus non minoris numeri, post missam evolveret. Adeo in corripiendo acer, ut etiam episcopum ipsum, siquando, ut fit in loquendo, esset remissior, statim vel argueret verbis vel reverberaret oculis. Nam antistes suorum a recto transgressiones aliquando corripiebat, sed sepius, quatinus honestas sineret, tolerabat.

The bishop's strictness towards the clergy in regard to divine worship.

He canes them when they are late.

In divino[3] segnitiem obsequio nullo modo patiens, si quis ministrorum, vel temulentia vel somnolentia victus, matutinis non affuisset, acri ferulæ ictu in illum ulcisci. Postremo personas honestiores per se excitando, ipse matutinas eis cantare. Indifferenter vilioribus utebatur vestibus, magis agninis quam alterius generis pellibus

---

[1] *redditaque*] A. D. E.; dataque, B. C.

[2] *E quo*] Equo, A. B. C. E.; Et, D.

[3] *In divino*] B. C. D. E.; originally Divino, but In added in margin, A.

Bishops of Worcester.

Life of Bishop Wlstan.

He jests upon the subject of the simplicity of his vestments.

frigus depellens. Si vero ei diceretur ut saltem cattinas pelles amiciret, jocosa comitate respondebat: 'Crede mihi,' nam hic mos jurandi episcopo inoleverat, 'nunquam audivi cantari cattus Dei, sed Agnus Dei, 'ideoque non catto sed agno volo calefieri.' Ita Dei timor mentem ejus insederat, ut, quod alii torquebant in pompam, ipse in compunctionis transferret materiam.

The monks migrate to a larger church founded by him, and unroof and pull down the old church built by St. Oswald.

The bishop sheds tears on beholding the desolation.

Cum ecclesiæ majoris opus, quod ipse a fundamentis inceperat, ad hoc incrementi processisset, ut jam monachi migrarent in illam, jussum est veterem ecclesiam, quam beatus Oswaldus fecerat, detegi et subrui. Ad hoc spectaculum stans sub divo Wlstanus lacrimas tenere nequivit. Super quo modeste a familiaribus redargutus, qui gaudere potius deberet quod se superstite tantus ecclesiæ honor accessisset, ut ampliatus monachorum numerus ampliora exigeret habitacula, respondit: 'Ego 'longe aliter intelligo, quod nos miseri Sanctorum 'opera destruimus, ut nobis laudem comparemus. 'Non noverat illa felitium virorum ætas pompaticas 'edes construere, sed sub qualicunque tecto seipsos 'Deo immolare, subjectosque ad exemplum attrahere. 'Nos e contra nitimur, ut animarum negligentes ac-'cumulemus lapides.' Dixit plura in hunc modum, allegationibus suis occurrentes sententias infirmans.

Instance of his miraculous power.

§ 142. Nunc, quod miraculorum expers non fuerit, sermo subitiet; nam de moribus ejus dicta hunc modum tenebunt. In cujusdam ecclesiæ dedicatione sermonem fecerat ad populum, in quo multa de ceteris, plura de pace dixerat. Quo comoti nonnulli, qui digladiabili [f. 71, a.] dissidebant odio, offensas utrimque donavere. Unus erat qui nullis ammonitionibus, nullis suadelis adduci potuit, ut fratris necem oranti indulgeret inimico. Huic adducto in medium, et post multum sermonem pertinacissime recusanti, eadem quæ referam verba dixit episcopus: 'Dominus dixit in Evangelio: "Beati[1] paci-

[1] *Beati*] Matth. v. 9.

Bishops of Worcester.

Life of Bishop Wlstan.

'"fici, quoniam filii Dei vocabuntur." Constat ergo 'quod si pacifici sunt beati et filii Dei, discordantes 'sunt miseri et filii diaboli. Illi igitur cujus filius es 'te commendo, et trado te Sathanæ in interitum car-'nis, juxta præceptum Apostoli: "Ut spiritus[1] salvus '"sit in die Domini."' Vix sanctus verba[2] expleverat, cum miser ille mancipium hostile factus, coram omni plebe dentibus stridere, spumas jacere, crinem rotare cepit.[3] Postremo in terram elisus volutabatur furens. Exoratus Wlstanus ut misereretur, distulit. Sed pressus tandem et victus lacrimis jubet inimico ut abeat. Ille discedit eadem facilitate qua venerat. Reductus in mentem homo, conventusque ut delicti gratiam cederet, mira pacem negavit impudentia. Iterum ergo vexari iterumque sanari jussus inficiari perstitit. Tertio jam cum totus membris labefactatus[4] ex concussione demonis pene singultiret animam, pacem iniit, perpetuo post hæc usque ad mortem integer et incolumis.

Wlstan accused by Lanfranc of being illiterate, and of being insubordinate by Thomas archbishop of York.

He is cited before the council, and goes out to prepare his answer.

§ 143. Sub seniore Willelmo inclamatum est in eum a Lanfranco de litterarum inscientia; a Thoma Eboracensi archiepiscopo, quod ei subici deberet ex antiquo jure. Utrisque objectionibus cum in concilio respondere juberetur, egressus est ut strictiori consilio responsum comeret suum. Tum monachorum, qui cum eo erant, animis ad summum negotium attonitis ille subintulit: 'Crede mihi, adhuc non cantavimus nonam. Cantemus 'ergo.' Sotiis referentibus ut prius propter quod venerant expedirent; quod satis superque sufficeret cantibus tempus; regem et proceres, si hec audierint, risu se haberi non immerito credituros: 'Prius, crede mihi, 'fatiemus,' inquit, 'Dei servitium, et post agitabi-'mus hominum litigium.' Hora igitur cantata, nulla

Instead of doing this he celebrates divine service,

and then goes back to the council,

---

[1] *Ut spiritus*] 1 Corinth. v. 5.

[2] *verba*] A. B.; sermonem, D. E.; vix autem sanctus verba, C.

[3] *cepit*] D.; cepit, but with two letters before the word erased, A.; occepit, B. E.; incepit, C.

[4] *labefactatus*] A. D. E.; labefactus, B.; labefactis, C.

excogitata falsi tergiversatione, nullo commentato veri splendore, confestim aulam concilii pergebat ingredi. Suis eum retinere temptantibus persuaderi non potuit. Quinpotius timentibus causæ: 'Pro certo,' ait, 'noveritis 'visibiliter me hic videre beatos archiepiscopos Dun- 'stanum et Oswaldum, qui hodie me suis precibus 'tuentes falsiloquorum acumen hebetabunt.' Ita data benedictione monacho, minimæ facundiæ viro, sed Normannicæ linguæ sciolo, rem obtinuit, ut qui suæ[1] diocesis ante putabatur indignus regimine, ab archiepiscopo Eboraci supliciter rogaretur ut suas[2] dignaretur lustrare, quo ipse pro timore hostium vel sermonis ignorantia cavebat accedere. Nec solum hoc, sed et villas reliquas episcopatus, quas Aldredus archiepiscopus retinuerat, recuperavit ad unam, cum Lanfrancus archiepiscopus constanter assisteret causæ, urgens videlicet emulum primatus et potentiæ.

Bishops of Worcester.

Life of Bishop Wlstan.

without having prepared any excuse.

His attendants fearful of the issue.

He reassures them, and gains his suit.

The archbishop of York invites him to exercise his functions in the diocese of York.

Lanfranc aids him in regaining for Aldred the possessions of which he had been deprived.

§ 144. Sub Willelmo juniore Rogerius comes de Montegomerico, perfidiam contra principem meditatus, cum ejusdem factionis complicibus arma movebat infestus. Jamque, a Scrobbesberia usque Wigorniensem coloniam omnibus vastatis, urbem ipsam appropinquabat; cum regii milites, qui pretendebant, periculum exponunt episcopo. Is maledictionis fulmen jaculatus in perfidos, qui domino suo fidem non servarent, jubet milites properare, Dei et ecclesiæ injurias ulturos. Mirum quis dixerit quod subitiam, sed auctoritati veratium narratorum cedendum? Quidam enim adversariorum, regiis conspectis, timore inerti perculsi, quidam etiam cecati, victoriam plenam, et qualem sperare nequibant, oppidanis cessere. Multi enim a paucis fugati, pars cesi, pars sautii abducti.

Rebellion of Roger earl of Montgomery.

His hostile approach to Worcester.

The bishop curses the rebels and encourages the royal troops.

The rebels are utterly routed, notwithstanding their superior force.

§ 145. Quid quod prophetia non caruit? Alduuinus erat quidam ab eo factus monachus, isque in vastis-

Wlstan possessed of the gift of prophecy.

---

[1] *suæ*] A. B. C.; propriæ, D.; se, E

[2] *suas*] A. D. E.; suam, B. C.

Bishops of Worcester.

Life of Bishop Wlstan.

Anecdote of Alduuine, a hermit at Malvern.

simo illo saltu quod Malvernum vocatur heremiticam vitam[1] cum Guidone sotio exercebat. Guidoni post longos agones compendiosius ad gloriam visum,[2] ut Ierosolimam iret, ubi labore itinerario vel Dei sepulcrum videret, vel felicem manu Saracenorum mortem anticiparet. Alduinus eidem sententiæ inductus, consilium tamen a[3] patre Wlstano quæsivit. Dissuasit pontifex, et refrigeravit ardentem, dicens: 'Noli, sodes, 'Alduine, quoquam ire, sed in loco mane. Crede 'mihi, mirareris, si scires quod scio, quantum in 'illo loco per te Deus operaturus est.' Discessit hoc audito monachus, firmiorque jam durabat in proposito, leviabatque spe prophetiæ omne genus ærumnæ. [f. 71, b.] Nec multo post vaticinium properavit impleri, veniebantque ad Alduinum alter post unum, tertius post alterum, et ita usque ad tricenarium numerum. Affluebatque eis inprimis victualium copia, vicinis beatos se judicantibus qui aliquid Dei famulis impertirentur. Quod vero eis deerat fides supplebat, dum parvi facerent si carerent carnali cibo qui spirituali pinguescebant gaudio.

Three hundred devotees gather round him, and are supported by the benevolence of the neighbouring inhabitants.

Seuulf, a merchant, comes to consult Wlstan.

§ 146. Seuulfus quidam negotiator ad eum quotannis venire consueverat, ut ejus consilio morbis mederetur animæ. Cui semel post absolutionem factam dixit: 'Sepe peccata quæ confessus es reiteras,[4] quia, ut di-'citur: "Oportunitas latronem facit." Quare consulo 'ut monachus fias. Quod si feceris, horum peccatorum 'oportunitate[5] carebis.' Cum retulisset ille non se monachum pro rigore propositi fieri posse, substomachatus episcopus: 'Vade,' inquit, 'monachus fies velis

The bishop advises him to become a monk.

He refuses on account of the strictness of the vows.

The bishop prophesies that he

---

[1] *vitam*] D.; interlined, A.; added on margin, E.; omitted, B.; vitam heremiticam, C.

[2] *visum*] A. D.; nisum, B.; originally nisum, but apparently corrected into uisum, E.; Guido . . . . . nisus, C.

[3] *a*] B. C.; originally cum (?) but altered into a, A.; cum, D.; cum, underlined and tamen a written in, E.

[4] *reiteras*] A. D. E.; recentas, B.; retractas, C.

[5] *oportunitate*] A. D. E.; importunitate, B. C.

'nolis, sed cum vitiorum utensilia in te senuerint.' Quod nos postea vidimus, quia in nostro monasterio, jam senectute fractus, morbo admonente conversus est. Sed licet multotiens penituerit, quotiescunque tamen dictum episcopi aliquis ei præsentasset, revocabat impetum, remolliebat animum.

Bishops of Worcester.

Life of Bishop Wlstan.

will become one *nolens volens*.

The prediction fulfilled.

§ 147. Nicholaus spetialis ejus alumnus, qui postea Wigornensis ecclesiæ prior fuit, pedibus ejus assidebat. Episcopus interim effusus in lætitiam, blanda manu caput juvenis palpavit, crinibus defluentibus improperio calvitii vicinum: 'Et puto,' inquit, 'calvus fies.' At ephebus, qui jam in adolescentia se illa parte senescere doleret, questus fata capillorum cadentium: 'Quare,' inquit, 'non eos tenes?' Contra episcopus renidens: 'Crede mihi,' ait, 'nunquam, quantum vixero, qui resi-'dui sunt, defitient.' Factum est quod dixerat. Sed eadem ebdomada qua vitæ huic renuntiavit, ita omnes, quo nescio, evanuere, ut nudam cutem relinquerent.

Anecdote of Nicholas, afterwards prior of Worcester.

His wantof hair.

Wlstan remarks his baldness.

Nicholas laments it, and the bishop says he shall lose no more while he (the bishop) lives.

On the week of the bishop's death it all falls off.

§ 148. Suum obitum non occultis inditiis manifestavit, sepe quidem, sed hoc apertius. Allato sibi nuntio de sororis excessu, quam unicam habebat, respondit: 'Modo 'aratrum ad meum pervenit sulcum, sequeturque frater 'sororem non multis post diebus.' Decubuit ergo febribus[1] ante[2] dimidium annum obitus, exercebaturque ad cælestis vitæ introitum. Magnanimiter ille ferebat incommodum, et suos ante se lacrimantes et tirannidem futuri pontificis metuentes consolabatur dicens: 'Cessent gemitus, vacent fletus, non est enim ista 'vitæ amissio, sed vitæ commutatio. Neque umquam 'vobis deero, sed quanto, lutea compage soluta, Deo 'fuero præsentior, tanto ero in auxiliando celerior. 'Me impetrante, accedet vobis prosperitas, me propul-'sante, discedet adversitas.' Felix lingua! quæ de abundanti penu conscientiæ tam secura verba in ho-

The bishop predicts his own death.

His last sickness.

He consoles his mourning friends.

---

[1] *febribus*] B. C. D. E.; interlined, A.

[2] *ante*] A. B. C.; jam, D. E.

Bishops of Worcester.

Life of Bishop Wlstan.

minum aures auderet effundere. Alii suspiriis et singultibus agunt ut pro se oretur, ille pro aliis se oraturum pollicebatur. Quid istuc est miraculi? An nullius peccati conscius erat? Immo loquebatur sancta simplicitas; simplicitas nescia de Dei diffidere misericordia.[1]

His death [Jan. 18, A.D. 1095].

Sullatus ergo præsentibus, et[2] magno laicorum et monachorum ejulatu delatus in ecclesiam, triduo super terram detentus est. Nam ipsa species et forma exanimis corporis videbatur gratiam viventis pontificis prætendere, mulcebatque oculos et leniebat dolorem.

His body laid before the altar for three days.

Jacebatque corpus in Libitina ante altare, pontificalibus insignibus ornatum, carens operimento, populorumque undæ confluentes, datis oblationibus et adorato corpore, recedebant cum merore.

On the fourth day he is buried by Robert bishop of Hereford.

Quarto die terræ datum[3] a Rotberto Herefordensi episcopo, sancta illi jampridem[4] familiaritate conjuncto.

Description of his tomb.

Jacet inter duas piramides, arcu lapideo pulchre supervoluto. Lignum in superiori prominet, quod casses ferreos, quos vocant araneas, infixos habet. Hoc eo dixerim, quia miraculo[5] subitiendo materia coheret.

Its miraculous preservation from destruction by fire.

§ 149. Post non paucos annos ejus decessus, ignis ab urbe per incuriam veniens, ecclesiæ tectum omnino consumpsit. Plumbo liquefacto asseres, regnante incendio, in carbonem mutati; trabes perinde grandes ut integræ arbores ambustæ deciderunt ad solum. Quod ignem intra ecclesiam effugere potuit, tantæ molis ruina dis-

---

[1] *Alii suspiriis . . . . diffidere misericordia*] D. E. Quid[b] istuc est miraculi? An[c] nullius peccati conscius[d] erat? Immo loquebatur sancta simplicitas; simplicitas nescia de Dei diffidere misericordia. Alii[a] suspiriis etc., A.; An nullius peccati conscius erat? Quid istud, miraculi? Immo loquebatur sancta simplicitas, nescia de Dei diffidere misericordia. Alii suspiriis et singultibus agunt ut pro se oretur, ille pro aliis se oraturum pollicebatur, B. C.

[2] *et*] added in, A. and E.; omitted, B. C. D.

[3] *datum*] A. B. C.; delatum, D. E.

[4] *jampridem*] B. C. D. E.; added on margin, A.

[5] *miraculo*] D.; miraculum, B. C.; miraculum altered into miraculo, A. E.

Bishops of Worcester.

siluit et crepuit. Sepulchrum inter hæc Sancti, non solum a furore flammæ immune,[1] sed nec fuligine tinctum, nec favilla opertum fuit. Et ut augeretur miraculum, natta, qua orantes accubitare solebant, ante mausoleum incolumis reperta. Lignum etiam, quod superne prominere dixi, quantum extra lapides extabat, inventum integrum, quod petra incluserat, ipsa corrupta, in cineres solutum. Et hoc quidem miraculum non primum, sed aliis celebratius, quia publicum. Quis enim illa cotidiana enumeret quæ in domesticis necessitatibus homines sentiunt, dum nullus cum fide affusus ad tumulum exsors redeat votorum? Superant illa cujuscunque facundissimi facultatem eloquii, quæ nec colligi numero, nec queunt excipi scripto. Et profecto, si facilitas antiquorum hominum adjuvaret, jamdudum elatus in altum sanctus prædicaretur. Sed nostrorum incredulitas, quæ se cautelæ umbraculo exornat, non vult miraculis adhibere fidem etiamsi conspicetur oculo, etiamsi palpet digito. Ego me reum silentii timui fore si rectis[2] auctoribus cognita taciturnitati addicerem, et notitiam studiosorum fraudarem. Qui enim mihi assumam, ut inertes quique legant vel pro amore Sancti vel nostra, qui sancta fastidiant Evangelia.

The petitions of the faithful at his shrine always granted.

If ancient reverence prevailed he would be worshipped as a saint, but modern incredulity forbids this.

[f. 72, a.] § 150. Wlstano[3] successit Samson, canonicus Baiocensis; non parvæ litterature vir nec contempnendæ facundiæ. Antiquorum homo morum, ipse liberaliter

Samson, a canon of Bayeux, succeeds Wlstan.

Generous in his mode of life.

---

[1] *immune*] A. D. E.; intimæ, B. C.

[2] *rectis*] A. B. C.; certis, D. E.

[3] *Wlstano successit . . . insignis habetur*] This paragraph is written upon an erasure, which contained matter originally of greater length, A.; omitted here, but inserted after vivit gloria, p. 298, D.; added on a rider, the passage concluding with the word junioris, *see* n. 1, p. 291, E.; Vulstano substitutus est Samson frater archiepiscopi Eboracensis Thomæ senioris, junioris pater, ex decano Baiocensi. Non exiliter litteris educatus nimia dapsilitate urgens stomachum, adeo ut isto evo dicatur unicus gurges escarum. Qui nichil umquam quod esset veneri propositum ineptum dimitteret, modo gulæ lacunam explere conditiore* duntaxat irritamento posset. Apponebatur ei patina quadrantis scrofæ,

* *conditiore*] B.; conditionis, C.

Bishops of Worcester.

Bishop Samson. He breaks up the monastery at Westbury, co. Gloucester, established by Wlstan, and after a few years dies there [May 5, 1112].

vesci, et aliis dapsiliter largiri. Innoxius ad monachos, nisi quod eis Westberiam abstulit, ubi Wlstanus monachos posuerat, et privilegio sanctitatis suæ munierat. Illud Samson dirupit, nec multis post annis in eadem villa, qua culpam commiserat, excessit.

The see given by king Henry to Thiulf, also a canon of Bayeux [A.D. 1115]. His character similar to that of his predecessor. They are both buried in the nave of the church in front of the crucifix.

§ 151. Post ejus mortem, qui dono Willelmi junioris episcopatum acceperat, data est eadem sedes ab Henrico rege Thiulfo, Baiocensi æque canonico, qui antecessori suo non absimilis moribus, eodem rege regnante, diem clausit. Sepulti sunt ambo in navi ecclesiæ, ante crucifixum.

The king next bestows the see on Simon, queen Adelida's chap-

§ 152. Presulatus tunc a rege datus Simoni, capellano reginæ Adelidi, quæ post mortem prioris uxoris Hen-

---

et .xx^ti^iiii^or^. pullorum gallinatiorum capax, ut, cum se ex medio avide insulsisset, reliquum quod esset in disco mitteret vel daret assidenti sine improperio. Nec tamen inter hæc oblitus pauperum .ccc. cotidie ad minus reficeret numerum. Diversitate morum instabilis, ut qui monachos, quos apud Westbiriam Wlstanus locaverat, expulerit cartamque disruperit. Idemque, quotiens Lundonia rediret, aliquid preciosum afferret, quod esset ornamento ecclesiæ, monimento suæ memoriæ. Monachos aliquando liberaliter et honeste tractare, aliquando more prædonis insectari. Obiit pinguedine, ut creditur, interceptus, cum et moli corporis seniles anni accederent. Non adeo pulchre ut episcopum deceret, qui nec inunctus fuerit.

Ejus successionem Tiulfus regis capellanus implevit, parum et ipse laudabilium monimentorum relinquens. Ventris obesitate antecessori suo par, ceterum dapsilitate impar. Nichil ornamentorum ecclesiæ augens; quæ ab aliis collata fuerant, paulatim vellicans et imminuens. Sunt enim quidam, qui adhuc sensu integro et valitudine prospera naturæ suæ malignitatem caute palliant, sed in confinio mortis positi, hebetiore jam ratione in omne scelus erumpunt. Ita hic, qui videbatur moderatior, monachos blande appellare, priorem eis unum ex suis, excellentis litteraturæ virum, arbitratu suo constituere. Post ipsum ita exagitare, ut nullus ei equus, nulla suppellex remaneret, quam non vel prece vel vi extorqueret. Fabricam ecclesiæ, quæ incensa erat, illi imponere, quam semper episcopi ex suo soliti essent resarcire. Postremo eo usque processit, ut, uno et altero ex monachis expulsis, ipsum priorem degradare meditaretur.* Sed præoccupavit audatiam viri ultio Dei. Ipso enim die quo illud intenderat facere, cadaver ejus conclamatum† est apud villam, et post triduum sepultum apud Wigorniam. Excessit citra senium; ante anulo et baculo projecto, lacrimabiliter conquestus quod fuisset simoniace præsulatum adeptus,—B. C.

---

* *meditaretur*] B.; meditabatur, C.
† *conclamatum*] B.; extinctum, C.

rico nupserat. Simon affabilitate et morum dulcedine munificentiaque, quoad res episcopatus angustæ pati possunt, insignis habetur.[1]

Bishops of Worcester.

lain [A.D. 1125]. His great amiability and munificence.

§ 153. Diocesis Wigorniensis habet pagos[2] Gloecestrense, Wigorniense, Warwicensem dimidium. Gloecestra est civitas super flumen[3] Sabrinam posita, putaturque a Claudio nominata, qui secundus Romanorum imperatorum post Julium Cesarem Britanniam adiit. Denique Britannice vocatur Cairclau.[4] Meminit quoque Seneca in libello de morte Claudii; 'Barbaros[5] 'in Britannia eum pro Deo colere, et in honore ipsius 'civitatem edificare.' Ab ea civitate tota regio vallis Gloecestræ[6] vocatur. Terra omnis frugum opima, fructuum ferax, hic sola naturæ gratia, illic culturæ solertia; ut quemvis tediosum per socordiam provocet ad laboris illecebram, ubi centuplicato fenore responsura sit copia. Cernas tramites publicos vestitos pomiferis arboribus, non insitiva manus industria sed ipsius humi[7] natura. Ipsa se terra sponte subrigit in fructus, eosque sapore et specie ceteris plurimum præstantes. Quorum plures ante annum marcescere nesciant, ut dominis[8]

The diocese of Worceser contains Gloucester, Worcester, and half Warwick. Early history of the city of Gloucester.

Fertility of the vale of Gloucester.

---

[1] *habetur*] A.; habetur. Post eum successit Aluredus capellanus regis Henrici iunioris, D. E. Simon died Mar. 20, 1150, and was succeeded by John de Pageham, who was consecrated March 4, 1151, and died at Rome, March 31, 1157. Alured succeeded in March 1158, and died March 1160. It is evident from the tone in which Simon is spoken of in the text (as well as from other considerations), that he was living at the time Malmesbury penned his character, and that the inaccurate statement respecting Alured, found only in D. E., must be regarded as a subsequent addition or memorandum added by a later hand.

[2] *pagos*] D. E.; pagos with a word before it erased, A.; multos pagos, B.; pagos multos, C.

[3] *flumen*] A.D.E.; fluvium, B.C.

[4] *Cairclau*] A. B.; Kairclau, C.; Caircloui, D.; Airchalu, E.

[5] *Barbaros*] "Parum est quod "templum in Britannia habet, quod "hunc barbari colunt, et ut Deum "orant." L. A. Senecæ Ludus de morte Claudii Cæsaris, *ad med.*

[6] *Gloecestræ*] A. B.; Gloecestrense, E.; Gloecestriæ, C.; Gloecestrensis, D.

[7] *humi*] originally soli, but crossed through, and hum⁹ interlined, A.; soli, B. C. D.; soli hum⁹, E.

[8] *dominis*] dicimus, B. C.; omnes, D. E.

Bishops of Worcester.

Its vineyards, and excellence of the wine.

Its numerous towns, villages, and abbeys. The river Severn its great glory:

but dangerous of navigation.

usque ad novos successores præstent offitium. Regio plus quam aliæ Angliæ provintiæ vinearum frequentia densior, proventu uberior, sapore jocundior. Vina enim ipsa bibentum[1] ora tristi non torquent acredine, quippe quæ parum debeant Gallicis dulcedine. Villæ innumerabiles, abbatiæ præstantes, vici frequentes. Quibus omnibus accedit ad gloriam fluvius Sabrina, quo nullus in hac terra alveo latior, gurgite rapacior, arte piscosior. In eo cotidianus aquarum furor, quod vel voraginem vel vertiginem undarum dicam nescio, fundo ab imo verrens harenas, et conglobans in cumulum, cum impetu venit, nec ultra quam ad pontem pertendit. Nonnunquam etiam ripas transcendit, et magna parte terræ circuita[2] victor regreditur. Infelix navis, si quam e latere attigerit! Nautæ certe gnari, cum vident illam higram, sic enim Anglice vocant, venire, navem obvertunt, et per medium secantes violentiam ejus eludunt.

Bristol, a harbour for vessels coming from Ireland, Norway, and elsewhere.

§ 154. In eadem valle est vicus celeberrimus, Bristou [f. 72, b.] nomine, in quo est portus navium ab Hibernia et Norregia[3] et ceteris transmarinis terris venientium receptaculum, ne scilicet genitalibus divitiis tam fortunata regio peregrinarum opum fraudaretur commertio.

Gloucester.

The monastery of St. Peter at Gloucester founded by archbishop Aldred [A.D. 1058]. Only three monks there temp. William I. It becomes renowned under abbot Serlo.

Gloecestra.

§ 155. Est ergo in ipsa civitate Gloecestræ Sancti Petri monasterium, quod ibi Aldredum archiepiscopum incepisse[4] non semel dixi. Paucos ibi et non plusquam tres monachos invenit abbas Serlo, a rege Willelmo seniore donum exile adeptus. Sed, quantum Dei gratia

---

[1] *bibentum*] A. E.; bibentium, B. C. D.

[2] *circuita*] D.; added on margin, A.; omitted, B.; overlined, E.; ascendit, et magna parte victor regreditur, C.

[3] *Norregia*] A. D. E.; Noruegia, B.; Norweia, C.

[4] *incepisse*] St. Peter's at Gloucester was originally founded by Wlfhere, king of Mercia, A.D. 680. Archbishop Aldred rebuilt St. Peter's church, and established the Benedictine rule in the monastery, A.D. 1058.

cum illius conspirans industria locum extulerit illum, quis congrua explicet facundia? Nota est Gloecestrensis religionis discretio, quam infirmus possit suspicere, nec validus possit contempnere. Hoc illis signifer intulit Serlo,[1] ut 'ne quid nimis,' quamvis, ut erat bonis humilis, ita minax superbis ac terribilis. Contra fremunt de Sancto Oswaldo canonici, quod terras quæ suæ deberent famulari ecclesiæ, Thomas archiepiscopus monachis dederit.[2] In eadem enim[3] urbe tempore regis Elfredi filia ejus Elfleda cum conjuge suo Etheredo monasterium edificaverant, nulla parsimonia sumptuum, nulla inopia victualium. Illucque ex Bardanio[4] reliquias regis transtulerant, quod omnis Mertia eorum pareret imperio. Floruit id cenobium ad tempus Danorum, fuitque affinitate arctissima nostro, id est Malmesberiensi, conjunctum, sicut in archivis utriusque reperitur ecclesiæ. Sed monachis vi hostilitatis dilapsis, cum archiepiscopi Eboracenses occasione Wigornensis episcopatus monasterium illud habuissent, canonicos recepit. Præcipuamque ibi Turstanus archiepiscopus exhibuit diligentiam,[5] et in scrinio Sancti renovando et in ecclesia dilatanda. Ubi, cum veteribus fundamentis deturbatis nova jacerentur, inventa sunt amborum conjugum in porticu australi sepulcra, et corpora antiquam reverentiam prætendentia. De beatissimo sane Oswaldo in libro I.[6] Gestorum Regalium plura dixi; dubium mihi esse pronuntians utrum brachia apud Bebbanburch[7] servarentur, sicut Bedam dixisse memineram. Veruntamen, quid de his postea cognitioni meæ accesserit, cum ad locum venero, non tacebo.

Gloucester. Religious Houses.

The canons of St. Oswald's angry at their land being given to St. Peter's.

Their monastery was built by Elfleda and Ethered [A.D. 909].

Its flourishing condition up to the time of the Danes.

Its intimate connection with Malmesbury.

Its monks being driven away, it receives canons.

Archbishop Turstan restores the shrine.

and enlarges the church.

The remains of its founders Elfleda and Ethelred discovered in the south porch.

Doubt whether St. Oswald's arms are preserved at Bamburgh [co. Northumberland].

---

[1] *intulit Serlo*] A. B. D. E.; originally Serlo intulit, but the change in the order of the words indicated, A.; intulit signifer Serlo, C.

[2] *quamvis . . . . dederit*] B. C. D. E.; written above an erasure, A.

[3] *enim*] interlined, A.

[4] *Bardanio*] A.; Bardano, B.; Bardanaia, C.; Bardeneia, D.; Bardamo, E.

[5] *diligentiam*] interlined, A.

[6] *I.*] interlined, A.; omitted, B. C. D. E.

[7] *Bebbanburch*] A.; Bleblanburh, B.; Bahamburg, C.; Bebenburch, D.; Bebenburhc, E.

Gloucester. Religious Houses.

Wincelcumbe.

The monastery of Winchcombe, co. Gloucester, founded by Kenulf, king of the Mercians. Dedicated by Wlfred archbishop of Canterbury and thirteen bishops.

Kenulf manumits his prisoner [Eadbert Præn], king of Kent, before the altar.

§ 156. In eodem pago est Wincelcumbense monasterium, quod Kenulfus rex Mertiorum construxit,[1] ingenti et nostris temporibus incredibili munificentia. Fecitque dedicari ecclesiam a .xiii^cim^. episcopis, quorum princeps erat Wlfredus Cantuariæ archiepiscopus. Ibi in illa dedicationis pompa in .x. ducum conventu manumisit ad altare regem Cantuaritarum, quem nuper belli jure ceperat captivum. Ibi præter illa xenia quæ magnates susceperant, inestimabilis scilicet numeri et pretii, erogavit omnibus qui agros non habebant libram argenti, presbyteris mancam auri, monachis solidum unum, præterea toti populo plura. Hoc monasterium, ut semper mortalia labuntur in decursum, cum tempore regis Edgari solo fere nomine staret, per beatum Oswaldum archiepiscopum nonnichil resuscitatum est. Factus ibi Germanus abbas, quem de Floriaco secum adduxerat, magno adjumento[2] fuit et religioni et restaurationi ecclesiæ. Ibi requiescit pater Kenulfus, cum filio Kenelmo, quem genitor septennem Quendridæ sorori alendum reliquerat. Sed illa, falso cupiditati suæ regnum pollicita, fraterculum tollendum e medio satelliti, qui alumnus erat, commendavit. Is insontem quasi venatum ducens, inter frutecta obtruncatum occuluit. Et mirum dictu, quod fraus tam celate in Anglia commissa Romæ divinitus innotuit. Siquidem membrana super altare Sancti Petri, columba superne ferente, delapsa necis et sepulchralis loci per ordinem index fuit.[3] Quæ,

The monastery decayed, temp. king Edgar, partially resuscitated by archbishop Oswald [A.D. 985]. Abbot Germanus restores the church. Kenulf and his son Kenelm buried there. The latter treacherously murdered by his sister Quendrida. The crime miraculously revealed at Rome, by a dove descending with a written account of it on the altar of St. Peter's. The Romans unable to read the English writing.

It is at last deciphered, by an Englishman, and

[1] *construxit*] King Offa is said to have founded a nunnery here, A.D. 787, in place of which Kenulf founded the Benedictine abbey, A.D. 798.

[2] *adjumento*] D.; originally momento, but mo- crossed through and adju- interlined, A.; momento stetit, but underlined, and adjumento fuit written above, E.; monimento, B. C.

[3] *fuit*] D.; interlined, A. E.; omitted, B. C., the last of which has est after delapsa.

quia elementis Anglicis erat conscripta, a Romanis et aliarum gentium hominibus qui aderant frustra legi temptata. Sed salubriter et in tempore astitit Anglus, et latiariter[1] linguæ involucrum evolvens effecit, ut apostolici epistola regibus Anglis compatriotam martirem indicaret. Quocirca frequenti cetu pueruli[2] corpus levatum vehebatur Wincelcumbam. Ita clericorum vocali cantu et laicorum alacri plausu parricida femina commota e fenestra cenaculi, in quo stabat, caput extulit. Et forte psalmum cantabat: 'Deus[3] laudem 'meam.' Quem a fine nescio quo præstigio retrograde ducens, nitebatur letitiam cantantium infirmare. Tum vero, vi Divina, lumina venificæ cavis orbibus evulsa, cruore versum polluerunt: 'Hoc opus[4] eorum qui 'detrahunt mihi apud Dominum, et qui loquuntur 'mala adversus animam meam.' Cruoris signa extant [f. 73, a.] hodie, immanitatem mulierculæ et Dei ultionem spirantia.

Gloucester. Religious Houses.

a letter written to the English kings.

The corpse conveyed to Winchcombe.

The murderess sees the procession from a window.

Her eyes miraculously torn out while she was singing psalm [cviii.] backwards.

Theokesberia.

§ 157. Est et monasterium Theokesberiæ, quod noviter Rotbertus filius Haimonis favore suo provexit, nec facile memoratu quantum exaltavit, ubi et edifitiorum decor et monachorum caritas adventantium rapit oculos, et allicit animos. Fuerat illud primitus apud Craneburnam; sed abbatis Giraldi provisione, pro vicini fluminis oportunitate et dominicarum contiguo terrarum, Theokesberiam aptius locari visum. Simul et videbatur voluntati religiosæ nomen applaudere, quod Theokesberia dicatur, quasi Theotokosberia,[5] id est

Tewkesbury monastery.

Enlarged and beautified by Robert Fitz-Haimo, temp. Henry I.

Originally situated at Cranborne, but removed by abbot Giraldus.

The name of Tewkesbury formerly Theotokosberia.

---

[1] *latiariter*] A.; latialiter, B.D.; lacialiter, C.; latiariter corrected into latialiter, E.

[2] *pueruli*] A.; pueri, B. C.; originally puerili, but altered into pueruli, E.; puerile, D.

[3] *Deus*] Psalm cviii. 2.

[4] *Hoc opus*] Psalm cviii. 20.

[5] *Theotokosberia*] A. E.; Theotokosberiai, A. B.; Theotesberian, C. Teotokesbiria, written over an erasure, D.

Worcester. Religious Houses.

Dei genitricis curia, vocabulo ex Græco et Anglico composito.[1]

Malvernia.

Malvern monastery.

The name Malvern an antiphrase.

§ 158. Increvit etiam nostris diebus[2] in eadem provintia Malvernense monasterium, quod mihi per antifrasin videtur sortitum esse vocabulum. Non enim ibi male, sed bene et pulcherrime religio vernat, ubi ad immortalem spem et commodum[3] mortalium rerum penuria monachos[4] trahit et animat.

Worcester also contains the abbeys of Evesham and Pershore.

§ 159. Habet etiam Wigorniensis provintia abbatias Eveshamnensem, Perscorensem.[5]

Evesham.

Eveshamfounded by bishop Egwine [about A.D. 701].

§ 160. Eveshamum fundavit beatus Eguuinus episcopus. De quo quid miraculi sit quod Beda tacuerit, nondum per me potui advertere vel per alios addiscere. Presertim quod cum Kenredo rege Mertiorum et Offa rege Orientalium Anglorum Romam iverit, quorum profectionem historicus non siluit. Veruntamen, quæcunque res hanc taciturnitatem imperaverit, constat eum tertium Wigorniensium præsulem fuisse, locum illum, quo nunc cenobium visitur, peculiariter amasse. Incultum antea et spinetis horridum, sed ecclesiolam ab antiquo habentem, ex opere forsitan Britannorum. Eo loci vir[6] sanctissimus, dum, solitudine[7] invitante,

He was third bishop of Worcester, and greatly attached to Evesham,

which was formerly a very wild spot.

He has a vision of the Blessed Virgin there.

---

[1] *composito*] A.; composita, B. C. D. E.

[2] *diebus*] A. B. C.; temporibus, D. E. The allusion is to the introduction of the Benedictines by Aldwine in A.D. 1083. See Tanner, Notitia Monastica, p. 621.

[3] *spem et commodum*] B. C.; at first commodum, spem et being interlined, A.; commemoratio dum, D.; commemoro dum, E.

[4] *monachos*] interlined, A.

[5] *Eveshamnensem, Perscorensem*] D.; orginally Eveshamnensem, Perscorensem, Malvernesnem, but the last name crossed through, A.; and underlined, E.; Eveshamnensem, Perscorensem, Malvernensem, B.; Heveshamensem, Perscornensem, Malvernensem, C.

[6] *vir*] D. E.; interlined, A.; omitted, B. C.

[7] *solitudine*] B. C. D. E.; originally solitudine loci, but the latter word crossed through, A.

Worcester. Religious Houses.

frequentaret excubias, Dei genitricis visione et allocutione mulceri meruit. Plane et absque scrupulo præcipientis ut ibidem sibi fundaret cenobium, futurum sibi gratiosum, illi negotiosum. Institit ille jussis, et complens opus, apostolicis et regiis privilegiis corroboravit. Quid illud? Credendumne putatur quod tradit antiquitas? Peccatorum juvenilium quondam conscium pedes compedibus irretisse, clavibus compedum in amnem jactatis. Palam dixisse, tunc se demum de[1] peccatis securum futurum, cum compedes vel divinitus vel ipsis reserarentur clavibus. Ita Romam profectum prospereque reversum. Jam vero in illo mari, quo a Gallico continenti Angliam navigio transmittitur, cum navigaret, immanem piscem saltu puppem qua pontifex vehebatur ingressum, certatimque, annitentibus nautis, retentum. In ejus exinterati jecore clavem repertam, seræque compedum appositam, Sancto soluto securitatis plurimum donasse. Nominatissimus profecto pater est et petentibus exorabilis, si credulitas rogantium non titubaverit.

She commands him to found the monastery.

Anecdote of his fettering himself on account of his sins.

He throws the key into the river, and goes to Rome in fetters.

On his voyage home a great fish springs into his ship.

The key found in its liver.

§ 161. Implebis[2] et tu laude tua hujus paginulæ partem, qui cenobium idem illustras, felix puer Wistane![3] fili Wimundi filii Wihtlafii[4] regis Mertiorum et Ethelfledæ[5] filiæ Celwlfi, qui fuit patruus Kenelmi. Te, inquam, non tacebo, quem Berferthus cognatus nefarie interemit. Norintque posteri, si qui has cognitione dignas litteras putaverint, nichil in sæculo indole tua gloriosius, qua irritatus, lanio te morti dederit, nichil in Deo puritate tua innocentius, qua invitatus, internus arbiter te glorificaverit. Nam cælo demissa columna lucifera, densæque noctis dirumpens pallia, profundæ caveæ scelus detexit, carnificis nequitiam arguit. Quapropter venerandæ reliquiæ,[6] levatæ parentum obsequio,

St. Wistan, the son of Wimund and grandson of Wihtlaf king of the Mercians killed by Berferth.

His goodness and purity.

A pillar of light from heaven discovers his murdered body.

[1] *de*] interlined, A.

[2] *Implebis*] This section occurs verbatim in the *Gesta Regum*, § 212. Cf. Chron. of Evesham, ed. Macray.

[3] *Wistane*] A.; Wlstane, B. C. D. E.

[4] *Wihtlafii*] A.; Withlasii, B. C.; Withlafii, D.; Wichtlafii, E.

[5] *Ethelfledæ*] A. E.; Elfledæ, B.; Elfredæ, C.; Edelfledæ, D.

[6] *reliquiæ*] interlined, A.

Worcester. Religious Houses.

It is conveyed to the monastery of Repton [co. Derby], and ultimately taken to Evesham.

Rapendune locatæ sunt, tunc temporis famoso monasterio. Nunc est villa comitis Cestrensis. Cujus gloria pro situ vetustatis exsoleta, modo[1] Evesamum, ut dixi, inhabitas,[2] dignus qui faventum votis serenus indulgeas.

Perscora.

Pershore founded by Egelward, temp. king Edgar.

It afterwards falls into decay.

Kings Edward and William transfer most of its property to Westminster.

Some of the bones of St. Edburga preserved there as relics.

De Folbrihto.

§ 162. Perscoræ fundavit et perfecit cenobium tempore regis Edgari Egelwardus dux Dorsatensis,[4] minime parcus animo, sed effuso in largitatem studio. Verum[5] et illud, ut cetera, quanto succubuerit detrimento miserabile, plus sui medietate diminutum. Partem divitum occupavit ambitio, partem sepelivit oblivio, majusculam portionem reges Eduardus et Willelmus contulere Westmonasterio. Habentur hic aliquanta felicis[6] Edburgæ ossa, celebranturque instanti reverentia, quod ibi frequentiori quam alias miraculorum vivit gloria.[7]

De Episcopis Herefordensibus.

Bishops of Hereford.

Hereford once a considerable city.

Names of its first bishops. Cuthbert, afterwards archbishop of Canterbury.

§ 163. Trans Sabrinam pene collimitatur Walensibus civitas Hereford non grandis, quæ tamen fossatorum præruptorum ruinis ostendat se aliquid magnum fuisse. Hujus a principio hi fuerunt episcopi, Putta, Tirhtel, Torhtere, Walhstod,[8] Cuthbert, postea Cantuariensis

---

[1] *modo*] originally nunc, but crossed through and modo interlined, A.; nunc, B. C. D. E.

[2] *inhabitas*] B. C. D. E.; habitas, with in– interlined, A.

[3] *De Folbrihto*] Folbriht was the first abbot of Pershore.

[4] *Dorsatensis*] This monastery seems to have been originally founded by Oswald, nephew of Ethelred king of Mercia, A.D. 689. Egelward appears to have introduced the Benedictines in A.D. 792. See Cod. Dipl. no. 570.

[5] *Verum*] originally Sed, but crossed through, and Verum interlined, A.; Sed, B. C.; Sed verum, D.; Sed underlined, and Verum written above, E.

[6] *felicis*] B. C. D. E.; cis, felitia, A.

[7] *gloria*] After this word D. incorrectly inserts the passage Wlstano successit . . . . . junioris. *Supra*, pp. 289–291.

[8] *Walhstod*] A.; Walstod, B.; Thortere, Trihul, Walstodus, C.; Walhstodh, D.; Walhstoch, E. And so below.

archiepiscopus. Cujus eximiam in rebus ecclesiasticis diligentiam, cum in archiepiscoporum rebus sermo versaretur, edisseruit; sed et versus isti, nuper mihi visi, antiquitatem viri, quantumque antecessores suos honorificaverit, insinuabunt, et si quid ab eis ad ornatum domus Dei[1] ceptum, ipse studio suo perfecerit.

Bishops of Hereford. — Cuthbert.

[f. 73, b.]

His verses inscribed on a cross which he had caused to be erected.

'Hec veneranda crucis Christi veneranda sacratæ
'Ceperat antistes venerandus nomine Walhstod
'Argenti atque auri fabricare monilibus amplis.
'Sed, quia cuncta cadunt mortalia tempore certo,
'Ipse opere in medio moriens e carne recessit.
'Ast ego successor præfati præsulis ipse,
'Pontificis, tribuente Deo, qui munere fungor,
'Quique gero certum Cudbert de luce vocamen,[2]
'Omissum implevi, quod ceperat ordine pulchro.'

Item super sepulchrum antecessorum.

His verses, inscribed on the tomb of certain of his predecessors raised by him to their memory.

'Qui quondam extiterant famosi altique per orbem,
'Corpora sena tenet horum hic marmor[3] obumbrans.
'Tumbaque mirifico præsens fabricata decore
'Desuper ex alto cohibet cum culmine tecta.
'Hos ego Cudbertus, sacri successor honoris,
'Inclusi titulis, exornavique sepulchris.
'Pontifices ex his ternos sancta infula cinxit,
'Nomina sunt quorum Walhstodus, Torhtere, Tirh-
'til;[4]
'Regulus est quartus Milfrith cum conjuge pulchra
'Cuenburga, exstitit e senis hæc ordine quinta.
'Sextus præterea est Oselmi filius Osfrith.'

Post Cuthbertum, Podda, Ecca, Cedda, Aldbertus,[5] Esne, Celmundus, Utel, Wlfeard,[6] Benna, Edulf, Cuthulf,

Names of his successors.

---

[1] *Dei*] interlined, A.

[2] *vocamen*] A. D. E.; vocatum, B. C.

[3] *marmor*] mamor, A.

[4] *Tirhtil*] A. D. E.; Trihul, B. C.

[5] *Aldbertus*] A. B.; Atelbertus, C.; Albertus, D.; Alcbertus, E.

[6] *Utel, Wlfeard*] D. E.; at first Wlfeard, Utel, but the alteration indicated, A.; Wlfeard, Utel, B. C.

Bishops of Hereford.

Mucel, Deorlaf, Cinemund,[1] Edgar, Tidhelm, Wlfelm, Alfricus, Athulfus, Ethelstan, Leouegar. Hunc tempore regis Eduuardi[2] Grifin rex Walensium, urbe cremata, expulit sede et vita. Walterus successit, qui, a Nicholao papa Romæ sacratus.[3] Pertendit ad quintum annum Willelmi regis, et tum indecoro exitu, nisi si[4] fama mentitur, decessit. Erat in villa muliercula, quam, nescio quo infortunio ex occursu visam, multo arsit tempore. Ignorabat illa flammas pontificis, et, si sciret, contempneret. Interea sepe pontifex cogitans quia 'nichil[5] est miserius quam senex amans,' luctabatur pro ætatis et gradus reverentia morbum depellere. Probeque jam convaluerat, et victus furor terga dederat, cum ex occasione, quam diaboli fraus amministravit, intra cubiculum illam accersiit. Suberat causa, ut cubiculariis vestes incideret. Dicebatur enim offitii perita. Illa ingressa, et operi propter quod venerat intenta, clientes secretorum conscii, agmine facto, discedunt. Tum, ne multis morer, episcopo post obscena dicta, vim inferre paranti femina forcipibus quas tenebat inguina suffodit. Rumor criminis et ultionis totam pervagatus Angliam, regis quoque aures attigit. Ille dignitate regia credulitatem dissimulans, ne vel ceteri disseminarent, gravissimo cohercuit edicto.

Griffith, king of [North] Wales, kills bishop Leouegar, and burns the city, [A.D. 1056]. Walter consecrated by pope Nicholas II. [A.D. 1061].

Story of his passion for a seamstress.

and its punishment.

The story suppressed by the king.

Rotbert of Lorraine succeeds Walter [A.D. 1079].

§ 164. Non multo post accepit sedem illam Rotbertus Lotharingus, qui ibi ecclesiam tereti edificavit scemate, Aquensem basilicam pro modo imitatus suo. Omnium liberalium artium peritissimus, abacum præcipue et lunarem compotum et cælestium cursum astrorum rimatus. Erat tunc temporis[6] Marimanus[7] mo-

Builds the cathedral after the pattern of that of Aix-la-Chapelle.

His skill in the arts.

Marianus [Scotus] a recluse at Mentz.

---

[1] *Cinemund*] A. B.; Cynemuð, C.; Cuemund, D. E.

[2] *Eduuardi*] A. D. E.; Edgardi, B.; Edgari, C.

[3] *sacratus*] C. D. E.; originally sacratus est, but est crossed through, A.; sacratus est, B.

[4] *si*] A. D. E.; omitted, B. C.

[5] *nichil*] Quid sene erit nostro miserius? Ter. Heautont. ii. 3. 14.

[6] *tunc temporis*] Marianus Scotus retired from Fulda to Mentz, as a recluse, A.D. 1069, and died there about A.D. 1082 or 1083.

[7] *Marimanus*] A.; Marinianus, B. C.; Marimannus, D.; Marmannus, E.

Bishops of Hereford.

His Chronicle.

nachus apud Magontiam inclusus, qui longo solitudinis otio chronographos scrutatus, dissonantiam ciclorum Dionisii exigui contra evangelicam veritatem[1] vel primus vel solus animadvertit. Itaque, ab initio seculi annos singulos recensens, .xx^{ti}ii^{os}. annos, qui circulis prædictis deerant, superaddidit, magnam et diffusissimam cronicam facere adorsus.[2] Eum librum[3] Rotbertus[4] miratus unice, emulatus mirifice, Angliæ[5] invehendum[6] curavit. Denique captus Marimani[7] ingenio, quicquid ille largius dixerat, in artum contrahens defloravit adeo splendide,[8] ut magis valere videatur defloratio quam ingentis illius voluminis diffusio.

Bishop Robert sends for his work to England, and abridges it.

His intimacy with Wlstan, bishop of Worcester.

§ 165. Præ cæteris contemporaneis episcopis magis sanctissimi Wlstani familiaritati deditus erat, quem et vicinitate præsulatus attingebat. Remotis ergo sepissime forensibus negotiis, domesticum illi contubernium præstabat, delectatus vitæ illius puritate et innocentia. Quem quamvis ante se extulerit, non tamen sotialis amoris vinculum mors illius prolongata, sed statim secuta dirupit.[9] Decumbebat Wlstanus Wigorniæ, beato jam

---

[1] *veritatem*] D.; interlined, A. E.; omitted, B.; fidem, C.

[2] *facere adorsus*] D.; written over an erasure, A.; commentus, but underlined, and facere adorsus in margin, E.; commentus, B. C.

[3] *librum*] B. C. D. E.; interlined, A.

[4] *Rotbertus*] A. E.; Rodbertus, B.; Robertus, C. D.

[5] *Angliæ*] D.; at first Anglice, but the c erased, A.; Anglice, B. C. E.

[6] *invehendum*] A. D. E.; in evehendum, B. C.

[7] *Marimani*] A. E.; Mariniani, B. C.; Marimanni, D.

[8] *defloravit adeo splendide*] Two MSS. of the abridgement made by Robert, bishop of Hereford, still exist in the Bodleian library. An examination of these shows that the bishop's work consisted of an abridgement and simplification of the dissertations and tables with reference to the Dionysian era, prefixed by Marianus Scotus to his Chronicle, and not of the Chronicle itself. See the particulars fully stated in Hardy's Descriptive Catalogue, vol. ii. pp. 46, 75.

[9] *prolongata, sed statim secuta dirupit*] at first prolonga dirupit, but ta sed statim secuta interlined, A.; the syllables -ta, sed, and di- being very indistinct; prolongata, statim secuta dirupit, B. C.; prolongata sed statim secuta corrupit, D.; prolongatas statim secuta corrupit, E.

Bishops of Hereford.

Wlstan appears to him in a vision, and tells him to hasten to Worcester if he wishes to see him alive.

Rotbert accordingly sets forth,

and has another vision of Wlstan on the way.

Wlstan tells him that he is already dead, and announces to Rotbert his own impending decease.

Rotbert arrives at Worcester, and buries Wlstan there.

The prior of Worcester gives him a cope, lined with lamb's skin, formerly belonging to Wlstan.

Upon receiving it he is seized with a sudden tremor.

He summons the monks to a chapter,

proximus fini. Rotbertus,[1] in curia invitus duntaxat regalia placita transigens, astitit ipsi in visu, dicens omnino intelligibiliter: 'Si me vis videre vivum, festina 'venire Wigorniam antequam obeam.' Quo viso, petita a rege licentia, venire festinabat concitus, nulli quieti suæ die vel nocte indulgens. Metus enim pius præsagium, quod res firmavit, infuderat, ne non superstitem inveniret. Longiuscule enim curia fuerat. Et jam in mansione proxima Wigorniæ somno deditus iterato videt Wlstanum dicentem: 'Nichil minus quam pius 'amor poscit fecisti; sed frustratus es desiderio tuo. 'Jam enim migravi. Tu modo, amice sodalis, vitæ tuæ 'consule, provide saluti, quia non longas moras post me 'faties in hac luce. Et ne fantastica visione te credas 'illudi, signum accipe: Postquam cras corpus meum, quod 'jam triduo tuum sustinet adventum, terræ mandaveris, 'dabitur tibi xenium ex mea parte, quod meum esse [f. 74, a.] 'cognosces.' Ita pontifex expergefactus viam peregit, Wigorniam venit, offitium sepulturæ implevit, re omnibus celata.[2] Jamque valedicto monachis, meditabatur discedere, calciatumque calcaribus equus operiebatur, cum prior loci genibus ejus reverenter affusus,[3] prætendit xenium dicens: 'Accipite, domine, si vobis pla-'cet, amatoris vestri cappam, agninis intus pellibus in-'fultam, qua indutus equitare solebat. Quæ et longum 'vestrum testetur amorem, et sanctitatis Domini nostri 'mereatur vobis[4] protectionem.' Hoc ille audito et munere recognito impalluit, gelidusque cucurrit per ossa tremor. Statimque, dilata profectione, contionem monachorum in capitulum accivit, lacrimis et suspiriis, quantum res exigebat, referens, quanta veritate som-

---

[1] *Rotbertus*] A.; Rodbertus, B. E.; Robertus, C. D.

[2] *re omnibus celata*] D.; interlined, A. E.; re omnino celata, B. C.

[3] *reverenter affusus*] B. D. E.; affusus reverenter originally in A., but the change in the order of the words indicated; reverenter genibus ejus affusus, C.

[4] *vobis*] interlined, A.; omitted, B. C. D. E.

nium et factum quadrassent. Itaque, omnibus sua morte commendata, discessit; de ammonitione quidem lætus, sed semper sancto timore sollicitus. Januario mediante Wlstanus transiit, nec Rotbertus[1] Junium transcendit.

Bishops of Hereford.

and relates his visions to them.

He dies June [26], Wlstan having died January [18].

§ 166. Girardo successori ejus in Eboracum translato, substitui jussus est a rege Rogerius quidam lardarius. Sed is, nullo pontificali munere suscepto, infra .viii^to^. dies electionis apud Lundoniam, ubi tunc curia erat, defunctus est. Mandato ante[2] archiepiscopo Anselmo, Deus bone, quam mira ineptia! ut se in episcopum consecraret antequam moreretur, eoque[3] anxie et instantissime postulato. Quam hominis fatuitatem, nullo relato responso, sanctus antistes solius[4] modestia risus infirmavit.[5]

Girard his successor being made archbishop of York [A.D. 1101].

Roger the royal lardererris named bishop of Hereford by the king; but dies eight days after his nomination.

§ 167. Tunc statim electus est Rainalmus,[6] reginæ cancellarius, ut mortui locum teneret. Qui, secundnm morem quem rex legitimum tunc[7] arbitraretur, per principem anulo et baculo investitus, ubi benedicere[8] illum et ceteros sic investitos, archiepiscopo recusante, perperam se fecisse intellexisset, ultro, nec rogatus nec jussus, retulit anulum et baculum regi. Quocirca, amicitiæ regalis extorris, curia quoque arceri[9] jussus est. Tacite id ille et patienter tulit, donec, dultiore[10] aura cor regium serenante, legitime sedi introductus, et honorifice consecratus est. Mansit in episcopatu

Rainalm the queen's chancellor elected in his place [A.D. 1133].

The prince invests him with the ring and crozier.

The archbishop refuses to confirm the investiture.

Rainalm accordingly returns the insignia to the king.

The king at first offended, but afterwards mollified.

Rainalm is consecrated [A.D. 1107].

---

[1] *Rotbertus*] A.; Rodbertus, B. E.; Robertus, C. D.

[2] *ante*] A. D. E.; autem, B. C.

[3] *eoque*] B. C. D. E.; originally idque, but id crossed through, and eo interlined, A.

[4] *solius*] D. E.; written upon an erasure, A.; solus, B.; sola, C.

[5] *infirmavit*] D.; a word erased in text, and infirmavit written in the margin to supply its place, A.; dissolvit, B. C.; dissolvit, with infirmavit above it, E.

[6] *Rainalmus*] A. E.; Rainalinus, B.; Reinalmus, C.; Rainaldus, D.

[7] *tunc*] A. D. E.; omitted, B. C.

[8] *benedicere*] B. C. D. E.; originally recusante, but crossed through and benedicere interlined, A.

[9] *arceri*] A. C. D. E.; arcersiri, B.

[10] *dultiore*] A. D. E.; cultiore, B. C.

Bishops of Hereford.

cum magna modestia, cum virtutibus ceteris tum compunctione timoris Dei, ubique et maxime inter missarum agenda lacrimis irriguus. Nullius mali opinione infamis, nisi quod minus quam decebat, et citra facultatem suam, esse dapsilis dicebatur.

He dies of gout after a few years [A.D. 1115]. Geoffrey de Cliva his successor.

A proverb that no bishop of Hereford ever lives long.

§ 168. Decessit post paucos annos vitio podagræ, accepitque successorem Gausfredum cognomento de Cliva[1] non plus .v. annis, vulgatissimo jam per ora hominum infortunio, ut non diu quisquam episcopus apud Hereford supersit. Bonus quidem et ille, continentissimusque indifferenter cibis et vestibus, quæ minori pretio taxarentur, utens. Agriculturæ studens terras episcopatus, quæ ante exactionibus vectigalium multum lesæ fuerant, reparavit et provexit. Quare et farre et ceteris quæ victum ministrant suffitiens paulo tenacioris animi ad pauperes fuit. Lacerandam ergo famam suam merito præbuit, quod nulla misericordia erga egentes motus magnam copiam victualium nulli heredi reliquit.

Geoffrey exerts himself to improve the diocesan lands.

Is grudging to the poor.

His memory justly suffers for it.

The bishopric given by king Henry to Richard, his clerk of the signet [A.D. 1121].

He soon dies [A.D. 1127]. Rotbert [de Bethune], prior of the canons of Lantony, succeeds him [A.D. 1131].

He is living when the author writes this history.

§ 169. Datus[2] est episcopatus ab rege Henrico Ricardo clerico de sigillo, qui non multis annis superfuit. Tum demum bono, si Deo placet, omine, electus est factusque præsul Rotbertus prior canonicorum de Lantoni, qui hodieque superest,[3] cujus facta posteri judicabunt. Nunc plane benignum illi fama stravit iter,[4] ipsum esse religiosissimum, in victu et vestitu abstemium. Apostolicæ certe curiæ ita est notus,

---

[1] *Cliva*] Indistinctly written in A., the c being close upon the l; diua, B. C. D. E. The name of Clyve is authenticated by a monumental inscription to the bishop in Hereford cathedral.

[2] *Datus est episcopatus . . . . . Anglia injungat*] D. This paragraph is added on the margin, with an indication in the text to show where it should come in, A. E.; omitted, B. C.

[3] *qui hodieque superest*] Robert de Bethune, bishop of Hereford, died April 16, 1148.

[4] *iter*] D. E. After iter there is a blank space in the line, A., which has been filled in by a later hand with the word asserens; no such word in D. E., and no space left.

ut ei post legatum et archiepiscopum omnes dispositiones suas in Anglia injungat.

Hereford. Religious Houses.

§ 170. Ornat episcopalem sedem reliquiis suis rex et martir Eielbrihtus,[1] apud Orientales Anglos natus et principatus. Hunc rex Mertiorum Offa pro confirmatione, ut putabat, et provectu regni, nullis extantibus causis,[2] peremit, nefariam rem in procum filiæ machinatus. Invasitque continuo, eo mortuo,[3] regnum Orientale, invasionis hereditatem transmittens in successores. Verum mors Eielbrihti[4] innocua morte Offæ non multo post subsecuta, et ejusdem filii brevi regno creditur vindicata. Quin et Deus adeo evidentibus signis sanctitatem ejus notitiæ civium tradidit, ut tantæ dignitatis episcopatus sub ejus consecretur nomine. Est ergo martir, et creditur non rationibus humanis sed virtutibus divinis. Nec ineptum videri debet aut incongruum, quod antecessores nostri, probi et præsertim religiosi viri, vel taciturnitate toleraverunt vel auctoritate roboraverunt. Nunquid enim beatus Dunstanus, ut ceteros omittam, in quem se scientia litterarum et Dei gratia pleno sinu infuderat, pateretur vel Kenelmum vel Egelbrihtum vel Wlstanum coli ut martires, nisi ei constaret gratum esse[5] apud cives celestes? Succumbat ergo mortalis sententia ubi Dei favor ostenditur per miracula.

The relics of Eielbriht [Æthelbyrht] of East Anglia, king and martyr, adorn the cathedral.
Offa king of the Mercians had killed him and invaded his territory [A.D. 792].
But soon afterwards dies himself [A.D. 796].

[f. 74, b.] § 171. In diocesi præsulatus sunt duo cenobia apud[6] Scrobbesberiam et Weneloch. Scrobbesberiense recens

Monasteries at Shrewsbury and Wenlock.

---

[1] *Eielbrihtus*] A. B.; Egelbrihtus, D. E.; Egelbritus, C.

[2] *causis*] A. C. D.; omitted, B.; overlined, E.

[3] *mortuo*] B. C. D. E.; mortuortuo, A.

[4] *mors Eielbrihti*] originally illius mors, but illius crossed through, and Eielbrihti added on margin, A.; mors Egelbrihti, D., and on an erasure, E.; illius mors, B. C.

[5] *nisi ei constaret gratum esse*] so corrected on margin, A., the original reading in the text, si ingratum esse constaret, being crossed through; si ingratum constaret, B. C.; nisi gratum esse constaret, D.; nisi ei gratum esse constaret, E.

[6] *apud*] B. C. D. E.; interlined, A.

Hereford. Religious Houses.

Shrewsbury founded by Roger earl of Montgomery [A.D. 1083].

Wenlock nunnery very ancient [founded about A.D. 680].

St. Milburga lived and died there.

Cluniac monks settled there by the aforesaid earl of Montgomery [A.D. 1078].

est omnino a Rogerio comite de Monte Gomerico constitutum.[1] Ibi monachos locavit ex Sagio, angusto prorsus victu et amictu, sed qui has erumnas spe futuræ mercedis lætis animis parvipendant. Apud Weneloch fuit antiquissima sanctimonialium habitatio; ibique beatissima Milburga soror sanctæ Mildridæ, neptis Pendæ regis Mertiorum ex filio, vitam transegit et sita est.[2] Sed locum omnino desertum prædictus comes monachis Cluniacensibus implevit, ubi modo spetiosa germina virtutum conantur in cælum. Enimvero sepulchrum virginis clam erat novis advenis, omnibus videlicet vetustatis monimentis violentia hostium et temporum deletis. Noviter vero dum inchoata novi templi fabrica quidam puer per pavimentum concitatius cursitaret, effracta mausolei fovea, propalam corpus virginis fecit. Tunc balsamiti[3] odoris aura per ecclesiam spirante, altius elatum tot miracula præbuit, ut catervatim eo populorum undæ confluerent. Vix patuli campi capiebant populorum agmina, dum æquis umbonibus dives et mendicus se agerent, cunctos in commune præcipitante fide. Nec cassum eventum res habuit, ut nullus exinde nisi extincta vel mitigata valitudine discederet, nonnullos etiam regius morbus, medicis sane incurabilis, per merita virginis relinqueret.[4]

Discovery of St. Milburga's tomb.

Wonderful cures effected by her agency.

---

[1] *constitutum*] There had been a monastery, dedicated to St. Peter, here before the foundation of the abbey by earl Roger.

[2] *sita est*] B. D.; sita with est overlined, A. E.; habitatio sita, ibique . . . vitam transegit, C.

[3] *balsamiti*] A. E.; balsamitici, B. C. D.

[4] *relinqueret*] B. C. D.; originally discederet, but crossed through, and relinqueret interlined, A.; discederet underlined, and relinqueret written above it, E.

De episcopis Licitfeldensibus.

Bishops of Lichfield.

§ 172. Licitfeld[1] est villa exigua in pago Statfordensi[2] longe[3] a frequentia urbium. Nemorosa circa regio, rivulus aquæ propter fluit. Ecclesia angusto situ erat, antiquorum virorum mediocritatem et abstinentiam præferens. Locus pudendus nostri ævi episcopis, in quo episcopalis dignitas diversari deberet. Ibi, ut prædictum est, sanctissimus Cedda et sedit et obiit. Nam præter duos episcopatus Mertiorum, quos supra recensui, tota reliqua[4] provintia Mertiorum et Lindisfarorum primis annis Christianitatis unum habuit episcopum, singulos singulis succedentes. Quorum hæc sunt nomina: Diuma, Cellah, ambo de Scottia. Post hos Trumhere[5] natione Anglus,[6] Iaruman, Cedda, cujus fuit sedes, ut dictum est sepe, apud Licitfeld. Ceddæ substituit Theodorus archiepiscopus Winfridum, qui diaconus antecessoris sui fuerat, et huic Sexwlfum. Sexuulfo duo successerunt, Hedda apud Licitfeld, Wilfrid apud Legecestram. Wilfrido vi hostilitatis ejecto, ambas tenuit parrochias Hedda, et post eum Alduine. Quo defuncto, tres facti sunt episcopi in illa diocesi, Witta[7] Licitfeld, Totta Legecestræ, Etherd[8] Dorcestre.[9] Licitfeldenses ergo episcopi post Wittam[10] fuerunt hi, Hemel, Cutfrid, Berhtun,

Position of the city.

A place unfitted for the bishops of our day.

St. Cedda settled and died there [A.D. 664].

The names of the early bishops

After Sexwlf, the see again divided. Hedda becomes bishop of Lichfield, Wilfrid of Leicester.

Wilfrid is expelled, and Hedda holds both sees, and after him Aldwine.

After his death three sees made

---

[1] *Licitfeld*] A. B. E.; Lichelfeld, C.; Lichesfeld, D.

[2] *Statfordensi*] A. B.; Standfordensi, E.; Sta–ffordensi, an erasure in the space indicated, C.; Staffordensi, D.

[3] *longe*] B. C. D. E.; originally locus p longe, but locus p crossed through, A.

[4] *reliqua*] B. C. D. E.; interlined, A.

[5] *Trumhere*] A.; Tumhere, B. C.; Dumhere, D. E. These readings are apparently occasioned by the indistinctness of the name in A.

[6] *Anglus*] B. C. D. E.; originally Scottus, but crossed through, and Anglus interlined, A.

[7] *Witta*] C. D.; originally Wita, A., but t interlined; Wita, B. E.

[8] *Etherd*] A. B.; Ethead, D. E.; Ereferth, C.

[9] *Dorcestre*] E.; Dorce Legecestre, A.; Dorcecestre, B. C.; Dorkecestre, D.

[10] *Wittam*] C. D.; originally Witam, but t interlined, A.; Witam, B. E.

Bishops of Lichfield.

at Lichfield, Leicester, and Dorchester.

Names of those at Lichfield.

Peter leaves Lichfield for Chester.

The position and produce of the latter.

Higbert, Aldulf, qui tempore Offæ regis accepit pallium, Herewin, Herkenuald, Hunbert, Cinebert, Tunfrith, Elle, tempore regis Ethelstani; Elgar, Kinsi, Winsi, Elfeh, Goduine, Lefgar, Brihtmar, Wlsi, Leouuine, Petrus. Hic tempore regis Willelmi senioris, derelicta Licitfeld, migravit in Cestram, quæ abest ab eo loco milibus .v. et .xx^ti^. Cestra legionum civitas dicitur, quod ibi emeriti legionum Julianarum resedere. Collimitatur Aquilonalibus Britannis. Regio farris et maxime tritici, ut pleraque Aquilonalium, jejuna et inops, pecorum et piscium ferax. Incolæ lac et butirum delitias habent; qui ditiores sunt carnibus vivunt, panem ordeitium et siligineum pro magno amplectuntur. Transmittitur a Cestra Hiberniam revehunturque civitati necessaria, ut quod minus natura soli habet labor negotiantium apportet. In urbe fuit ex antiquo sanctimonialium monasterium, nunc per Hugonem Cestrensem comitem monachis repletum.[1] Predicatur ibi Werburga virgo, filia[2] Wlferii regis Mertiorum et Ermenhilde filiæ Sexburgæ, quæ fuit filia Annæ regis Orientalium Anglorum, et uxor Erkomberti regis Cantuariorum. Werburga celibatum professa in illa civitate plurimo temporum curriculo bonis emicuit virtutibus. Cujus unum narro miraculum, quod ab incolis celebritate sui famam et memoriam meruit. Rus extra muros habebat, cujus segetes depascebantur aucæ silvestres. Villicus, cujus offitii intererat, omni cura abigere sed parum pro- [f. 75, a.]
movere. Qua re dum herili assisteret obsequio, hujusce rei inter ceteras diei fabulas subintulit querimoniam. 'Vade,' inquit illa, 'et include omnes in domo.' Stupefactus agrestis novitate præcepti, ludere putabat do-

Commerce carried on with Ireland.

An ancient monastery of nuns, now filled with Benedictine monks by Hugh earl of Chester [A.D. 1093].

Virtues of St. Werburga, daughter of Wlfere king of the Mercians.

Her miraculous acquisition of some wild geese.

---

[1] *repletum*] Wulfhere, king of Mercia, is said to have founded a nunnery here, about A.D. 670, for his daughter St. Werburga; in A.D. 875 the remains of the saint were buried here, in a nunnery dedicated to SS. Peter and Paul; king Ethelstan restored it for secular canons, and dedicated it to St. Werburga.

[2] *filia . . . . . fuit*] A. C. D. E.; inserted on margin B.

minam. Sed, illa constantius et serio præcipiente, ad segetes reversus, ubi prædatrices improbas primum conspicatus est, ut se ex præcepto heræ sequerentur, clara edixit voce. Tum[1] omnes, grege facto, collis demissis hostem secutæ, tecto inclusæ sunt. Quarum unam præsumpsit ad cenam rusticus, nullum scilicet accusatorem veritus. Diluculo venit virgo, et de rapina rerum alienarum volucres increpitans fugam capessere imperavit. Nec defuit alitibus sensus, quæ se integras non[2] esse scirent, quin circa dominæ pedes circumeuntes,[3] nec usquam prodeuntes, querela, qua poterant, pietatem virginis excitarent. Illa, Deo sibi revelante, intelligens non ex nichilo esse tantam querimoniam avium, villicum sedulo percunctata, furtum cognovit. Jubet ossa recolligi et afferri. Nec mora, signo virgineæ manus medicante, cutis et caro[4] ossibus superducta, cutis cepit plumescere, donec ales animata, saltu primo alacri, mox volatu se libravit in æthera. Secutæ sine cunctatione ceteræ, constante jam numero, exhibito prius liberatrici venerationis offitio. Hujus igitur virginis apud Cestram prædicantur merita, extolluntur miracula. Cumque omnium petitioni sit incunctanter favorabilis, tum maxime orationes feminarum et puerorum vicino et contiguo auxilii pede attingit.[5]

Bishops of Lichfield.

Her bailiff steals and eats one of them, fearing no accuser.

The conduct of the geese renders her suspicious of foul play.

She orders the bones of the goose to be collected, and restores it to life.

The whole flock pay her reverence, and fly away.

She is most favourable to the prayers of women and children.

§ 173. In eadem civitate, ut dixi, fecit Petrus episcopus sedem in ecclesia Sancti Petri, positis pauculis canonicis. At vero successor ejus Rotbertus iterum sedem in Coventreiam migravit. Erat id in[6] diocesi Cestrensi cenobium a magnificentissimo comite Lefrico et uxore Godifa constructum tanto auri et argenti spectaculo, ut angusti viderentur ipsi parietes ecclesiarum

Bishop Peter establishes the see and canons at Chester, but his successor, Rotbert [de Limesey], returns to Coventry.

A magnificent monastery erected by earl Lefric and his

---

[1] *Tum*] A. D. E.; Tunc, B. C.

[2] *non*] B. C. D. E.; interlined, A.

[3] *circumeuntes*] A. D. E.; circuentes, B.; circueuntes, C.

[4] *et caro*] B. C. D. E.; interlined, A.

[5] *attingit*] E.; originally attingunt, but altered into attingit, A.; attingunt, B. C.; attingerent, D.

[6] *Erat id in*] A. B. D.; Erat illud cenobium in, C.; Erat in, E.

Bishops of Lichfield.

wife Godiva [A.D. 1057]. Rotbert covets the treasures,

and abstracts 500 marks of silver from one of the beams of the shrine.

His oppression of the monks.

He is buried at Coventry [A.D. 1117].

Another Rotbert surnamed Pecca, made bishop by king Henry [Mar. 1121].

thesaurorum receptaculis, miraculo porro visentium oculis. Hoc[1] Rotbertus inhians ex ipsis ecclesiæ gazis accepit, unde regis occupationes falleret, unde Romanorum aviditati irreperet. Ex una enim trabe .Dtas. marcas argenti corrasit,[2] quæ scrinia sustentabat. Plures ibi moratus annos, nichil probitatis exhibuit loco. Adeo tecta ruinam minantia nunquam exemit periculo, adeo sacras opes dilapidans peculatus crimen incurrit, repetundarum reus futurus episcopus, si esset accusator paratus. Monachos miserabili stipe cibans, nec ad regularis ordinis[3] amorem curavit accendere, nec nisi ad popularem litteraturam passus est aspirare, ne vel ciborum affluentia delicatos, vel regulæ rigor et scientiæ vigor redderet elatos contra se. Agresti igitur victu et triviali litteratura[4] contenti satis habebant, si vel quiete vivere possent.[5] Quin etiam moriens[6] non apud Cestram sed apud Coventreiam se tumulatum iri præcepit, sua opinione relinquens successoribus non indebitum jus[7] calumpniandi sed quasi legitimum vindicandi.

§ 174. Ei successit[8] alter Rotbertus cognomento Peccatum, ex capella regis Henrici ad episcopatum datus. Vixit paucis annis et ibidem sepultus est, prædecessoris

---

[1] *Hoc Rotbertus inhians . . . . . irreperet*] E.; after inhians a blank erasure of several words, and after regis a blank erasure of half a line, A.; Hoc Rodbertus inhians violavit, ex ipsis ecclesiæ gazis surripiens unde regis manum impleret, unde papæ occupationes falleret, unde Romanorum aviditati irreperet, B. C.; Hoc Robertus inhians, ex ipsius ecclesiæ gazis sic cepit, unde regis culpationes falleret, unde Romanorum aviditati irreperet, D.

[2] *corrasit*] D. E.; corrosit altered into corrasit, A.; corrosit, B. C.

[3] *ordinis*] E.; interlined, A.; omitted, B. C. D.

[4] *triviali litteratura*] C.; triviali littã, A.; trunali litt'a, B.; trunali littera, E.; agresti igitur luctu et trenali contenti literatura, D.

[5] *possent*] A. D. E.; valerent, B. C.

[6] *moriens*] D. E.; after moriens there is a blank erasure of a line in A.; moriens, parvi faciens scita canonum, quibus edicitur in sedibus suis pontifices sepeliri debere, non, B. C.

[7] *jus*] E.; added on margin, A.; omitted, B. C. D.

[8] *Ei successit . . . . . Anglia nominis*] E.; inserted on the lower margin of A.; omitted, B. C. D.

Bishops of Lichfield.

sui quoad vixit sedulo æmulatus vestigia. Nunc est ibi episcopus Rogerius ex dono ejusdem regis, nepos cujusdam Gausfridi de Clintune, magni quondam in Anglia nominis.

He imitates his predecessor, and is buried also at Coventry [A.D. 1127].

§ 175. Coventreiæ habetur brachium Augustini magni, theca inclusum argentea, cernunturque in celatura hujusmodi litteræ: 'Hoc brachium Sancti Augustini Egelno-'dus archiepiscopus rediens a Roma apud Papiam emit 'centum talentis argenti et talento auri.' Ibi ergo jacet episcopus Rotbertus, non ita infamis in omnibus. Nam et jocundus et dapsilis et magnarum apud Licetfeld[1] edificationum inchoator extitit. In ambabus porticibus Coventreiæ jacent edificatores loci præcellentissimi conjuges, quorum maxime prædicatur femina. Quæ cum thesauros vivens ibi totos congessisset, jamjamque moritura circulum gemmarum, quem filo insuerat, ut singularum contactu singulas orationes incipiens numerum non prætermitteret, hunc ergo gemmarum circulum collo imaginis sanctæ Mariæ appendi jussit. Sed quam pretiosarum putas gemmarum? Profecto a gnaris centum marcis argenti estimantur.

Roger de Clintune the present bishop [consecrated, Dec. 22, 1129].

An arm of St. Augustine is at Coventry in a silver shrine.

An inscription shows that the arm was purchased at Pavia by archbishop Egelnod.

Bishop Rotbert had his virtues as well as his faults.

He erected several buildings at Lichfield.

A husband and wife, builders of the two porches at Coventry, buried in them.

The wife, when dying, hung a circlet of gems, which she had used as a rosary, round the image of the Blessed Virgin.

[f. 75, b.] § 176. Legrecestra[2] est civitas antiqua in mediterraneis Anglis, a Legra fluvio præterfluente sic vocata. Cujus episcoporum nomina solum ponam, quia de ipsis nichil aliud ad nos manavit. Totta, Edberhtus, Unwona, Werenberht, Rethun, Aldred, Celred, Leuuinus. Hic tempore regis Edgari conjunxit episcopatus Lindisfarorum qui nunc dicitur Lincoliensis et Legecestrensium.

Position of the town of Leicester, and derivation of its name.

The names of its bishops.

Bishop Leuuine, temp. Edgar, unites the sees of Lincoln and Leicester.

De episcopis Dorcestre.

§ 177. Dorcecestra est villa in pago Oxenefordensi exilis et infrequens. Majestas tamen ecclesiarum magna, seu veteri opera seu sedulitate nova. Ibi post Edhedum[3]

Of the bishops of Dorchester.

---

[1] *Licetfeld*] A. E.; Licitfeld, B.; Lichelfeld, C.; Lichefeld, D.

[2] *Legrecestra*] D. E.; Legecestra, with r interlined, A.; Legecestra, B. C.

[3] *Edhedum*] A. D. E.; Hedhedum, A. B. C.

Bishops of Dorchester.

Edhed the first bishop.

Names of his successors.

Remigius of Fécamp comes to England with William of Normandy, and assists him on condition of being made bishop.

He is displaced by pope Alexander [II.], but reinstated at the request of archbishop Lanfranc.

Begins great improvements at Dorchester, but removes to Lincoln [A.D. 1085].

Places canons in St. Mary's church.

Rebuilds the monastery of St. Mary de Stou, and another at Bardney, co. Linc.

hi fuerunt episcopi, Eþelpine, Edgar, Kineberht, Alpih, Aldulf, Celuulf, Edulf, Brihtred, Leouuine. Hic est ille qui ambos conjunxit episcopatus. Elfnod, Escpi, Elfelm, Ednod, Eþeric, Ednod, Wluui. Remigius ex monacho Fiscamnensi, qui Willelmo comiti Normannorum in Angliam venienti auxilium in multis præbuerit, episcopatum, si vinceret,[1] pactus. Nec fuit Willelmus segnior in dando quam Remigius in accipiendo. Unde cum eum[2] Alexander papa, ut jam dixi,[3] convicisset et adjudicasset, rogatu tamen archiepiscopi Lanfranci honori restituit. Ille primis annis egregia apud Dorcestram meditatus, et aliqua facere ingressus, novissime curam omnem et sedem transtulit ad Lindocolinam civitatem, unam ex populosioribus Angliæ, emporium[4] hominum terra marique venientium. Ibi Remigius[5] in honore dominæ[6] matris fundatam ecclesiam canonicis multis implevit, et ipsis litterarum scientia et divitiarum affluentia, quas ex suo coemerat, eminentibus. Cenobium monachorum apud Sanctam Mariam de Stou ex novo fecit;[7] alterum apud Bardenei ex veteri favore suo innovavit.[8]

---

[1] *vinceret*] A. D. E.; vincerent, B. C.

[2] *cum eum*] B. C. D. E.; interlined A.

[3] *ut jam dixi*] D. E.; interlined, A.; omitted, B. C.

[4] *emporium*] emptorium, but with the t erased, A.; emptorium, B. C. E.; emptorum, D.

[5] *Ibi Remigius*] These are the concluding words of fol. 91, a, in MS. E. On the lower margin of the folio is the following note, in a contemporary hand, but not that of the MS.; and partially erased: De Gestis Pontificum Anglorum magna pars libri quarti deest, et totus liber quintus perditus est hujus operis. The sentence in honore, etc. is continued on folio 92, b, in another, although contemporary, hand, the same probably which attempted to erase the note.

[6] *dominæ*] A. E.; dñe^i, B.; matris domini, C.; dominicæ, D.

[7] *fecit*] This was at first a church for secular priests, built by Eadnoth, bishop of Dorchester, to the honour of the Virgin, about A.D. 1040. Remigius introduced Benedictine monks here before A.D. 1076, and procured for them the annexation of the abbey of Eynsham, co. Oxon, A.D. 1091. In A.D. 1109, Eynsham was re-endowed, and the establishment at Stow removed thither.

[8] *innovavit*] This abbey was probably founded by king Ethelred, before A.D. 697; completely destroyed in A.D. 870 by the Danes; and rebuilt as a priory by Gilbert de

Bishops of Lincoln.

His smallness of body and greatness of mind.

Quod eo jocundius erat, quia ipse pro exiguitate corporis pene portentum hominis videbatur. Luctabatur excellere et foris eminere animus, eratque

Gratior exiguo veniens e corpore virtus.

Quem ideo natura compegisse putaretur, ut sciretur beatissimum ingenium in miserrimo corpore habitare posse. Feliciter igitur acta vita, in ipso apparatu[1] consecrationis suæ Lindocolinam,[2] pridie futuræ dedicationis emula illum mors tantis gaudiis subtraxit. Nam et magnanimi viri hortatu[3] omnes undique pontifices regium edictum acciverat. Solus Rotbertus Herefordensis venire abnuerat, et certa inspectione siderum dedicationem tempore Remigii non processuram viderat, nec tacuerat. Tunc ergo rem dilatam successor ejus non graviter explevit, utpote qui in labores alterius delicatus intrasset; Rotbertus Bloet homini nomen.[4] Vixit in episcopatu annis paulo minus .xxx^ta.^, decessitque procul a sede apud Wdestoche, cum regio lateri cum alio quodam episcopo adequitaret, subito fato interceptus.[5] Cætera satis suis hilaris, et parum gravis, negotiorum scientia sæcularium nulli secundus, eccle-

He dies at Lincoln, surrounded by the bishops whom he had invited to the dedication of his church [May 1092].

Rotbert bishop of Hereford alone refuses to go, having foreseen by the stars that the dedication would not be accomplished by Remigius.

Robert Bloet his successor performs the ceremony.

He dies after nearly thirty years of office, at Woodstock, while riding with the king [Jan. 10, 1123].

His character.

Gant, earl of Lincoln, between A.D. 1086 and 1089. It was afterwards made an abbey by the king's licence.

[1] *apparatu*] A. D. E.; apparatu suo, B. C.

[2] *Lindocolinam*] A. B. C. E.; Lincolniam, the first two syllables over an erasure, D.

[3] *hortatu*] D. E.; ortatu with h hortatu interlined, A; oratu, B. C.

[4] *nomen*] D. E. After nomen there is a blank erasure of six lines in A.; nomen, qui nichil unquam pensi fecerit, quominus omnis libidinis et infamis et reus esset. In cunctam religionem protervus, monachos Stou summoveri et apud Egnesham locari jussit. Gratis malus et gloriæ antecessoris invidens, a vicinis monachis sua commoda præverti causabatur. Quocirca, si monachi Egneshamnenses Dei dono pulchrum incrementum acceperint, procul illi gratias, quibus eximium se gloriabatur commodum inferre si vel illos sineret vivere. B. C.

[5] *subito fato interceptus*] D.; added on margin, A.; subito fato interemptus, B. C.; subto fato iter ceptus, E.

Bishops of Lincoln.

His body disembowelled, part being buried at Eynesham and the remainder at Lincoln.

He had established the monks of Stou at Eynsham [A.D. 1109].

Their devotion to the Blessed Virgin, and her protection of them.

siasticorum non ita. Ecclesiam cui sedit ornamentis pretiosissimis decoravit. Defuncti corpus exinteratum, ne tetris nidoribus vitiaret aerem. Viscera Egnesham, reliqua Lindocolinæ sepulta sunt. Monachos enim qui apud Stou fuerunt vivens Eglesham migraverat.[1] Notum est autem monachos Egneshamnenses Dominæ [f. 76, a.] nostræ devotos, et ab ea dilectos. Denique, dum præterito anno quidam eorum adolescens decumberet, conspicatus est eam auxilio sibi adventantem turbas demonum qui convenerant,[2] effugare. Quos ille digito præsentibus ostendens benedictæ aquæ aspergine rogabat abigi. Illi ex una parte propulsati, statim alibi aderant. Veruntamen, potenti imperatrice adveniente, omnes evanuere. Tum egrotus prorsus, quasi incolumis,[4] canora voce Responsorium[3] incepit: 'Gaude, 'Maria Virgo.' Cumque medium fecisset, vi morbi vel potius oblivionis vitio hesit, sed ab astante monacho ammonitus memoriam recollegit, itaque cum extremo

---

[1] *Monachos enim . . . migraverat*] D. E. This sentence is written upon a blank erasure of half a page, A.; Satisque constat, ecclesiæ custodes umbris nocturnis exagitatos, quo admissis et elemosinis locum piarent. Decetero, visiones quæ vulgo ferebantur hic scribere non fuit cordi, ne monachorum insectatorem premere et urgere videar. Qualiter quando monachos de Stou effugavit, beata Domini mater, cuidam eorum apparens in sompno, non leves in illum minas intorserit. Qualiter eidem, eadem nocte quæ diem mortis antecedebat, visa, de pontificis injuriis apud Filium conqueri. Itaque diluculo, monacho visionem referente sociis, de Rodberti morte nuntius allatus est. Predixerat ei, sed ancipiti oraculo, genus mortis anachorita quidam sanctus, Rogerius nomine, qui in silva quæ juxta Sanctum Albanum est, rigidam vitam, et nostro tempore parum auditam, duxit. Quem cum episcopus, proterve admodum pro suo more, argueret cur virginem tueretur, quæ, relicto proco, celibatus studio ad eum confugerat, illeque arguenti congrue responderet, tandem erupit episcopus: 'Multum audacter et 'contumaciter respondes. Quo fre-'tus nisi cucullo quod geris.' Retulit anachorita par pari: 'Cucul-'lum,' ait, 'spernis, sed illud cum 'maxime habere volueris veniet 'dies, deeruntque tibi verba quibus 'illud depreceris.' Sed hoc quomodocumque legentes ferant, notum est monachos Egneshamnenses, B. C.

[2] *qui convenerant*] A. D. E.; quæ evenerant, B.; quæ convenerant, C.

[3] *Responsorium*] A. D. E.; omitted, B. C.

verbo ultimum efflavit.[1] Hac igitur occasione, de hoc cenobio prælibata, cetera in Lincoliensi diocesi sita stilo pervagabimur.

Religious Houses.

Oxeneford.

§ 178. Fuit antiquitus in Oxenefordensi civitate monasterium sanctimonialium, in quo requiescit Frisewida[2] virgo sacratissima. Regis filia regis thoros despexit, integritatem suam Domino Christo professa. Sed ille cum ad virginis nuptias appulisset animum, precibus et blanditiis inaniter consumptis, vi agere intendit. Quo Frideswida cognito fugæ in silvam consuluit. Nec latibulum[3] latere potuit amantem, nec cordis desidia obfuit quin persequeretur fugitantem. Iterato ergo virgo, juvenis furore comperto, per occultos tramites, Deo comitante, Oxenefordam ingressa est nocte intempesta. Illuc, cum mane curiosus amator advolasset, puella jam de fuga desperans, simulque pro lassitudine nusquam progredi potens, Dei tutelam sibi, persecutori penam imprecata est. Jamque ille cum comitibus portas subibat urbis, cum, cælesti plaga irruente,[4] cecitatem incurrit. Intellectoque pertinatiæ suæ delicto, et Fridesuuida per nuntios exorata, eadem celeritate qua perdiderat lumen recepit. Hinc timor regibus inolevit Angliæ illius urbis ingressum et hospitium cavere,[5] quod feratur pestifer esse, singulis[6] refugientibus sui dampno periculi veritatem rei experiri. Ibi ergo femina, virginei triumfi compos, statuit monasterium, et diebus suis, sponso vocante, subivit fatum. Tempore vero regis Egelredi, cum Dani, neci adjudicati, in monasterium illud confu-

Nunnery at Oxford.

St. Frisewide [daughter of king Didanus] buried there.

She refuses a royal marriage.

Flies from her lover's pursuit,

and enters Oxford by night.

Unable to proceed further she invokes the assistance of God.

Her lover, when about to enter the city, smitten with blindness.

The saint founds a monastery at Oxford [A.D. 727], and dies there [A.D. 735].

Certain fugitive Danes burnt with the monastery [A.D. 1004].

---

[1] *ultimum efflavit*] A. E.; ultimum spiritum efflavit, B. C. D.

[2] *Frisewida*] A. E.; Frideswida, B. D.; Fritheswida, C.

[3] *latibulum*] D. E.; latibulum fugæ, A., but fugæ crossed through; latibulum fuge, B. C.

[4] *irruente*] A. D. E.; percussus, B. C.

[5] *ingressum et hospitium cavere*] A. D. E.; ingressu et hospitio carere, B. C.

[6] *singulis*] A. D. E.; resingulis, B.; regulis, C.

Religious Houses.

The monastery afterwards restored, and endowed with fresh possessions. In the author's time only a few clergy remaining there. The place given by Roger bishop of Salisbury to canon Guimund, who by his talents and piety has considerably raised its character.

gissent, pariter cum domibus, insatiabili ira[1] Anglorum, flammis[2] absumpti sunt. Sed mox regis penitentia purgatum sacrarium, resititutum monasterium, veteres terræ redditæ, recentes possessiones additæ. Nostro tempore, paucissimis ibi clericis, qui pro libito viverent, residuis, datus locus ille a Rogerio Salesberiensi episcopo Guimundo excellentis litteraturæ et non aspernandæ religionis canonico. Qui non inoperose commisso insudans muneri, multos ibi canonicos regulariter victuros Deo exhibuit.[3]

Sancti Albani.

The district of Bedford contains the abbey of St. Alban's. The history of that saint fully written by Beda and Fortunatus.

King Offa exhumed his body, erected a magnificent shrine for it, and established monks there [A.D. 793], having been admonished to do so in a dream, and encouraged by a miraculous light.

§ 179. Pagus Bedefordensis continet abbatiam Sancti Albani. Is non mercennarius nec futilis martir[4] habet laudatores et testes martirii præcipuos Bedam et Fortunatum.[5] Quorum copiæ si vellem aliquid adicere, tale esset ac si cuperem mari aquas infundere. Corpus sacratissimum, quod diu in terræ pulvere jacuerat, rex Offa scrinio collocatum erexit in lumen, basilica pulcherrimi operis et monachorum numerositate honoravit. Nec res est in ambiguo, eum, Bathoniæ consistentem, ammonitum somnio; cumque illuc iter ageret, essetque in proximo, lucis in modum ingentis faculæ, super locum sepulcri et noctu et interdiu[6] descendentis,

---

[1] *ira*] D. E.; interlined, A.; omitted, B. C.

[2] *flammis*] A. D. E.; flamma, B. C.

[3] *exhibuit.*] The bishop placed here a convent of regular canons of the order of St. Augustine, A.D. 1111 or 1121, and made Guimund, chaplain of king Henry I., the first prior.

[4] *martir*] B. C. D. E.; auctor martir, A., the former word being crossed through.

[5] *Fortunatum*] Venantius Honorius Clementianus Fortunatus, bishop of Poitiers. Malmesbury is mistaken in citing this voluminous writer as an authority for the Life of St. Alban. His sole mention of the British or English Saint occurs in the line quoted by Wendover (p. xiv. ed. Coxe), and which will be found in the Opera Fortunati, lib. viii. cap. 6. l. 155. ed. Rom. 1786. Venantius Fortunatus was the author of a short prose Life S. Albin, bishop of Angers.

[6] *interdiu*] A. D. E.; die, B. C.

animatum inditio. Id cenobium numquam omnino ruinæ patuit, sed nostra ætate per Paulum abbatem, agente Lanfranco archiepiscopo, in summum auspitium religionis evasit.

Religious Houses.

That monastery never altogether reduced to ruin, and elevated to the highest point in the author's time under abbot Paul [A.D. 1077–1089.]

Burk.

§ 180. In Huntendunensi sunt[1] Burch, et Ramesia, et Croland. Burch olim Medehamstede dicebatur; sed postquam Kenulfus abbas locum muro cinxit,[2] a similitudine urbis Burch vocatus est.[3] Hic beatissimus Athelwoldus monasterium construxit adeo elaboratis sumptibus et ampliatis possessionibus, ut pene tota circa regio illi subjaceat. Colunt et fovent in eo reliquias corporum[4] suorum, virgines eximiæ, Kinedrida et Kineswida, Pendæ regis filiæ. Ambæ ab infantia Deo dicatæ, nobile propositum triverunt ad senium. Sed junior, non solius sui contenta salute, etiam Offam sponsum celibatui consecravit. Is fuit rex orientalium Anglorum paucis annis. Ephebus jocundi vultus et animi, etatis floridæ, maximi apud cives amoris, Kineswidæ, cujus nuptias speraverat, monitu edoctus amores mutare in melius, Romam cum Kenredo rege Mertiorum et Eguino Wicciorum antistite ivit, ubi attonsus in monachum, terrenis suo tempore valefecit. Ornat sodalitatem virginum, ut prædicant, [f. 76, b.] rex Sanctus Oswaldus, cujus ibi brachium haberi dicunt nervis, cute, carne integrum, ab antiqua re-

Peterborough, Ramsey, and Crowland.

Peterborough, originally Medehamstede, surrounded by a wall by abbot Kenulf [A.D. 992–1006].

A monastery founded there by St. Athelwold [A.D. 966].

The relics of Kinderida and Kineswida, daughters of king Penda, there.

Offa king of the East Angles in love with Kineswida. She persuades him to devote himself to God.

He goes to Rome and assumes the tonsure.

St. Oswald's arm said to be at Peterborough.

---

[1] *sunt*] A. D. E.; pago fuit, B. C.

[2] *cinxit*] A. B. C.; erexit, D. E.

[3] *vocatus est*] Medehamstede or Medeshamstede was first founded by Peada, king of Mercia, son of Penda, about A.D. 650, and dedicated to St. Peter, on its completion by his brother Wulfhere in A.D. 656. In A.D. 870 the Danes destroyed the monastery, and about A.D. 966 it was restored by Æthelwold, bishop of Winchester, and completed A.D. 970, when its name was changed to Burgh, Gildenburgh, or Peterburgh.

[4] *corporum*] D. E.; originally cinerum in A., but cine- crossed through and corpor- interlined; cinerum, B. C.

Religious Houses.

quietionis sede furtim allatum. Daturque ostentui magno scrinium, illius thesauri receptaculum; sed fides dictorum vacillat, ubi nichil auditor visu[1] explorat. Hoc vero non ideo dixerim quod de integritate Sancti sim dubius, sed utrum eo loci contineatur nolo esse affirmator præproperus.

Ramesei.

St. Oswald archbishop of York, and earl Egelwine, founders of Ramsey abbey [A.D. 969].

§ 181. Ramesiensis abbatiæ fuit edificator Sanctus Oswaldus, Eboracensis archiepiscopus, cooperante Egelwino quodam Orientalium Anglorum comite. Laudabili liberalitate utrique prædicabiles, sed maxime laicus, qui hoc solo, quod vidisset antistitem, cujusdam principis inferias agentem, dulciter defixo in solum lumine, ingenue illacrimasse, adeo religione ipsius captus est, ut ei omnia sua prona faceret. Sancto ergo favore propensus, cenobium illud opulentissime construxit in palustri quadam uligine situm. Felix ibi, Orientalium Anglorum episcopus primus, de Seham jussu comitis asportatus jacet; sed et duo germani Egelredus et Egelbrihtus,[2] quos filios patrui sui Egberhtus rex Cantuariorum in spem regni adolescere metuens, aliquandiu circa se habitos, tandem ab aulæ frequentia removit, contuitum suum eis invidens. Accessit malignitati regiæ minister funestus, nomine Thunre, quod tonitruum sonat, qui eos, cotidianis deceptos basiis, inter amplexus ipsos pugione confodit. Interemptos scrobi profundæ, et, ut fertur, sub ipso sedili regis immersit, ne quisquam ibi pueros regios quærendos putaret;[3] quis enim ibi eos quæreret? Sed divinus ille oculus,

Felix, the first bishop of the East Angles buried there. Egbert king of Kent fears his cousins Egelred and Egelbriht, and sends them from court.

Thunre his minister kills them, and buries them under the king's seat.

Their bodies miraculously discovered.

---

[1] *visu*] A. D. E.; visis, B., occasioned by the indistinctness of the word in A.; visibus, C.

[2] *Egelredus et Egelbrihtus*] A. B.; Egelredus et Egelbricthus, C.; Egelredus et Egebrithus, D.; Elredus et Elbrihtus, E.

[3] *putaret*] D. E.; interlined, A.; putasset, B. C.

Religious Houses.

Ramsey.

quem archana cordium non fallunt, tulit insontes in lucem, multas ibi largitus sanitatum[1] copias, præterea, terribili miraculo regem affitiens, ut eum supra sedentem afflaret incendium. Vicini ergo commoti, rudera illa tumultuario cespite corporibus injecta effodientes basilicam eorum martirio posuere. Ipse rex penitens cedis sorori puerorum partem prægrandem insulæ Tanati ad monasterium delegavit ædificandum pro piaculo interfectoris et interfectorum. Quod cum consueta impudentia Thunre in pravum torqueret, subito telluris hiatu absortus, vivens et videns intravit[2] infernum. Locus erat sepulchri Sanctorum in Orientali Anglia, cujus nomen excidit. Quapropter comes provintiæ Egeluuinus de obscura levatos ecclesia celebri pompa Rameseiam perduxit. Jam vero illum et istos precedit miraculis, transcendit signis, qui jacet ibidem Ivo[3] Persa episcopus. Is quondam pertæsus deliciarum, quas illi[4] amplissimus episcopatus amministrabat, reliquit clam suis omnia, peregrinationem longissimam, tribus tantum sotiis comitantibus, aggressus.[5] Multorum ergo annorum iter permensus, et rusticum se esse habitu pannoso videntibus ementitus, Angliam tandem annavigavit. Delectatusque admodum ignotæ linguæ barbarie, quod quasi fatuus ab omnibus rideretur, in lutosa provintia substitit, ibique vitam suam, quanta fuit, exegit. Secuti ordine quo Deus præviderat comites. Provintiales nec locum sepulchri nec nomen Sancti norant. Lapsa sunt multorum momenta temporum, jacebatque sub oblivionis obscuro cæleste margaritum. Jam beatus

A shrine erected to them.

The king gives part of the Isle of Thanet to their sister to build a monastery.

The earth opens and swallows Thunre.

Egeluuine has the saints' bodies buried at Ramsey.

Miracles performed by St. Ivo, who is buried there.

He leaves his own see, and sails to England in disguise,

where he spends the remainder of his life.

The place of his burial unknown.

---

[1] *largitus sanitatum*] B. C. D. E.; originally largitatum in A.; -us sanit- being interlined.

[2] *intravit*] B. C. D. E.; manes intravit, but manes crossed through, A.

[3] *Ivo*] On the margin of A., De S. Ivone, has been added in a fine hand of the 13th century by a monk of Malmesbury, who has made notes, similar to the above, here and there on the margins throughout the Fifth Book.

[4] *illi*] B. C. D. E.; interlined, A.

[5] *aggressus*] D. E.; originally adorsus, but ador- crossed through, and aggres- interlined, A.; adorsus, B. C.

Religious Houses.

Ramsey.

After the deaths of Oswald and Egelwine he appears to a simple man in a vision.

He describes the place of his burial, and instructs the man to tell the abbot of Ramsey.

Oswaldus reliquerat terras, jam Egelpinus finem fecerat. Cum autem complacuit Ei, qui tempora disponens in mensura et numero et pondere cuncta ordinat, apparuit in visu Sanctus Ivo simplicitatis innocentis[1] viro, eique nomen et gradum et sepulchri locum per ordinem exposuit. Iret ergo, et abbati Rameseiensi seriem visionis explanans adiceret, ut, se Rameseiam exportato, socios ibi relinqueret. Non corpus suum locandum in scrinio, sed in loco altari contiguo, adeuntibus oportuno. Hactenus hæc visio valuit, ut abbatis Ramesiensis credulitatem eliceret. Qui sicut fuit ad credendum tardus, ita, semel fide concepta, ad fatienda quæ jussa fuerant celer et maturus. Perrectum est igitur, et sepulcrum quæsitum, inventum, apertum. Continuoque sancto corpore in linteo exposito, ex ipsis[2] mausolei sinuosis anfractibus erupit unda bullis uberrima fugacibus. Manat ad hanc diem fons, dulcis potui, accomodus omni valitudini. Nec potest estimari numero, nedum comprehendi scripto,[3] multitudo per beatum illum sanatorum, adeo ut nullus sit in Anglia Sanctus Ivone vel exoratu facilior vel effectu efficatior.[4] Vidi ego quod dicam. Monachus quidam morbo intercutis aquæ languebat. Jam turgida pellis in altum creverat, jam gravis halitus[5] astantes summovebat. Ipse sibi epotaturus totos amnes, exsiccaturus plena dolia videbatur. Ammonitus in somnis, ad Sanctum Ivonem perrexit, ibique tertio potata aqua, undam superflui humoris ore rejecit. Detumuit venter, remacruerunt[6] crura; et ne plura, totus homo in sanitatem reviruit, tandemque gloriatus est pro tam salubri vomitu se aliquando posse satiari de potu.

The abbot opens the grave indicated, and finds the saint's body.

A fountain springs from his tomb, remarkable in the author's time for its healing qualities.

Case of a monk cured of the dropsy by drinking the water.

---

[1] *innocentis*] A. D. E.; innocentiæque, B.; et innocentiæ, C.

[2] *ipsis*] A. D. E.; ipsius, B. C.

[3] *scripto*] B. C. D. E.; interlined, A.

[4] *efficatior*] B. C. D.; effica pertinatior, A. E.

[5] *halitus*] B. C. E.; alitus, with h interlined, A.; alitus, D.

[6] *remacruerunt*] A. B. C.; remarcuerunt, D. E.

[f. 77, a.] § 182. Croland est una insularum jacentium in illo tractu orientalium stagnorum, quæ a meditullio terræ orientia, et per centum et eo amplius milia fluentia, in mare cum multis et magnis fluminibus impetu suo præcipitantur. Hic Gudlacus[1] non dejecta stirpe oriundus ephebus, spreto usu armorum quo pollebat, cum esset .xxv. annorum solitariam vitam ingressus .xv. deguit. Quibus, assistente Dei gratia, et sacerdotii gradu et signorum honore et vaticiniorum veritate approbatus est. Sed magis virtutum ejus gratia post obitum splenduit, tam sacratissimi corporis post annum incorruptela, quam multorum miraculorum ostensione præcipua. Meritis quoque ejus datur quod, ad corpus ejus ædificato monasterio,[2] inter tot bellorum turbines, inter tot temporum volubilitates, nullam erumnam vel detrimentum sui locus ille persenserit. Accessit et novus hospes, sed vetus apud Deum patronus, Sanctus Neotus,[3] qui quondam beatissimi Erkenwoldi discipulus, apud Einulfesbiri maxima semper veneratione habitus est. Sed illinc pro Danorum incursu sullatus, et Croland delatus, modo juncto cum Gudlaco umbone, indigenas protegit, advenarum etiam votis exorabilis. Quamvis enim locus, nisi per aquam, nusquam adiri possit, tamen ante portam monasterii publicus, ut ita dicam, præternavigantium trames habetur. Quo fit, ut pene nunquam ibi desint hospites, ultro citroque commeantes. Invenerunt quoque nostra tempora quem consecrarent martirem, quod innocenter cesum fama pronuntiet, quæ utinam a veritate non dissideat. Waldefus is est, amplæ prosapiæ comes, filius Siwardi magnificentissimi Nordhumbranorum[4] comitis. Hic, a Wil-

Religious Houses.

Crowland. Its situation.

Gudlac, a noble youth, lives there as a hermit for 15 years.

His gift of prophecy.

Miracles there after his death.

The monastery built there enjoys tranquillity amid great external turmoils.

St. Neot, a disciple of St. Erkenwold, translated thither.

The monastery only accessible by water.

Earl Waldef, the son of Siward, earl of the Nordhumbrani, consecrated there as a martyr.

[1] *Gudlacus*] On the margin of A., De S. Gudlaco is added, in the hand of the thirteenth century, *see* n. 2, p. 319.

[2] *monasterio*] This monastery was founded by Ethelbald, king of Mercia, A.D. 716.

[3] *Neotus*] De S. Neoto, added on margin in hand of thirteenth century.

[4] *Nordhumbranorum*] A. E.; Norhamhimbrorum, B.; Northanhimbrorum, C. D.

Bishopric of Ely.

He had been seized and imprisoned by William I. on a charge of treason, decapitated, and buried at Crowland.

The Normans believed him guilty, the English innocent.

lelmo rege seniore pro cujusdam conjurationis in se factæ suspitione comprehensus, diuque in vinculis tentus, ultimo capite spoliatus est, et apud Croland sepultus. Opiniones Normannorum in malum in Gestis Regum [1] posui. Hic Angli quid [2] e diverso afferant [3] non tacebo. Angli plurimum veritate præstantes. Necessitate comitem in convivio interceptum, ad conjurationem solum motu labiorum non voluntate addictum, infidelitatis sacramentum agitasse. Eo id palam fuisse, quod et Lanfranco archiepiscopo et ipsi regi ultro confessus, penitentiam desimulato ad horam consensu fecerit. Anglorum astipulationi divinitas assentiri videtur, miracula multa et ea permaxima ad tumbam illius ostendens. Aiunt enim in catenas conjectum cotidianis singultibus perperam commissa diluisse. Michi prior loci narravit se miraculis commotum corpus nobile ab omni labe immune contrectasse,[4] caput reliquo corpori compaginatum, rubra tantum quasi linea signum cedis ostentante, vidisse. Quapropter non se dubitare illum in omni sermone Sanctum appellare, in illius nomine orationes et benefitia loci petentibus dare dicebat.

Miracles at his grave confirm the latter opinion.

Statement of the prior of Crowland made to our author.

De Heliensi Episcopatu.

§ 183. Restat Heliensis episcopatus a nobis percensendus, qui cum fuerit explicitus, ferias tantarum circuitionum hic labor noster accipiet. Heli stagnensium insularum maxima, ab anguillarum copia ita dicta, sicut Beda,[5] communi notitiæ consentiens, auctor est. Denique et [6] illorum et omnis pene amnicorum piscium generis tanta est copia, ut sit advenis miraculo, indi-

Ely so called from the number of eels there.

Great abundance of fish and waterfowl.

---

[1] *in Gestis Regum*] Lib. iii. § 253.

[2] *Angli quid*] D. E.; quid Angli quid, A., the former quid being crossed through; quid Angli quid, B.; Hinc quid Angli, C.

[3] *afferant*] A. D. E.; asserant, B. asserunt, C.

[4] *contrectasse*] A. D. E.; contraxisse, B. C.

[5] *Beda*] Hist. Eccles., lib. iv., § 314.

[6] *et*] A. B. C.; omitted D. E.

genis pro illorum ammiratione ludibrio. Nec minor aquaticarum volucrum vilitas, ut pro uno asse de utroque cibo quinque homines et eo amplius non solum famem pellant, sed etiam satietatem expleant. Ibi felicissima domina Etheldrida prima monasterium statuit ancillarum Dei. Post eam Sexburga soror ejus, uxor Ercomberti regis Cantuariorum, et mater sanctissimæ virginis Ercongotæ, in eodem loco sub religione et nomine abbatissæ consenuit. Illi successit in regimine altera ejus filia Ermenhilda,[1] quæ fuerat uxor Wlferii regis Mertiorum et mater Werburgæ virginis, de qua superior sermo veritatem perstrinxit. Hæ tres continuatis successionibus abbatissæ fuerunt, habueruntque successivis temporibus multas[2] et regiminis et religionis imitatrices, usque ad tempora Danorum, qui etiam in ipsas paludes irruentes, habitatricibus effugatis, habitacula subruerunt. Quorum unus, cui cordis immanitas rabiem[3] aspirabat, pretiosum pallium quo tumba virginis Etheldridæ operiebatur surripuit, et marmor mausolei bipenni percussit. Quo ictu cum crusta dissiluisset marmoris, fragmentum illud, repercusso a terra impetu, in oculum percussoris volavit,[4] sed et ipse in terram sine mente ruit. Ceteri certatim, illo ejecto, aliarum Sanctarum sepulchra, quæ temerare meditabantur, inviolata relinquentes in fugam proruunt. Sed non diu solitudo sacratissimi loci duravit, annitentibus et rege Angliæ et provintialibus. Positi ergo ad tempus clerici, qui sacra divina frequentarent. Eorum aliquis procatior ceteris haud
[f. 77, b.] puto sincera mente ad virginis incorruptionem certius explorandam sotios exacuere temptavit. Illis[5] peri-

Bishopric of Ely.

St. Etheldrida founds a nunnery there [A.D. 673].

Her sister Sexburga succeeds her as abbess [A.D. 679].

Sexburga is succeeded by her daughter Ermenhilda, wife of king Wlfere [A.D, 699].

The Danes invade the marshes, and destroy the nunnery [A.D. 870].

One of them desecrates the tomb of St. Etheldrida.

His miraculous punishment, and flight of his companions.

Secular clergy placed there to perform the sacred offices.

One of them wishes to be certified as to the incorruption of Etheldrida's corpse.

---

[1] *Ermenhilda*] A. D. E.; Ermelhilda, B.; Hermenhilda, C.

[2] *successivis temporibus multas*] D. E.; successivis multas with temporibus interlined, A.; successuras multas, B. C.

[3] *rabiem*] D. E.; rabiem, with a small erasure before it, A.; ad rabiem, B. C.

[4] *volavit*] A. D. E.; involavit, B. C.

[5] *Illis*] A. D. E.; Illi, B. C.

Bishopric of Ely.

culum rei præ se ferentibus, ipse accessit. Primoque per foramen, quod ictus Dani effecerat, appositam virgæ candelam immittens, curiositate oculorum quantum poterat secutus, omnia rimari. Mox summitate virgæ fissa pannos, quibus sacrum corpus involvebatur, ad se trahere conari. Jamque partem attraxerat, cum virgo, indignata nudum corpus a nebulone videri,[1] pannum introrsus violenter retraxit, adeo ut illum contranitentem terra supinum elideret. Quo casu perpetuo debilis, etiam posterius amentia[2] non caruit. Id foramen postea Athelwoldus episcopus sanctus et cemento et lapide dampnavit, extrusisque[3] clericis monachos induxit. Contulitque ibi magna et quanta quis miretur prædia, omnia ex suo mercatus. Quantitatem possessionum antiquarum ex hoc conice, quod licet[4] plura dempta, plura usurpata, is, qui modo rem regit, mille et .cccc^tas^. libras marsupio suo quotannis annumeret.[5] Monachis vix trecentas contulerit, præter ea quæ in suos et servientum[6] et hospitum usus absumit.

He tries to drag her garments through the hole in her tomb made by the Dane.

The saint indignantly pulls them back again.

Punishment of the aggressor.

[Bishop of Winchester] Athelwold stops up the hole, and places monks there [A.D. 970].

Great property acquired by him for the monastery,

shown by the income of its present ruler.

§ 184. Brihnodus ibi ab Edelwoldo abbas constitutus, transtulit ad cenobium corpus Witburgæ sororis Sanctæ Etheldridæ. Jacebat ad hoc tempus illa in rure ignobili, in quo ipsa pluribus annis celebs et ciborum continens vitam transegerat. Ministrabat ei cotidianum ex uberibus potum cerva domestica et manui[7] assueta. Quam cum quidam seu zelo seu casu jaculo appetisset et exanimasset, regio non multo post morbo captus extabuit. Hujus ergo illibatum corpus impositum navi

Brihnod, the first abbot, translates thither the body of St. Witburga, sister of St. Etheldrida.

She had led the life of a recluse many years, attended by a tame doe.

The man who shot it dies of the king's evil.

Brihnod places the saint's body on board ship.

---

[1] *videri*] B. C. D. E.; originally posse videri, but posse crossed through, A.

[2] *amentia*] A. D. E.; dementia, B. C.

[3] *extrusisque*] A. D. E.; extrusis, B. C.

[4] *licet*] B. C. D. E.; originally modo licet, but modo crossed through, A.

[5] *annumeret*] A. D. E.; enumeret, B. C.

[6] *servientum*] A. C. E.; servientium, B. D.

[7] *manui*] B. C. D. E.; originally domui, but crossed through, and manui interlined, A.

Bishopric of Ely.

The inhabitants endeavour to prevent his carrying it away.

Brihnodus transferebat. Civibusque loci ad arma, re cognita, prosilientibus, nisi puppem in fluctus præcipitare properasset, profecto penas luisset. Non enim insula tunc nisi navigio adiri poterat. Sed nostra ætas sollertior vicit naturam,[1] aggeribusque[2] in paludem jactis, tramitem terrestrem præbuit,[3] et insulam pedibus accessibilem fecit. Nautis ergo inter undarum volumina periclitantibus, quod illi timore periculi se inexplorato stagno commiserant, columna ignea e celo ad navem pertendens navem recto cursu ad litus perduxit. At vero de Witburgæ incorruptione, cum quibusdam venisset in dubium, tempore Ricardi abbatis, cum transferrentur corpora Sanctarum, dubietas eventilata est. Et beatam quidem Etheldridam nemo pro veteri fide præsumpsit attingere, ipsam vero penitus ultra mammas detexere. Visaque est toto corpore integra, dormienti similior quam mortuæ. Pulvillo serico ad caput apposito, velo et totis vestibus integra novitate renitentibus. Serena fatie, roseo rubore suavis, dentibus candidis, labiis paululum reductis, papillis admodum parvulis.

The ship loses its course, and is led to shore by a column of fire from heaven.

Doubts as to the incorruption of St. Witburga's body cleared up [A.D. 1106].

Appearance of St. Etheldrida's remains.

Abbots at the monastery till A.D. 1108–9.

After that a bishopric founded at Ely with jurisdiction over Cambridgeshire, which had formerly belonged to the see of Lincoln.

In exchange for which the see of Lincoln receives from the king the vill of Spaldwick, co. Hunt., which belonged to Ely.

§ 185. Habuit ergo hoc[4] cenobium abbates usque ad nonum annum Henrici regis. Tunc enim, quia Lincoliensis[5] episcopatus diocesis nimium protendebatur, consilium habitum est ut apud Heli constitueretur episcopus, haberetque pagum Grantebriggensem. Et ne Lincoliensis sumptus suos imminutos quereretur, dedit regia liberalitas ex alieno villam Heliensem, Spallinges vocatam, quæ episcopi dampnum sarciret, querelam compesceret. Intronizatus est ergo ibi[6] Herveus quidam, qui

---

[1] *vicit naturam*] D. E.; originally pontem cōmenta, but crossed through, and vicit naturam interlined, A.; pontem commenta vicit naturam, B.; vicit naturam pontem commenta, C.

[2] *aggeribusque*] D. E.; the que interlined, A., and omitted, B. C.

[3] *præbuit*] D. E.; added on margin, A.; omitted, B. C.

[4] *hoc*] A. D. E.; omitted, B. C.

[5] *Lincoliensis*] A. D. E.; Lincolniensis, B. C.

[6] *Intronizatus est ergo ibi*] D. E.; written upon an erasure, at the and of which the partially erased

Bishops of Ely.

Herveus, formerly bishop of Bangor, is enthroned bishop of Ely [A.D. 1109].

Bancor [co. Flint] a very large monastery according to Beda.

Its extensive ruins.

fuerat Barconensis[1] episcopus, dimiseratque spe majorum divitiarum sedem, causatus quod sibi et Walensibus vicinis[2] non conveniret. Est enim Bancor in ipsis Walis, monasterium quondam nobile, et tot habitatoribus plenum, ut, sicut Beda refert,[3] si in .vii. partes divideretur, non minus quæque portio quam .ccc^tos^. homines haberet. Sunt certe adhuc ibi[4] tot semiruti parietes ecclesiarum, tantæ turbæ ruinarum, quantæ vix alibi.

Thorney abbey, co. Camb.

Amazing beauty and fertility of the place.

§ 186. In ejus, Heliensis dico, episcopi parrochia est Thorneiæ cenobium. Thorneia ulterior scripto et contractior spatio, sed prior laudum titulo. Paradisi simulacrum, quod amenitate jam cælos ipsos imaginetur. In ipsis paludibus arborum ferax, quæ enodi proceritate luctantur ad sidera. Æquorea planities herbarum viridantibus comis oculos avocat, currentibus per campum nullus offensioni datur locus. Nulla ibi vel exigua terræ portio vacat.[5] Hic in pomiferas arbores terra se subrigit; hic prætexitur ager vineis, quæ vel per terram repunt, vel per bajulos palos in celsum surgunt.[6] Mutuum certamen naturæ et cultus, ut quod obliviscitur illa producat iste. Quid dicetur[7] de ædifitiorum decore, quæ solum, mirabile quantum inter illas paludes solidum, inconcussis fundamentis

The excellence and solidity of the buildings.

---

words legem canonum are barely legible, A.; Intrusus est ergo ibi contra legem canonum, B. C.

[1] *Barconensis*] A. E.; Barchonensis, B.; Barcornensis, C.; Bancorensis, D.

[2] *vicinis*] A. D. E.; omitted, B. C.

[3] *Beda refert*] Hist. Eccles., lib. ii., § 92.

[4] *ibi*] A. D. E.; omitted, B. C.

[5] *Nulla ibi vel exigua terræ portio vacat*] B. D.; these words originally preceded the sentence commencing æquorea planities, &c. Their transposition is directed in Malmesbury's usual manner by the letters a and b, A. E.; Nulla ibi vel exigua portio, are the concluding words of C.

[6] *celsum surgunt*] D. E.; originally altum conantur, but crossed through, and celsum surgunt interlined, A.; altum conantur, B.

[7] *Quid dicetur . . . sustinet?*] B. D. This sentence follows Solitudo ingens . . . conspicantur, the transposition being directed in Malmesbury's usual manner by the letters a and b, A. E.

sustinet? Solitudo ingens ad quietem data monachis, ut eo tenatius hæreant[1] superis, quo castigatius mortales conspicantur. Femina ibi, si visitur, monstro habetur, maribus advenientibus quasi angelis plauditur. Cæterum ibi nullus nisi momentanee conversatur, famuli monachorum etiam ipsi feriatis diebus absunt. Vere dixerim insulam illam esse castitatis diversorium, honestatis contubernium, divinorum philosophorum gimnasium. Thorneiæ propter condensitatem dumorum vocata. At vero Athelwoldus vepres exstirpari, spinas sariri[2] jussit, jam a principio episcopatus meditatus, omnibus mundi omissis, heremiticam exercere [f. 78, a.] ibi vitam.[3] Libabatque ut poterat futuræ quietis primitias, diebus .xl^mæ.^, in remotissima, quam ipse construxerat, eclesia solus Deo vacans. Iccircoque non tantum terrarum illuc, quantum alibi, congessit; sed quantum sibi et .xii. monachis sat esset. Enimvero quicquid loco contulit, ab omnibus in perpetuum publicis functionibus liberum fecit, regis edicto, cunctorum episcoporum et optimatum assensu firmato. Corpora vero Sanctorum, qui olim in illa heremo diversati fuissent, necnon et aliorum per Angliam, tot advexit, ut omnes pene anguli ecclesiæ pleni sunt. Quorum nomina scribere ultro refugio, quia barbarum quiddam stridunt.[4] Non quod eos Sanctos vel discredam vel diffitear; cujus enim auctoritatis[5] ego sum, qui in disceptationem vocem quod sancta consecravit antiquitas? Sed quia,

Religious Houses.

Thorney.

Women regarded as monsters, their husbands received as angels.

The island the abode of chastity, honesty, and philosophy. Its name derived from its thorn thickets.

Athelwold [bishop of Winchester] has the brambles and thorns destroyed [A.D. 964].

He acquires sufficient land to support himself and 12 monks,

and obtain a charter of immunities.

He translates thither many bodies of saints.

The author will not record their names because of their barbarous sound,

---

[1] *hæreant*] B. D. E.; interlined, A.

[2] *sariri*] A. D. E.; sarciri, B.

[3] *exercere ibi vitam*] These are the concluding words of D. and E. and of f. 77, b., A.; f. 78, a. is the commencement of a new quaternion, half of the first folio being occupied with the completion of lib. iv., and the remainder with the commencement of the Prologue to lib. v.

[4] *stridunt*] The names thus stigmatised appear to have been the following: SS. Botolph, Athulf, Huna, Tancred, Tothred, Hereferth, Cissa, Tova. *See* Dugdale, Mon. Angl. ii. 596.

[5] *auctoritatis*] originally momenti, but crossed through and auctoritatis interlined, A.; momenti, B.

Religious Houses.

Thorney.

and for other reasons.

ut dixi, vocabula eorum inconditum sonant, horridum olent, fatuis duntaxat hominibus, quales multos nostra parit ætas, nolo Sanctos exponere ludibrio. Præsertim cum eorum vitas nec habitatores legant; frivolumque videatur, si eôrum prædices merita, quorum nulla invenias miracula. Salva igitur omnium reverentia, custodita pace, solum Benedictum ausim propalare, qui Bedæ nutritius[1] et abba fuit. Hic Uuiræ amnis utrasque ripas, qui apud Northanimbros non incelebris famæ habetur, monasteriis prætexuit, sub apostolorum Petri et Pauli nomine, karitatis et regulæ unione non discrepantibus. Hujus industriam mirabitur, qui leget librum quem idem Beda[2] composuit de vita ejus et ceterorum abbatum suorum. Industriam, quod copiam librorum advexerit, quod artifices ædium lapidearum et vitrearum fenestrarum primus omnium Angliam asciverit; totum ævum pene talia transigendo peregrinatus. Quippe studio advehendi cognatis aliquid insolitum amor patriæ et voluptas elegantiæ asperos fallebant labores. Nec enim lapidei tabulatus in Anglia ante Benedictum nisi perraro videbantur, nec, perspicuitate vitri penetrata, lucem solaris jaciebat radius. Patientiam, quod in possessione cenobii Sancti Augustini apud Cantuariam libenter venienti Adriano cesserit, non reveritus Theodori archiepiscopi supercilium, sed veneratus magisterium. Fuerat enim illius cenobii abbas ab Egberto rege constitutus. Sed, ut dixi, reverentiæ Theodori cessit, cui præceperat Vitalianus papa ut Adrianum juxta se locaret,[3] speculaturum ne quid

He will only mention Benedict [Biscop], tutor to Beda, and abbot of the monasteries of St. Peter and St. Paul, built by himself at Weremouth [A.D. 674, and Jarrow, A.D. 684, *dioc.* Durham].

Beda's history of the Abbots.

Benedict was the first to introduce into England builders of stone houses and makers of glass windows.

Beda praises his meekness in giving up the abbacy of St. Augustine's, Canterbury to Adrian at the command of pope Vitalian [A.D. 669].

---

[1] *nutritius*] originally alumnus, but crossed through, and nutritius interlined, A.; alumpnus, B.

[2] *Beda*] Vitæ beatorum Abbatum Benedicti, Ceolfridi, Eosterwini, Sigfridi atque Hwætberhti. *See* Bedæ Ven. Opera Minora, ed. Stevenson, p. 139.

[3] *cui præceperat Vitalianus papa ut Adrianum juxta se locaret*] B. originally ut Adrianum juxta se locaret, cui præceperat Vitalianus papa, but the transposition of the words indicated, A.

in ecclesia more Grecorum novaret. Quod dum per alienas terras cursitat diu absens, subintroductum a monachis suis Wirensibus, se inconsulte, abbatem æquanimiter immo magnanimiter tulerit; domumque reversus, parilem illi honorem in consessu, in omni porro potestate communicaverit. Quin et ictus paralisi, tam valide ut nichil artuum ei esset flexibile, tertium constituerit; quod alter, de quo diximus, eadem decoqueretur valetudine non mitius quam ipse. Cumque morbus increscens jam quateret vitalia, sotio ad se accito, solo nutu valedixit. Sed nec ille præstantius valuit redhibere offitium, utpote qui propinquiorem tendebat ad exitum. Nam ante Benedictum defunctus est. Hujus ergo corpus, magno coemptum pretio, Athelwoldus Thorneiam advexit, et obscurioribus Sanctis lucifluum jubar invexit.

Religious Houses.

Thorney.

He had also not resented the election by the monks of Weremouth of another abbot during his absence abroad. He himself, when smitten with paralysis, appointed a third abbot.

Benedict dies [A.D. 690].

Athelwold buys Benedict's body, and conveys it to Thorney.

Explicit Liber IV.[1]

---

[1] *Explicit Liber IV.*] A.; Explicit Liber IV^us^. Willelmi Malmesberiensis monachi de Gestis Pontificum Anglorum, B.

Incipit Prologus Libri V.

Prologue.

The writer returns to the Life of St. Aldhelm,

Totius Angliæ, quaquaversum porrigitur, episcopatibus circuitis, sicut post longam peregrinationem, domum revertor, ut de beatissimo patre nostro Aldelmo pollicitum exsequar meum. Ad quod pro viribus implendum non me sollicitat dicendi materia uberior, sed affectus in Sanctum quem ipse meruit propensior.

to whom next to God he considers himself most beholden.

Num enim par esset ut ei negarem vocis meæ præconium, qui mihi contulit, post Deum, quantulum habeo ingenium? Illi non impenderem linguam, cui, si necesse esset, impenderem vitam? Atqui nimium avarus est, qui verborum suorum tenax est. Quia, igitur, immaniter deviaretur a justitia si in hoc Sanctorum brevi commentatio solus dominus et patronus noster obumbraretur silentio, suscepi vel pauca de ipsius vita dicere, quamvis pro inscitia rerum nequaquam valeam voluntati satisfacere.

Beda's account of him.

Adeo, præter illud quod de illo Beda[1] in Gestis Anglorum tangit, semper infra meritum jacuit, semper, desidia civium agente, inhonorus latuit.

His merits have never been sufficiently recognized.

Magnus ille quidem scientiæ gloria, miraculorum eminentia, sed nulla, quæ supersit, illustratus scriptura. Gaudeat aliquis de Aldelmi miraculis plura se legisse, quæ vivens duntaxat fecerit. Ad me profecto nichil manavit, nichil quanquam curiosissimo accessit studio, [f. 78, b.] nisi quod artifex manus argenteo et perantiquo impressit scrinio.

Criticism upon his life by Faritius.

Compegit hæc in libellum abbas Abbendoniensis Faritius,[2] auctoritate sua nitens,[3] nec quicquam, præterea quod dicta sua firmaret testimoniorum, extrinsecus adducens.

Our author's method of treating his subject.

Michi placuit diversum, dicendi genus, ut per illa gesta, quæ a scriptis Faritii

---

[1] *Beda*] Hist. Eccles., lib. v. cap. 18.

[2] *Faritius*] This life by Faricius is preserved in a contemporary MS., Faustina B. iv., and is printed in the Acta Sanctorum, vi. 84. (25 May).

[3] *auctoritate sua nitens*] originally auctoritatem suam præ se ferens, but altered as in text, A.

vacabant, introrsus pergerem, et quæque dicta idoneis testibus velut quibusdam postibus[1] ambirem. Quis enim aliter crederet gestis tam longe a nostra memoria remotis, utque sic dictum sit propter stili penuriam sepultis? Supersunt præterea plura meum, monachi scilicet Malmesbiriensis, expectantia offitium, quæ vir ille aut nescivit aut dicere supersedit. Fuit enim sicut non usquequaque despicabilis eloquentiæ, ita in his duntaxat, propter ignorantiam linguæ, incuriosæ scientiæ, utpote sub Tusco natus aere. Æqui igitur et boni consule, lector meus, ne personæ meæ obscuritas præ abbatis dignitate præjuditium patiatur. Quamvis si honores attenderis, et nos aliquod nomenque decusque gessimus.

Prologue.

He will not venture upon any unattested statements.

Faritius laboured under the disadvantage of being a foreigner.

§ 187. Quadripartito itaque ordine hæc procedet narratio. Primo, ut sanctissimi viri ostendam genus et scientiam. Secundo, quæ cenobia fecerit, quibus privilegiis et patrimoniis hoc nostrum insignierit, subitiam. Ubi auditoris patientiam jam hinc ex prohemio[2] convenio, ne alienis scriptis gravatus effugiat. Hic enim libellus non ostentationem eloquentiæ, sed congeriem scientiæ pollicetur; ut non tam vita dicatur Sancti, quam vitæ ipsius testimonium, cognitionis instrumentum. Tertio, paucissima miracula quæ vivens fecit; non quod plura non fecerit, sed, quod ista tantum dubietatis scrupulum effugere[3] potuerunt, non omittam. Quarto, seriem temporum post beati viri obitum ad nos quanta potuero veritate deducam. Quanta libertatis naufragia ecclesia nostra pertulerit; quam semper prospere, cum videretur oppressa maxime, per patrocinium Sancti caput contra fortunam extulerit. Ac me quidem his enarrandis imparem non nescio; sed Spiritus Sancti ductu, qui jam carbasa non segniter implesse videtur, ultra hujus immensitatem pelagi securus velivolabo.

The author proposes to set forth his life in four parts.

1st. His origin and attainments.

2nd. The religious houses he established and endowed.

3rd. The few miracles recorded of him.

4th. History of the abbey from the death of Aldhelm to our author's time.

---

[1] *postibus*] written on margin, A.

[2] *prohemio*] originally proemio, but h interlined, A.

[3] *effugere*] originally eluctari, but crossed through, and effugere interlined, A.

Incipit Liber Quintus.[1]

Part I. Life of Aldhelm.

Aldhelm of noble Saxon origin.

His name according to Faritius the equivalent of senex almus.

The author and Aldhelm himself interpret it by galea vetus.

§ 188. Igitur Aldhelmus ex Saxonum oriundus prosapia,[2] familia haud dubie nobilissima, morum generositate vicit ingenuitatem lineæ. Faritius allusit ad nomen, ut diceretur Aldelmus, quasi senex almus. Sed ego, si ludis insertis occupationes legentis furari liceret, dicerem longe aliter interpretatione detorta quod Aldhelmus interpretatur galea vetus. Sic enim debere scribi nomen suum, H littera interposita, ipse Sanctus[3] in prologo Enigmatum suorum perspicue innuit; et in epistola ad Withfridum aperte se priscam protectionis galeam dicit.[4] Congruit[5] interpretationi vita viri, quod galea salutis caput protectus, emeritamque et cedere hosti nesciam, Christi militiam edoctus, opimam de diabolo lauream in cælum evexit. Ferunt quidam, incertum unde id assumpserint, fuisse nepotem Inæ regis West-Saxonum, ex fratre Kenten. Nobis pro vero arrogare non libuit, quod videtur magis opinioni quadrare volaticæ quam veritati historicæ. Siquidem ex cronicis constet, quod Ina nullum fratrem præter Inigildum habuerit, qui paucis ante ipsum annis decessit. Possem et illud obicere, quod Aldhelmus non minor decedens septuagenario, Inam plus .xviii^{to}. annis superstitem reliquerit,[6] idemque rex post tot annos viridi adhuc ævo Romam iverit. Convenitne, ut patruus juvenis nepotem septuagenarium haberet, qui de fratre minoris ætatis natus fuisset? Veruntatem quod discrepat ponatur in medio, et dicatur quod caret ambiguo. Qui enim legit

He is said to have been the nephew of Ina, king of the West Saxons.

But there are great doubts as to this.

King Elfred's Handbook cited.

---

[1] *Incipit Liber Quintus*] A.; Incipit Vita Sancti Aldhelmi episcopi ab eodem Willelmo composita, B.

[2] *Igitur Aldhelmus ex Saxonum oriundus prosapia*] A.; Beatus Aldhelmus Saxonica prosapia oriundus, primis imbuendus, etc., B. See next page, line 11.

[3] *ipse Sanctus*] interlined, A.

[4] *et in epistola . . . galeam dicit*] added with the ordinary mark of insertion, (⊖), on lower margin of A.

[5] *Congruit*] originally Convenit, but altered overline, A.

[6] *decedens . . . . reliquerit*] septuagenario[b], Inam plus .xviii^{to}. annis superstitem reliquerit decedens[a], A.

Part I. Life of Aldhelm.

Manualem librum[1] regis Elfredi, repperiet Kenten, beati Aldhelmi patrem non fuisse regis Inæ germanum, sed arctissima necessitudine consanguineum. Quod autem Saxonici generis fuerit, ipse, in epistola quam Cellano cuidam misit, his edocet verbis: 'Miror[2] quod me tan-
[f. 79, a.] 'tillum homunculum de famoso et florigero Francorum 'rure vestræ frunitæ fraternitatis industria interpellat, 'Saxonicæ prolis prosapia genitum, et sub Arctoo axe 'teneris infantiæ confotum cunabulis.'

Letter of Aldhelm to Cellanus.

§ 189. Parens ergo, qui pro conscientia nobilitatis nichil abjectum saperet, non degeneris magistri scolæ tradidit filium, primis[3] imbuendum elementis, sed[4] Adriano abbati Sancti Augustini,[5] quem in arce[6] scientiæ stetisse, qui Anglorum Gesta perlegit, intelligit. Ibi pusio, Græcis et Latinis eruditus litteris, brevi mirandus ipsis enituit magistris. Cumque jam majusculus a Cantia in Westsaxones remeasset, religionis habitum in Meldunensi accepit cenobio; quod situm est in civitate quæ antiquo vocabulo, sicut ex scriptis Elfredi regis accepimus,[7] Mailduberi,[8] nunc Malmesberi vocatur.[9] Id quidam Meldum, qui alio nomine vocatur Meildulf, natione Scottus,

Educated by Adrian abbot of St. Augustine's.

Becomes a monk at Malmesbury.

Foundation of the monastery.

---

[1] *Manualem librum*] Liber proprius, quem patria lingua Handboc, id est Manualem librum, appellavit. De Gestis Regum, ii. § 123. For a notice respecting this book, now lost, see the Jubilee edition of King Alfred's works, vol. iii. p. 5.

[2] *Miror*] Epist. ix. fragm.

[3] *primis, etc.*] The passages against which dots are placed in the margin are those which compose the short Life of St. Aldhelm preserved in B., for a fuller description of which see Preface.

[4] *sed*] A.; omitted, B.

[5] *Augustini*] A.; Augustini traditur, B.

[6] *in arce*] originally arcem, but in interlined and m crossed through, A.; in arte, B.

[7] *sicut . . . . . accepimus*] A.; omitted, B.

[8] *Mailduberi*] A.; Mealduberi, B.

[9] *quod situm est . . . . Malmesberi vocatur*] B.; but with the omission marked in n. 4; inserted on outer margin of A. In this passage the sentences originally ran in the following order in A., the arrangement in the text being indicated by the letters a, b, c, d: "Cumque jam . . . (b) "Id quidam Meldum . . . (c) Ibi pusio . . . (a) . . . "Qui cum natali." (d) The arrangement of the sentence in B., is as in text.

Part I. Life of Aldhelm.

Aldhelm retires there, and gains his living by teaching.

eruditione philosofus, professione monachus, fecerat. Qui cum natali solo voluntarie carens illuc devenisset, nemoris amenitate, quod tunc temporis in immensum eo loci succreverat captus, heremiticam[1] exercuit. Defitientibusque necessariis, scolares in discipulatum accepit, ut eorum liberalitate tenuitatem victus corrigeret. Illi, procedente tempore, magistri sequaces, ex scolaribus monachi[2] effecti, in conventum non exiguum coaluere. Horum exemplo et consortio Aldelmus informatus ad studium, liberales artes plenitudini scientiæ adjecit.

He afterwards returns to Adrian, and then home.

Quas ut medullitus combiberet, iterum Cantiæ studuit ad pedes Adriani, qui esset fons litterarum, rivus artium; donec, valitudine cogente, repedaret domum. Dictorum tenorem consequantur testimonia;[3] ne fides auditorum sit tenera.

His letter to abbot Adrian proves that he studied under him as a boy.

Quod infantem Adrianus erudierit, ipse in epistola ad eundem sic dicit. 'Reverentissimo[4] patri meæque rudis infantiæ venerando præceptori, Adriano, Aldelmus vernaculus familiæ Christi, et vestræ pietatis suplex alumnus, salutem, et cetera.'

A grant of Eleutherius, bishop of the West-Saxons, proves that he was afterwards brought up at Malmesbury [Aug. 26, A.D. 675].

Quod puero in Meldunensi cenobio fuerit et altus et doctus, Leutherius episcopus insinuat in privilegio quo[5] eidem Aldelmo abbatiam dedit. 'Ego Leutherius,[6] gratia Dei episcopus, rogatus sum ab abbatibus ut terram illam, cui inditum est vocabulum Maldulfesbirg, Aldelmo presbytero ad degendam regulariter vitam conferre largirique dignarer. In quo videlicet loco a primævo infantiæ flore, atque ab ipso tirocinio rudimentorum, liberalibus litterarum studiis eruditus, et in gremio sanctæ matris ecclesiæ nutritus, vitam duxit.'

A letter from pope Sergius I. [A.D. 701]

Quod Meldum cenobium illud construxit, Sergius papa, in privilegio quod

---

[1] *heremiticam*] A.; heremiticam vitam, B.

[2] *monachi*] B.; interlined, A.

[3] *Dictorum tenorem consequantur testimonia*] Dictorum testimonia consequantur tenorem, A.

[4] *Reverentissimo*] Epist. vii.

[5] *quo*] quod, but the d crossed through, A.

[6] *Ego Leutherius*] Cod. Dipl., No. xi.

Part I. Life of Aldhelm.

proves that the monastery at Malmesbury was founded by Meldum.

eidem Aldelmo dedit. 'Poscente a nobis religione 'tua, ut auctoris nostri, apostolorum principis, vice 'monasterium beatorum apostolorum Petri et Pauli, 'quod Meldum religiosæ memoriæ condidit, quod 'etiam nunc Meldumesburg vocatur, situm in pro-'vintia Saxonia, quod tuam religionem provide dis-'pensare cognovimus, apostolicis privilegiis roboremus, 'piæ petitioni favorem tribuimus.' Quod iterum Cantiæ studuerit, sed pro valitudine discesserit,[1] idem in epistola ad eundem Adrianum. 'Fateor,[2] mi carissime, quem 'gratia puræ dilectionis amplector, postquam a sodali 'contubernio vestro ante triennium circiter discedens, 'a Cantia sequestrabar, quod nostra parvitas hactenus 'ad consortium vestrum ardenti desiderio flagrabat. 'Quod etiam jamdudum cogitarem, quemadmodum in 'votis est,[3] adimplens perficere, si rerum ratio ac tem-'porum vicissitudo pateretur; et nisi me diversa im-'pedimentorum obstacula retardarent, præsertimque 'corporeæ fragilitatis valitudine medullitus tabentia 'membra coquente non sinerer; qua quondam, dum 'post prima elementa iterum apud vos essem, domum 'redire coactus sum.'

A letter from Aldhelm to abbot Adrian proves that he left Canterbury on account of ill health.

Proofs that he was an accomplished man.

§ 190. Planum, ut arbitror, factum his testimoniis, quod[4] liberalium artium compos fuerit,[5] qui tanti con-
[f. 79, b.] tubernalis consortio fruitus sit. Nec ipse sane suffragio laudum suarum defuit, ubi dixit se primum omnium suæ gentis hominum fuisse, qui ad scientiam metrorum præsumpsit[6] ingenium, impulit animum. Ista enim sunt ejus verba in calce libri quem fecit de Scematibus:[7] 'Hæc,' inquit, 'de metrorum generibus et scematibus 'pro vilitate ingenii mei habes, multum laboriose,

---

[1] *sed pro valitudine discesserit*] interlined, A.

[2] *Fateor*] Epist. vii.

[3] *est*] interlined, A.

[4] *Planum . . . quod*] A.; Itaque, B.

[5] *fuerit*] A.; factus est, B.

[6] *præsumpsit*] A.; præsumpsisset, B.

[7] *de Scematibus*] S. Aldhelm. Liber de Septenario, etc., Migne, Patrol. lxxxix., p. 255.

Part I. Life of Aldhelm.

'nescio si fructuose, collecta, quamvis mihi conscius.
'sim illud Virgilianum me posse jactare,
'"Primus[1] ego in patriam mecum, modo[2] vita.
'"supersit,
'"Aonio rediens deducam vertice Musas."'

Poetical writings in his own language.

Litteris itaque ad plenum instructus, nativæ quoque linguæ non negligebat carmina; adeo ut, teste libro Elfredi, de quo superius dixi, nulla umquam ætate par ei[3] fuerit quisquam. Poesim Anglicam posse facere, cantum componere, eadem apposite vel canere vel dicere. Denique commemorat Elfredus, carmen triviale, quod adhuc vulgo cantitatur, Aldelmum fecisse; aditiens causam qua probet rationabiliter tantum virum his quæ videantur frivola institisse.[4] Populum eo tempore semibarbarum, parum divinis sermonibus intentum, statim, cantatis missis, domos cursitare solitum. Ideo sanctum virum, super pontem qui rura et urbem continuat, abeuntibus se opposuisse obicem, quasi artem cantitandi[5] professum. Eo plusquam semel facto, plebis favorem et concursum emeritum. Hoc commento sensim inter ludicra verbis Scripturarum insertis, cives ad sanitatem reduxisse; qui si severe et cum excommunicatione agendum putasset, profecto profecisset nichil.[6]

Anecdote.

His countrymen submit their writings to him for criticism. His literary judgment deferred to both by the Scotch and French.

§ 191. Preconio itaque nobilis doctrinæ favorabilis quantum haberetur, inditio sunt epistolæ amicorum ad eum missæ. Taceo de compatriotis, qui certatim ad eum scripta sua emittebant, ejus judicii censuram subitura. Pretereo Scottos, tunc maxime doctos, qui idem fecisse noscuntur. Quorum aliquos non obscuræ litteraturæ nominare possem, maxime Artwilum regis Scottiæ filium. Hic quicquid litterariæ artis elaborabat, quod non adeo exile erat, Aldelmi committe-

---

[1] *Primus*] Georg. iii. 10, 11.
[2] *modo*] A.; mea, B.
[3] *ei*] B.; interlined, A.
[4] *institisse*] A.; instituisse, B.
[5] *cantitandi*] A.; cantandi, B.
[6] *profecisset nichil*] originally lusisset operam, but crossed through, and profecisset nichil written after it on the line, A.; lusisset operam, profecisset nichil, B.

Part I. Life of S. Aldhelm.

bat arbitrio, ut perfecti ingenii lima eraderetur scabredo Scottica. Ex ipso Francorum sinu ad eum causa doctrinæ veniebatur, ut hæc epistola palam fatiet: 'Domino[1] lectricibus ditato studiis, mellifluisque ornato lucubratiunculis, Aldhelmo archimandritæ, Saxonum mirifice reperienti in oris, quod nonnulli cum laboribus et sudoribus in alieno aere vix lucrantur, Cellanus, in Hibernensi insula natus, in extremo Francorum limitis latens angulo, exul famosæ coloniæ, Christi extremum et vile mancipium, in tota et tuta Trinitate salutem.' Et post pauca: 'Quasi[2] pennigero volatu ad nostræ paupertatis accessit aures vestræ Latinitatis panagericus rumor, quem agilium lectorum non horrescunt auditus, sine sanna aut amurcali inpostura notus, propter Alburnum dictricis Romaniæ decorem. Etsi te[3] præsentem non meruimus audire, tuos tamen bona lance constructos legimus fastos, diversorum delitiis florum depictos. Sed si peregrini triste reficis corculum, paucos transmitte sermunculos illius pulcherrimæ labiæ tuæ, de cujus fonte purissimo dulces dirivati rivi multorum possint reficere mentes, ad locum ubi domnus Furseus in sancto et integro pausat corpore.'

Cellanus, an Irish exile in France, writes a letter of compliment to Aldhelm upon his Latinity.

He asks him to send some of his Latin discourses.

[f 80, a.] § 192. Huic epistolæ quam liberaliter responderit attestatur illa cujus particula hic nuper apposita[4] dedit documentum Aldelmum ex Saxonico genere ortum. Ceterum non est narratu facile, quam efficax fuerit in exhortando amicos et discipulos, illos ut illesam fidem amicis exhiberent, istos ut teneros annos ad unguem divinæ præceptionis ducerent. Singularum tamen monitionum hic ponentur indicula; ut per hæc clarescat viri fides in amicos, sollicitudo in discipulos. Cum Wilfridus episcopus, de quo non pauca in Tertio Libro[5] dixi, exul ageretur, multi suorum abbates, for-

Aldhelm sends a gracious answer.

His great influence over his friends and pupils,

exemplified in his persuasion of Wilfrid's followers,

[1] *Domino*] S. Aldhelm. Epist. viii.

[2] *Quasi*] S. Aldhelm. Epist. viii.

[3] *Etsi te*] Et sitē, A.

[4] *nuper apposita*] Supra, lib. v. § 188.

[5] *Tertio Libro*] Supra, lib. iii. § 100.

Part I. Life of S. Aldhelm.

who when he was driven into exile had intended to desert him.

His letter to them.

tunæ sequentes rotam, ad inimicorum favorem devolvi meditabantur. Quorum justitiæ Aldelmus diffidens, et amico venerabili metuens, his verbis labantes nitebatur erigere. Post præfationem enim congruam: 'Nuper,'[1] inquit, 'furibunda tempestatis perturbatio, sicut expe-
'rimento didicistis, fundamenta ecclesiæ, sicut quodam
'immenso terremotu, concussit; cujus strepitus per
'diversa terrarum spatia, velut tonitruali fragore, longe
'lateque percrebruit. Et iccirco vos viscerales contri-
'bulos, flexis genuum poplitibus, subnixa exposco prece,
'nequaquam hujus perturbationis strofa scandalizari,
'ne quisquam vestrum inertis segnitiei fide torpescat,
'etiam si rerum necessitas exigat cum presule proprio,
'pontificatus apice privato, tellure paterna propelli, et
'quælibet oporteat latorum regnorum transmarina ag-
'gredi rura. Quis enim, quæso, tam durus atroxve
'labor exsistens, ab illo vos antistite separans arceat;
'qui vos ab ipso tirocinio rudimentorum, et a primeva
'teneræ ætatis infantia usque adultæ pubertatis florem
'nutriendo, docendo, castigando, paterna provexit[2] pie-
'tate; et quasi nutrix gerula dilectos alumnos, extensis
'ulnarum sinibus refocillans, sic karitatis gremio fotos
'clementer amplexus est? Perpendite, quæso, creatu-
'rarum ordinem, eisque divinitus insitam naturam;
'quatinus ex minimarum rerum collatione inflexibilem
'conversationis formam, Christo favente, capiatis. Quo-
'modo examina apum, calescente celitus caumate, ex
'alveariis nectare flagrantibus certatim emergant, et,
'earum auctore linquente brumalia mansionum recep-
'tacula, densarum catervarum cohortes rapido volatu
'ad æthera glomerant, exceptis duntaxat antiquarum
'sedium servatricibus, ad propagationem sobolis futuræ
'relictis. Ecce! inquam, mirabilius dictu, rex earum,
'spissis sodalium agminibus vallatus, cum hiberna castra

---

[1] *Nuper*] S. Aldhelm. Epist. xi.

[2] *paterna provexit*] provexit paterna, but with the ordinary sign of transposition, A.

Part I. Life of S. Aldhelm.

'gregatim egreditur, et cava stipitum robora rimatur, si 'pulverulenta sablonis aspergine præpeditus, seu repen- 'tinis imbribus cataracta Olimpi guttatim rorantibus 'retardatus fuerit, et ad gratam cratem sedemque pris- 'tinam revertatur, omnis protinus exercitus consueta 'vestibula perrumpens, prisca cellarum claustra gratu- 'labundus ingreditur.' Et post alia: 'Si ergo taliter 'creatura carens,[1] quam jura naturæ indita absque legi- 'bus scriptis gubernant, reciprocis temporum successio- 'nibus ductoris præcepto paret; respondete, rogo, utrum 'horrendæ abominationis infamia sint exprobrandi, qui, 'concessa septiformis Spiritus gratia prædíti, devotæ 'subjectionis frena ritu frenetico frangunt. Cur autem 'diversarum rerum ratiocinationes conglobans, ad in- 'stiganda vestri pectoris præcordia stridente calamo 'percurram, audite. Ecce! seculares divinæ scientiæ 'extorres, si devotum dominum, quem in prosperitate, [f. 80, b.] 'dilexerunt, cessante felicitatis opulentia, et ingruente 'calamitatis adversitate, deseruerint,[2] ac secura dulcis 'patriæ otia exulantis domini pressuræ prætulerint; 'nonne execrabilis cachinni ridiculo et gannaturæ 'strepitu ab omnibus ducuntur? Quid ergo de vobis 'dicetur, si pontificem, qui vos nutrivit et extulit, in 'exilio solum dimiseritis?' Et cetera.

§ 193. Exemplo firmissimæ in amicum integritatis posito, sequetur præclara discipuli ammonitio:

His letter to his pupil Adilwald.

'Dilectissimo[3] mihi filio et simul discipulo Adil- 'waldo, Aldhelmus, extremus servorum Dei, salutem. 'Quemadmodum te viva voce aliquotiens de ali- 'quibus ammonere curavi, ita etiam nunc absentem, 'paterna secundum Deum auctoritate fretus, litteris 'exhortari non piget. Hoc enim ideo agimus: "Quia[4] '"karitas Christi," sicut ait apostolus, "urget nos."

[1] *carens*] A.; ratione carens, S. Aldh. Epist. x.

[2] *deseruerint*] deserueruerint, the redundant letters being crossed through, A.

[3] *Dilectissimo*] S. Aldhelm. Epist. x.

[4] *Quia*] 2 Cor. v. 14.

Part I. Life of S. Aldhelm,

He counsels him to refrain from worldly delights,

'Itaque, fili mi carissime, licet adolescens ætate existas, 'vanissimis tamen oblectamentis hujus mundi nequaquam te nimium subitias, sive in cotidianis potationibus et conviviis, usu frequentiore ac prolixiore 'inhoneste superfluis, sive in equitandi vagatione culpabili, seu in quibuslibet corporeæ delectationis voluptatibus execrandis. Memento semper quid scriptum 'est: "Adolescentia[1] et voluptas vana sunt." Amori 'quoque vehementiori pecuniæ et omni secularis gloriæ 'Deo semper odibilis jactantiæ nequaquam ultra modum 'inservias, illius sententiæ reminiscens: "Quid[2] prodest '"homini si totum mundum lucretur, animæ vero '"suæ detrimentum patiatur?" "Filius[3] enim hominis '"venturus est in gloria sua et sanctorum angelo'"rum; et retribuet unicuique secundum opera sua."

and to apply himself to study and prayer.

'Sed multo magis, mi amantissime, vel lectionibus 'divinis vel orationibus sacris semper invigila. Si quid 'vero præterea secularium litterarum nosse laboras, 'ea tantummodo causa id fatias, ut, quoniam in lege 'divina vel omnis vel pene omnis verborum textus 'artis omnino grammaticæ ratione[4] consistit, tanto 'ejusdem eloquii divini profundissimos atque sacratis'simos sensus facilius legendo intelligas, quanto illius 'rationis qua contexitur diversissimas regulas plenius 'ante didiceris.[5] Hanc autem epistolam jugiter inter 'ceteros quos legis libros habere non omittas, ut vide'licet ejus lectione creberrima de his quæ in ea scripta 'sunt implendis, mea vice possis ammoneri. Vale.'

The author wishes that Aldhelm's advice had been more generally followed by the [Malmesbury] monks.

§ 194. At utinam hæc lectio monachorum, qui se Aldelmi discipulos profitentur, conferat compendio, profitiat commodo; ut tandem desputis illecebris, sanctitatis et doctrinæ ejus innitantur vestigiis. Nam proculdubio

---

[1] *Adolescentia*] Eccles. xi. 10.

[2] *Quid*] S. Marc. viii. 36.

[3] *Filius*] S. Matth. xvi. 27.

[4] *grammaticæ ratione*] ratione grammaticæ, but with the ordinary mark of transposition, A.

[5] *ante didiceris*] didiceris ante, but with the ordinary mark of transposition, A.

Part I. Life of S. Aldhelm.

nunquam ejus evellerentur instituta, nisi transgrederemur ejus mandata. Sed quia in eum deliquimus, merito plectimur. Ipse interea quasi nesciat tacet, dissimulat quasi non videat; dum nos volutamur in periculis, dum privilegia sua deridentur a seditiosis, dum calcantur a tirannis. Sed revertamur vel sero ad cor; ut famulos suos, multis jam periculis jactatos, oculo pietatis respitiat, sinu clementiæ recolligat.[1]

If it had been, the monastery would not have suffered so much.

§ 195. Veruntamen ut narrationem repetam; summum culmen laudibus ejus litteraturæ imposuit Beda, qui et pro vicinia temporis rem ut erat nosset, et pro veritatis studio mentiri nollet. Qui post enumerationem aliquorum librorum ejus, subintulit: 'Scripsit,'[2] inquit, 'et alia nonnulla, utpote vir undecumque doctissimus. Nam et sermone nitidus, et scripturarum tam ecclesiasticarum quam secularium erat eruditione mirandus.' Potestne quicquam hac laude sullimius dici? Postremo ipsum eundem testem citabo, licet[3] omnibus artibus studium numquam[4] abnuerit, quibus tamen potissimum apud Cantiam iterata mansione studens[5] animum impenderit. Sic enim in epistola ad Heddam antecessorem suum, laborem exsequitur proprium, commendat exercitium: 'Fateor,[6] beatissime præsul, me dudum decrevisse, si temporum volitans vicissitudo pateretur, vicinam obtati[7] Natalis Domini sollemnitatem ibidem in consortio fratrum tripudians
[f. 81, a.] celebrare, et postmodum, vita comite, vestræ caritatis præsentia frui. Sed quia diversis impedimentorum

Beda's encomium upon Aldhelm's literary powers.

His own testimony to the diversity of his studies in his letter to bishop Hedda.

---

[1] *oculo . . . . . recolligat*] sinu b a clementiæ recolligat, oculo pietatis respitiat, A.

[2] *Scripsit*] A note on the margin of A., in the hand of the 13th century, says, Nota testimonium sancti Bede de scientia beati Aldhelmi. Beda, Eccl. Hist. lib. v. § 410.

[3] *licet*] quod licet, but quod crossed through in A.; quod licet, B.

[4] *numquam*] B; interlined, A.

[5] *quibus tamen . . . . studens*] B. These words written upon an erasure, A.

[6] *Fateor*] S. Aldhelm. Epist. iv.

[7] *obtati*] A.; optati interlined, B.

Part I. Life of S. Aldhelm.

‘ obstaculis retardati, quemadmodum lator præsentium
‘ viva voce promulgabit, illud perficere nequivimus;
‘ iccirco difficultati veniam precor impendite. Neque
‘ enim parva temporum intervalla in hoc lectionis
‘ studio protelanda sunt,[1] ei duntaxat qui sagacitate
‘ legendi succensus, legum Romanarum jura medullitus
‘ rimabitur, etiam cuncta jurisconsultorum secreta imis
‘ præcordiis scrutabitur. Et quod his multo perplexius
‘ est, centena scilicet metrorum genera pedestri regula
‘ discernere, et musicæ cantilenæ modulamina recto
‘ sillabarum tramite lustrare. Cujus rei studiosis lec-
‘ toribus tanto inextricabilior[2] obscuritas prætenditur,
‘ quanto rarior doctorum numerositas reperitur. Sed
‘ de his prolixo ambitu verborum disputare epistolaris
‘ angustia minime sinit. Quomodo, videlicet, ipsius
‘ metricæ artis clandestina instrumenta litteris, sillabis,
‘ pedibus, poeticis figuris, versibus, tonis, temporibus
‘ conglomerantur. Poetica quoque septenæ divisionis
‘ disciplina, hoc est acefalos, protilos, cum ceteris qua-
‘ liter varietur. Qui versus monoscemi, qui pentascemi,
‘ qui decascemi certa pedum mensura terminentur,[3]
‘ et qua ratione catalectici, vel brachicatalectici, seu
‘ ipercatalectici versus sagaci argumentatione colligan-
‘ tur. Hæc, ut reor, et his similia, brevi temporis
‘ intercapedine,[4] apprehendi nequaquam possunt. De
‘ ratione vero calculationis quid commemorandum,
‘ cum tantæ supputationis imminens desperatio colla
‘ mentis oppresserit, ut omnem præteritum lectionis
‘ laborem parvipenderem, cujus me pridem secreta
‘ cubicula nosse credideram, et ut sententia beati
‘ Hieronimi, dum se occasio obtulit, utar: “Qui mihi

---

[1] *sunt*] A.; fuit, B.

[2] *inextricabilior*] B.; inextricabilis, or A.

[3] *terminentur*] terminentur, A.; vel truti trutinentur, B.

[4] *intercapedine*] A.; intercapedine, B.

Part I. Life of S. Aldhelm.

'"prius videbar sciolus, rursus cepi esse discipulus." 'Sicque tandem superna gratia fretus, difficillima rerum 'argumenta et calculi supputationes, quas partes nu- 'meri appellant, lectionis instantia repperi. Porro de 'zodiaco et .xii. signorum quæ vertigine cæli volvun- 'tur[1] ratione, ideo tacendum arbitror, ne ars opaca 'et profunda, quæ longa explanandarum rerum ratione 'indiget, si vili[2] interpretationis serie propalata fuerit, 'infametur et vilescat; præsertim cum astrologicæ 'artis peritia et perplexa horoscopi computatio elucu- 'brata doctoris indagatione egeat.'

Enumeration of his works.

§ 196. Talium artium voluptate repletus, ipse quoque, ex sacratissimo pectoris penu bonæ frugis libellos edidit, ne numquam[3] thesauros tam diu congregatos reclu- deret, ne nichil umquam ex auditis reponeret. Et primum quidem ingenii periculum dedit in libro quem ad Britones, ut ad verum Pascha reverterentur, fecit; cujus doctrinam nescio quod infortunium usibus nos- tris invidit, gaudio subtraxit. Est et liber ejus 'De 'Virginum laude' rethorico compactus lepore; in quo virginitatis gloriam prius[4] prædicat, et postea non diffi- cilem esse per sanctorum celibatum exemplificat. Ejus- dem materiæ versibus heroicis fecit alterum, cui adjunxit tertium æque versificum, 'De pugna .viii^to^. principa- 'lium Vitiorum.' Extat et codex ejus non ignobilis 'De Enigmatibus,' poetæ Simphosii emulus, .c. titulis et versibus mille distinctus. Utriusque operis præfationem versibus recurrentibus ingeniose intexuit; ut in illo 'De Virginum laude,' singulæ istius versus litteræ:

His acrostic prefaces.

'Metrica tirones nunc promant carmina castos,'

singulos versus præfationis a capite ad finem inchoarent, cædemque, per numerum versuum retroactæ, eundem

---

un

[1] *volvuntur*] A.; involuitur, B.

[2] *si vili*] B.; ideo si vili, but ideo crossed through, A.

[3] *numquam*] A.; umquam, B.

[4] *prius*] A.; omitted, B.

Part I. Life of S. Aldhelm.

Enumeration of his works.

versum effingerent. Porro in illo 'De Enigmatibus' aliter commentus est, ut hic versus:

'Aldhelmus cecinit millenis versibus odas,'

primas et ultimas singulorum in proemio versuum litteras et inchoaret et terminaret, ambasque extremitates easdem faceret. Ostenditque in his vir veteris [f. 81, b.] litteraturæ ludum simul et artifitium, dum res incuriosas comitaretur facundum et vigens eloquium. Preterea ad quendam Aldfridum[1] regem Northanimbrorum, probe, ut Beda[2] narrat, litteris doctum, edidit librum hæc continentem capitula: 'De septenarii numeri dig-'nitate, collecta ex Veteris et Novi Testamenti flori-'bus, et disciplinis philosophorum. — De ammonitione 'fraternæ karitatis. — De insensibilium rerum natura, 'quæ secundum metaforam sermocinari figurantur. — 'De pedum regulis.—De metaplasmo.—De sinalimpha. '—De scansione et eclipsi versuum.—De metro alterna 'interrogatio et responsio.' Composuit et 'Epistolas' multas, quarum plures non extant, partem quarundam quas habemus antecessorum nostrorum detruncavit incuria. 'Sermones' ejus minus infundunt hilaritatis quam vellent hi[3] qui rerum incuriosi verba trutinant.

Excellencies of his various styles.

Judices inportuni, qui nesciant quod secundum mores gentium varientur modi dictaminum. Denique Græci involute, Romani splendide, Angli pompatice dictare solent. Id in omnibus antiquis cartis est animadvertere, quantum quibusdam verbis abstrusis, et ex Græco petitis, delectentur. Moderatius tamen se agit Aldelmus, nec nisi perraro et necessario[4] verba ponit exotica. Allegat catholicos sensus sermo facundus, et violentissimas assertiones exornat[5] color rethoricus. Quem si perfecte legeris, et ex acumine Græcum putabis, et ex nitore Romanum jurabis, et ex pompa Anglum intelliges.[6]

---

[1] *Aldfridum*] A.; Alfridum, B.

[2] *Beda*] Hist. Eccles. lib. v. § 410.

[3] *quam vellent hi*] B.; interlined, A.

[4] *perraro et necessario*] A.; perrara et necessaria, B.

[5] *exornat*] B.; written over an erasure, A.

[6] *intelliges*] See Faricius, ed. Migne, lxxxix. 71.

Part II. Life of S. Aldhelm.

§ 197. PRIMA propositi portione utcunque sarcita, secundam aggrediar, quæ pollicetur ostendere quæ monasteria sanctus Aldelmus fecerit, quibusque privilegiis insignierit, et prædiis ditaverit. Cujus erit facilis absolutio, quia labore alieno summa negotii confitietur. Libet igitur nostris verbis prælibare necessaria, rapere occasionem operis accelerandi, et sic, solutiore cura, in aliorum scriptis spatiari. Ex superius igitur dictis[1] potest intelligi quod Meildulf monasterium Meldunense, quod nunc corruptior ætas Malmesberiam nuncupat, ædificaverit, vel potius inchoaverit. Tanta enim ibi necessariorum penuria erat, ut inhabitantes ægre cotidianum victum expedirent. Sed correxit nobilitas Aldelmi victualium inopiam, ut sermo progrediens edocebit. Parva ibi[2] admodum basilica paucis ante hoc tempus annis visebatur, quam Meildulfum ædificasse antiquitas incertum si fabulabatur. Fertur fecisse et[3] augustiorem ecclesiam in honorem Domini Salvatoris, et primorum apostolorum Petri et Pauli. Quod autem in hac ecclesia caput loci et monachorum congregatio fuerit ex antiquo, cartarum, quas subitiam, auctoritas commendant fidem, arguunt incredulitatem. Et, quia tunc moris erat, ut in novarum ecclesiarum dedicatione ad honorem Sponsi cælestis et ecclesiæ Matris aliquod honorificum epigramma poneretur, vir sanctus in honorem apostolorum hoc cecinit epithalamium:

Of the monasteries founded by Aldhelm, and their possessions and privileges.

The monastery of Malmesbury founded by Meildulf.

Its original poverty relieved by Aldhelm.

A small church, lately standing, said to have been built by Meildulf.

A more august church erected by S. Aldhelm.

'Hic[4] celebranda rudis florescit gloria templi,
[f. 82, a.] 'Limpida quæ sacri signat vexilla triumphi,
'Hic Petrus et Paulus, tenebrosi lumina mundi,
'Precipui patres, populi qui frena gubernant,

Epithalamium by him on occasion of its dedication.

---

[1] *dictis*] written over an erasure A.

[2] *Parva ibi . . . . . augustiorem ecclesiam*] A.; Veniente Aldhelmo ad locum prædictum, parva ibi admodum basilica visebatur, quam Meildulfum ædificasse antiquitas incertum fabulabatur. Erexit Aldhelmus augustiorem ecclesiam, B.

[3] *Fertur fecisse et*] written over an erasure, A.

[4] *Hic*] These verses, with numerous variations, are also met with in Faricius, who refers them to another occasion. Migne, lxxxix. 69, 298.

Part II. Life of S. Aldhelm.

'Carminibus crebris alma celebrantur in aula.
'Claviger o cæli! portam qui pandis in æthra,
'Candida qui meritis recludis regna Tonantis,
'Exaudi clemens populorum vota precantum,
'Marcida qui riguis humectant imbribus ora;
'Suscipe singultus commissa piacla gementum,
'Qui prece flagranti torrent peccamina morum.
'Quondam Saule ferox, nunc, deposita feritate,
'Agne Dei mitis, mutato nomine, Paule,
'Vocibus orantum nunc aures pande benignas,
'Et tutor tremulis cum Petro porrige dextram,
'Sacra frequentantes aulæ qui[1] limina lustrant,
'Quatinus hic scelerum celer indulgentia detur,
'Larga de pietate fluens et fonte superno,
'Dignis qui nunquam populis torrescit in ævum!'.

He founds a monastery at Frome, co. Somerset, dedicated to St. John the Baptist.

Another monastery at Bradeford, co. Wilts, dedicated to St. Laurence.

§ 198. Fecit et aliud cenobium juxta fluvium qui vocatur From, sicut in privilegio[2] quod Sergius papa utrisque monasteriis contulit,[3] legitur. Stat ibi adhuc, et vicit diuturnitate sua tot sæcula ecclesia ab eo in honorem sancti Johannis Baptistæ constructa. Necnon et apud Bradeford tertium ab eo monasterium instructum crebra serit opinio; quam confirmare videtur nomen villæ in serie privilegii, quod jam episcopus[4] monasteriis suis dedit appositum, et antiquis scripturæ liniamentis effigiatum. Et est ad hunc diem eo loci ecclesiola, quam ad nomen beatissimi Laurentii fecisse predicatur. Sed enim utraque monasteria From et Bradeford, morem mortalium emulantia, in nichilum defecere, restatque tantum nomen inane. Veruntamen, utrum tantarum ædium destructio imputanda sit Danorum insanis præliis an Anglorum rapacibus conviviis non facile discreverim. Solum Meldunense, idemque Malmesberiense viget adhuc habitatorum frequentia,

Both these are now destroyed, Malmesbury alone still flourishing, owing to the influence of Aldhelm's sanctity.

---

[1] *qui*] interlined, A.

[2] *privilegio*] Infra; pp. 367–370.

[3] *contulit*] originally contigit, but ig crossed through, and ul interlined, A.

[4] *privilegii, quod jam episcopus*] interlined, A.

habitaculorum decore. Quod pietate Sancti dispensari, qui se corpusque suum ibidem devovit, arbitror, ut tot evaderet[1] erumnas, tot calamitates duret, umbramque jam tenuem jampridem amissæ libertatis suspiret. Quapropter quia, cæteris destructis, prædia illic ab eo collata latam traxere ruinam, nostram etiam penitus effugere notitiam. Huic vero quantum terrarum adjecerit, dicturis illud privilegium occurrit primo apponendum quod eidem Aldelmo Westsaxonum antistes Leutherius[2] concessit. Quem, promoventibus[3] virtutum successibus, in altum nitentem conspicatus,[4] ibidem eum in presbyterum, post in abbatem erexit; locique illius possessionem, qui sui juris esset, in abbatis ditionem hoc scripto transduxit.[5]

Part II. Life of S. Aldhelm.

Notice of lands and privileges conferred upon it.

§ 199. 'Solet plerumque[6] contingere ut, autumnali torrido facessente caumate, brumalia sevientium ventorum flabra reciprocis alternatim cursibus succedant; quibus procellosa pelagi cerula enormesque oceani gurgites hinc[7] atque illinc quatiuntur, quatinus navigero tramite nullus absque discrimine navigans, furibundo flamine carbasa rumpente, transfretet. Ita nimirum prostrata mundi pompulenta gloria, jamque appropinquante ejusdem termino, fluctuantes seculi turbines incumbere experimento evidenti videntur, ut revera et absque ullo ancipiti scrupulo, illa Domini præsagmina nostris tandem temporibus comprobentur impleri, quibus ita celesti oraculo effatus est: "Videte[8] "ficulneam et omnes arbores," et cetera. Porro inter has turbulentas sæculi tempestates Scripturarum flectenda sunt gubernacula, totiusque navigii armatura

Charter-grant of Leutherius, bishop of the West Saxons, to Aldhelm, and his successors at Malmesbury.

---

[1] *evaderet*] written over an erasure, A.

[2] *Leutherius*] Leuterius, A.

[3] *promoventibus*] A.; promoventem his, B.

[4] *conspicatus*] A.; Leutherius Westsaxonum episcopus conspicatus, B.

[5] *hoc scripto transduxit*] A.; traduxit, B.

[6] *Solet plerumque*] Printed in Cod. Dipl. No. xi., where it is marked as of doubtful authenticity.

[7] *hinc*] interlined, A.

[8] *Videte*] S. Luc. xxi. 29.

Part II. Life of S. Aldhelm.

'atque instrumenta paranda; quatinus garrulo sirenarum carmine spreto, ratis recto cursu ad portum patriæ prospere perducatur. Quapropter ego Leutherius, gratia Dei episcopus, pontificatus Saxonici gubernacula regens, rogatus sum ab abbatibus, qui sub jure parrochiæ nostræ cenobiali monachorum agmini præesse[1] noscuntur pastorali sollicitudine, uti terram illam, cui vocabulum est inditum Maldumesburg, Aldhelmo presbitero ad degendam regulariter vitam conferre largirique dignarer. In quo videlicet loco a primo ævo infantiæ, atque ab ipso tirocinio rudimentorum, liberalibus litterarum studiis eruditus, et in gremio sanctæ matris ecclesiæ nutritus, vitam duxit. Et ob hoc potissimum hanc petitionem fraterna caritas suggerere videtur. Quapropter prædictorum abbatum precibus annuens, ipsum locum, de quo supra mentionem fecimus, tam sibi quam suis successoribus normam sanctæ regulæ solerti devotione sequentibus, fraterna petitione coactus, ultroneus impendo, quatinus in futuram posteritatem, remoto[2] omni disceptationum ingruentium conflictu, quiete continua et pace perpetua Deo famulari sine impedimento valeant. Sed ne forte contentionis occasio deinceps emergat, hac rationis conditione interposita, confirmo ut nullus succedentium demum episcoporum seu regum hanc nostræ donationis cartulam, tirannica fretus potestate, violenter invadat, asserens pertinaciter quod de jure potestatis episcopatus ablatum sequestratumque fuisse videretur. Et iccirco sciendum est, et contra emulos promulgandum, multo magis me commodum augmentumque pontificali ecclesiæ addidisse, quam per vim abstraxisse. Postremo, ut firmior prædictæ largitionis donatio jugiter mansura sit, prædictos abbates[3] pro-

[1] *præesse*] originally regulariter præesse, but the former word crossed through, A.

[2] *remoto*] remota, but with o written above the a, A.

[3] *prædictos abbates*] The names of the abbots occur in the charter printed in the Codex Dipl.

Part II. Life of S. Aldhelm.

'priis manibus subscribere jussimus. Quod si quis hæc 'scripta et definita et decreta nostra irrita facere 'nitetur, sciat se ante tribunal Christi rationem red- 'diturum. Actum publice, juxta flumen Bladon, .vii. 'kalendas Septembris, anno incarnationis Christi '.DCmo.lxxo.vto.'[1]

August 26, A.D. 675.

[f. 82, b.] § 200. Abbas ergo constitutus, monachos ad votum inducere, famam in bonum urgere, Dei præ omnibus gloriam velle. Cumque industriæ abbatis favor concurreret pontificis, tunc res monasterii in immensum augeri. Currebatur ad Aldelmum totis semitis; his vitæ sanctimoniam, illis litterarum scientiam desiderantibus. Erat enim quamvis, ut diximus, eruditione multiplex, tamen religione affabilis et simplex. Qui adversantes obtineret dicendi fulmine, discentes mulceret nectareo docendi flumine. Ad utrosque ex ejus ore flueret salsi leporis oratio, ut esset in singulis mirabilis, et in omnibus singularis. Eo factum est ut reges et comites Mertiorum et Westsaxonum religione viri, quam nobilitas generis commendabat,[2] illecti plura loco conferrent, quæ et ad monachorum stipem et suarum animarum salutem proficerent. Quorum primus, ut accepimus, Kenfrithus comes Mertiorum, regii affinis sanguinis, vir corpore sæculo, mente militans Deo, .x. cassatos in Wdetun[3] Aldhelmo abbati dedit his verbis:

Flourishing condition of the monastery under Aldhelm's rule.

His learning and religion.

The Mercian and West Saxon princes and nobles great patrons of the monastery.

Kenfrith earl of the Mercians its first benefactor.

Wdtun.

§ 201. 'Fortuna fallentis[4] seculi procax, non lacteo 'immarcescibilium liliorum candore amabilis, sed fellita 'ejulandæ corruptionis amaritudine odibilis, filios in 'valle lacrimarum fetentis carnis rictibus venenosis

His charter, granting to the monastery lands at Wdetun [Wootton, co. Wilts.]

---

[1] *Postremo* . . . . DCmo.lxxo.vto.] This passage added opposite on the lower margin of f. 81, b, A.

[2] *generis commendabat*] commendabat generis, but with marks for transposition, A.; commendabat generis, B.

[3] *Wdetun*] Wdetun his verbis, but the last two words crossed through, A.

[4] *Fortuna fallentis*] This charter does not occur in the Codex Diplomaticus. Cf. the Charter of Æthelstan, infra, p. 401.

Part II. Life of S. Aldhelm.

'mordaciter dilacerat; quæ quamvis arridendo sit infe-
'licibus attrectabilis, Acherontici tamen ad ima Cociti,
'ni Satus Alti subveniat Boantis, impudenter est decli-
'vis. Et ideo quia ipsa ruinosa tanaliter dilabitur,
'summopere festinandum est ad amena indicibilis leti-
'tiæ arva, ubi angelica himnidicæ jubilationis organa,
'mellifluaque rosarum odoramina, a bonis beatisque
'naribus inestimabiliter dulcia capiuntur, sineque calce
'auribus felitium hauriuntur. Cujus amore felicitatis
'illectus, ego Cenfrithus, comes Mertiorum, quandam
'telluris particulam venerabili abbati Aldhelmo, sub
'estimatione .x. cassatorum, in loco qui dicitur Wde-
'tun ad serviendum Deo et Sancto Petro in perpe-
'tuum jus largitus sum cum consensu domini mei
'Ethelredi regis. Anno ab incarnatione Domini
'.DCmolxxxmo., indictione .viii.'[1]

A.D. 680.

Ethelred of Mercia gives two farms.

§ 202. Datum præcellentissimi comitis stimulavit et provexit munificentiam regis, ut ipse sequenti anno conferret prædia duo, confirmaretque scripto uno, quod est hujusmodi:

His charter-grant, and confirmation of Cenfrith's gift.

'In nomine[2] Domini Dei nostri Jhesu Christi
'Salvatoris! "Nichil intulimus,"[3] ut apostolicum con-
'firmat oraculum, "in hunc mundum, nec auferre
'"quid possumus." Iccirco terrenis ac caducis æterna
'ac mansura mercanda sunt. Quapropter ego Ethel-
'redus, rex Mertiorum, rogatus a patricio meo ac pro-
'pinquo Cenfritho, pro remedio animæ meæ, ac pro
'oratione fratrum in Meldulfesbirg Deo servientium,[4]
'.xxxta. cassatos ab occidentali parte stratæ publicæ,
'et non longe in alio loco .xv. prope Tettan monas-

Newnton, co. Wilts.

Niuentun.

Tetbury, co. Glouc.

---

[1] viii.] Written upon an erasure, A.

[2] *In nomine*] Printed in the Codex Diplomaticus, No. xxii., where it is marked as of doubtful authority.

[3] *Nichil intulimus*] 1 Tim. vi. 7.

[4] *fratrum in Meldulfesbirg Deo servientium*] fratrum ibidem Deo servientium in Meldulfesbirg, but ibidem crossed through, and the change in the position of the other words indicated by letters of the alphabet, A.

Part II. Life of S. Aldhelm.

'terium Aldelmo abbati et successoribus ejus in liber-
'tatem terrenarum servitutum perpetualiter, libenter
'largitus sum. Et hanc donationem meam sacræ cru-
'cis signaculo propria manu confirmavi, et favorabi-
'lium virorum claro consensu corroboravi; ut nulla
'post obitum nostrum regalis audatia nec secularis
'dignitas decretum[1] nostrum confringere attemptet.[2]
'Si quis vero hanc donationem augere et amplificare
'voluerit, augeat Deus partem ejus in libro vitæ. Quod
'si quis, tirannica potestate fretus, demere[3] sategerit,
'sciat se coram Christo novemque angelorum ordinibus A.D. 681.
'rationem redditurum. Scripta est autem hæc cirographi
[f. 83, a.] 'cartula anno ab incarnatione Domini .DC^mo^lxxx^mo^i^o^.
'indictione .ix^na^.'

§ 203. Ejusdem regis fuit nepos, ex fratre Wlferio, Bærhtwaldus nomine, de quo in gestis Wilfridi[4] antistitis supradixi; non quidem rex potestate, sed subregulus in quadam regni parte. Hic, amore Dei ductus, beato Aldelmo dedit hoc nobile munus:

Charter-grant of Berhtwald, Ethelred's nephew.

§ 204. 'Ea quæ secundum[5] timorem et amorem Domi-
'ni religiosa largitionis devotione diffiniuntur, quamvis
'solus sermo sufficeret promulgare, tamen, pro incerta
'futurorum temporum conditione, scriptis publicis et
'documentorum gestis sunt confirmanda. Quapropter
'ego Berhtwald, regnante domino, rex, pro remedio
'animæ meæ et indulgentia commissorum criminum,
'aliquam terram conferre largirique Aldelmo abbati
'decrevi, id est illam de orientali parte fluminis quod[6]

---

[1] *decretum*] contra decretum, but contra crossed through, A.

[2] *attemptet*] temptaverit, but altered into attemptet, A.

[3] *demere*] demere vel satagere, but the two last words crossed through, A.

[4] *gestis Wilfridi*] gestis regis Wilfridi, but regis crossed through, A. Vide supra, lib. iii. § 100.

[5] *Ea quæ secundum*] Printed, Cod. Dipl. No. xxvi. Kemble marks this charter as spurious, but the false date 635, upon which he appears to found his objection, occurs only in the very faulty MS. Lansd. 417, f. 8. The date in Malmesbury is correctly given, A.D. 685.

[6] *quod*] qui, corrected into quod, A.

Part II. Life of S. Aldhelm.

Somerford, co. Wilts.

'appellatur Temis, juxta vadum cujus vocabulum est 'Sumerford, .xlta. cassatos; ea scilicet diffinitione, ut 'omni servitute secularium potestatum portio terræ 'illius perpetualiter sit libera, ad serviendum necessi-'tatibus monachorum Deo servientium in monasterio 'quod nominatur Maldumesburg. Et, ut firmius ac 'tenatius hæc donatio in perpetuum roboretur, etiam 'præcellentissimum monarchum Ethelredum ad testi-'monium ascivimus regem, cujus consensu et confir-'matione hæc munificentia acta est. Si quis contra 'hanc donationem venire temptaverit, aut, tirannica 'fretus potestate, invaserit, sciat se in tremendo cunc-'torum examine coram Christo rationem redditurum.

Sumerford. Maminot.[1]

Burford, co. Oxf., July 30, A.D. 685.

'Actum publice in sinodo, juxta vadum Bregford, mense 'Julio, tricesima die mensis ejusdem, indictione .xiiia., 'anno ab incarnatione Domini .DC.[2] octogesimo quinto.' Subscripserunt his tribus Theodorus archiepiscopus, Ethelredus rex Mertiorum, Berhtwaldu ssubregulus, Cenfrithus patritius, Sexuulfus Licitfeld et Bosel Wigorniæ episcopi.

Kentuuine, king of the West Saxons, designates Ceduallа as his successor.

§ 205. Eodem tempore Kentuuinus, rex Westsaxonum, morbo et senio gravis, Ceduallam, regii generis juvenem, successorem decreverat. Is ergo, quamvis nec adhuc rex nec Christianus, spe tamen regnum anticipabat, baptismum credulitate ambiebat. Quapropter et regem se dici gaudebat, et multa monasteriis circumquaque largiens, liberaliter huic providit cenobio, sicut hoc enitescit scripto:

Ceduallа becomes a benefactor to several monasteries.

His charter-grant to Malmesbury.

§ 206. 'In nomine[3] Domini nostri Jhesu Christi! 'Omnia "quæ videntur[4] temporalia sunt, et quæ non '"videntur æterna sunt." Et iterum lubrica sæculi 'fragilitas ostenditur, cum per eundem apostolum dici-

---

[1] *Maminot*] See Ellis, Introd. to Domesday Book, i. 450., ii. 352.

[2] DC.] interlined, A.

[3] *In nomine*] Printed, Cod. Dipl. No. xxix., where it is marked as of doubtful authenticity.

[4] *quæ videntur*] 2 Cor. iv. 18.

Part II. Life of S. Aldhelm.

'tur: "Nichil[1] intulimus in hunc mundum, nec auferre
'"quid possumus." Iccirco caducis et terrenis æterna
'celestis infulæ corona comparanda est. Quamobrem
'ego Ceduualla, regnante domino, rex aliquam terram
'pro animæ meæ remedio et indulgentia piaculorum
'meorum conferre ac donare abbati Aldelmo[2] decre-
'veram, id est, ex utraque parte silvæ cujus vocabu-
'lum est Cemele, de orientali parte termini stratarum
'usque famosum amnem qui dicitur Temis .cxl^ta^. ma-
'nentes, et in alio loco .xxx^a^. de orientali parte silvæ
'Bradon, et .v^que^. manentes in loco ubi conjunguntur
'duo flumina Aven et Wileo, et hoc maxime ad pis-
'cationem fratrum. Ita ergo firmiter et immobiliter
[f. 83, b.] 'hæc largitio in futuram progeniem permaneat, ut
'nullus frangere hujus donationis privilegium præsu-
'mat. Si quis vero contra hanc munificentiam, tiran-
'nica potestate inflatus, venire temptaverit, sciat se
'obstaculum iræ Dei incurrere, et in ultimo examine
'coram Christo et angelis ejus rationem reddere.
'Scripta autem est hæc munificentia indictione .I.,[3] anno
'ab incarnatione Domini sexcentesimo octogesimo
'octavo, mense Augusto, quartadecima kalendarum
'Septembrium die feliciter.'

Kemele. Crudewille. Cerletune. Piritune.

Kemble. Crudwell. Charlton. Purton. [co. Wilts.]

August 19, A.D. 688.

§ 207. Partem harum terrarum eodem anno commutavit a quodam Baldredo pro aliis quæ videbantur et uberiores redditu et viciniores aditu. Enimvero, nescio quo eventu Ceduallæ munere rato manente, commutatio post aliquot annos irrita fuit. Est ergo hæc commutationis cartula:

Aldhelm exchanges some of these lands with Baldred a patrician, for others.

The exchange invalid.

§ 208. 'In nomine[4] Domini Dei nostri et Salvatoris
'Jhesu Christi! Ego Baldred aliquam terram Aldelmo

The charter of exchange.

---

[1] *Nichil*] 1 Tim. vi. 7.

[2] *abbati Aldelmo*] Aldhelmo abbati Aldelmo, the first word being crossed through, A.

[3] *I.*] .xiij., but the first three figures partially erased, A.

[4] *In nomine*] Printed, Cod. Dipl. No. xxviii., where it is marked as of doubtful authenticity.

Part II. Life of S. Aldhelm.

'abbati impendere decrevi, id est juxta flumen Avene 'et circa silvam quæ vocatur Stercanlei et Cnebban-'burg centum manentes; et ab eo .C. cassatos pro vice 'suscepi, id est, ex plaga orientalis silvæ cujus voca-'bulum est Bradon; et hoc cum consilio et confirma-'tione Kentwini regis et omnium principum ac sena-'torum ejus roboratum est. Si quis contra hæc venire 'temptaverit, sciat se ante tribunal æterni Judicis et 'coram sanctis angelis rationem redditurum. Scripta 'est autem hæc donatio, immo vicaria commutatio, 'mense Augusto, indictione prima, anno ab incarnatione 'Christi .DC^mo^lxxx^o^viii^vo^.' Subscripserunt his duabus cartis Hedda episcopus Wintoniensis, Kentuuinus rex, Cissa pater Inæ postea regis.

August A.D. 688.

Cedualla goes to Rome and dies there [A.D. 688].

§ 209. Ceduallæ regis post Kentuuinum industriam in seculo, pietatem in Deo, quomodoque post triumphatos hostes, regno possesso, Romam iverit, ibique baptizatus supremum arbitrium feliciter incurrerit, Beda[1] commemoravit latius; nos in Regum historia[2] perstrinximus. Eo igitur Romam eunte, regnum per Inam novatum. Ina fuit fortitudinis unicum specimen, prudentiæ simulacrum, religione parem nescias. Inditio sunt bella quæ profligavit; testimonio monasteria quæ construxit. Has animi regalis dotes animabat stimulis monitionum pater Aldelmus; cujus ille præcepta audiebat humiliter, suspitiebat granditer, adimplebat efficaciter. Ejus monitu Glastoniense monasterium, ut dixi in Gestis Regum,[3] a novo fecit; nec parvi pretii rura Melduno intulit, liberalibus scriptis donativum prosequentibus, quorum unum istud unum est.

Ina succeeds him.

His valour, prudence, and piety.

His regard for the teaching of Aldhelm, at whose instigation he founds Glastonbury, and bestows lands upon Malmesbury.

His charter-grant to Malmesbury.

§ 210. In nomine[4] Domini Jhesu Christi Salvatoris 'nostri! Ego Ina, domino regnante, rex Saxonum, cogi-

[1] *Beda*] Hist. Eccl. iv. c. 12; v. c. 7.

[2] *Regum historia*] Lib. i. § 34.

[3] *dixi in Gestis Regum*] ante dixi, but ante crossed through, and in Gestis Regum interlined, A. The reference is to the Gesta Regum, lib. i. § 35.

[4] *In nomine*] Printed, Cod. Dipl. No. xlviii. where the name Iserdun occurs as Gersdune, and is identified by Kemble as Garsdon, co. Wilts.

Part II. Life of S. Aldhelm.

'tans vitæ æternæ præmium, verens penas inferni 'perpetuas, pro remedio animæ meæ et relaxatione 'criminum meorum aliquam terræ particulam donare 'decrevi venerabili Aldhelmo abbati ad augmentum 'monasterii sui quod vocatur Meldumesburg. Id est '.xl^{ta}v^{que}. casatos in locis ab accolis infra nominatis. 'Id est, quinque manentes in loco qui dicitur Iserdun; 'et ubi rivulus qui vocatur Corsaburna oritur .xx^{ti}.; 'et in alio loco juxta eundem rivulum .x.; et juxta 'laticem qui vocatur Redburna .x. Et hoc actum est 'anno ab incarnatione Christi septingentesimo primo, 'indictione .x^{ma}iv^{ta}.' Subscripsit Hedda episcopus, et Winberhtus clericus regis, qui et hanc et ceteras Ceduallæ donationes dictaverat. Quem etiam, ut sibi apud Ceduallam patronum asciscceret, hac olim epistola invitaverat.

Rodborne, co. Wilts.

Dated A.D. 701.

§ 211. 'Domino[1] in dominorum Domino dilectissimo 'Winberhto Aldhelmus, servus servorum Dei, in an-
[f. 84, a.] 'gulari duo[2] Testamentorum lapide de summis mon-
'tium verticibus absciso, qui statuam quaterno metal-
'lorum genere fabrefactam, quaterna populorum regna
'signantem, contrito cruratenus, aurato capite, oppres-
'sit, salutem. Gerulum litterarum[3] ad vestræ pieta-
'tis præsentiam destinavimus, qui vobis viva voce
'de causa nostræ necessitatis imminenti plenius pro-
'mulgabit. Id est, de terra quam nobis venerandus
'patritius Baldredus[4] possidendam, accepto pretio, ob-
'tulit; precipue pro captura piscium apto et compe-
'tenti loco.[5] Et iccirco, dum in vestri regis potestate
'data et collata esse videtur, obnixe precamur, ut
'eandem agri partem per tuæ karitatis patrocinium
'obtinere et habere firmiter valeamus, ne eadem posses-

Aldhelm's letter to Winberht, upon the subject of the lands acquired from Baldred.

He asks him to use his influence in securing

[1] *Domino*] S. Aldh. Epist. xii.

[2] *duo*] interlined, A.

[3] *litterarum*] litterarum destinavimus, but the latter word crossed through, A.

[4] *Baldredus*] interlined, A.

[5] *piscium apto et competenti loco*] b a apto et competenti loco piscium, A.

Part III. Life of S. Aldhelm.

'sione per violentiam privati, quia plerumque justitiæ 'jura vacillant, fraudemur.' Et cætera. Hæc sunt prædia quæ beatus abbas instantia sua cenobio indidit, situ amena, amplitudine jocunda, vicinitate oportuna, adeo ut[1] quislibet diluculo de monasterio exiens, omnibus facile ipso die circuitis,[2] adhuc luce profunda[3] domum redeat. Et quidem post obitum ejus dederunt aliqui aliqua; sed prædones abstulerunt omnia præter ista; licet et de his[4] partem vellicaverint. Ita per Aldhelmum ad quadringentos et eo amplius casatos excrevit locus; qui vix ante .lx^ta^. habebat. Tot enim casatis annumeratur villa quæ[5] nunc Brocheneberg, appendens loco qui cenobium continet, ruricolarum consueto nomine nuncupatur.

them for the monastery.

The monastery robbed of its other lands and of part of these after Aldhelm's death.

Extent of the lands belonging to the monastery in Aldhelm's time.

Miracles.

§ 212. Nunc quia, secunda expleta pollicitatione, non parum promovimus, et quasi jam medium æquor tenemus, majoribus opus est viribus, ut non ingenii sed Spiritus Sancti adjuti flatibus navem ad silentii litus impellamus. Hic sane lectoris expectationi deero, si quis putat me illa quæ inseram miracula, scriptis ex antiquo testimoniis probaturum. Sed quamvis illa parte destituar, fidem tamen veri secura promissione astringo. Erunt enim ista quæ illaturus sum sola quæ favor universitatis exsequitur, jam inde ab antiquis ductus temporibus. Erunt quæ communis provintialium assensus defendit, per continuas successiones ad posteros transmissus. Inseruit ea divinitas mentibus hominum vice litterarum, ne deperirent[6] inutiliter per

The miracles which the author is about to recount worthy of credence.

---

[1] *adeo ut*] ut adeo ut, but the change in the order indicated, A.

[2] *ipso die circuitis*] circuitis ipso die, A. (c a b)

[3] *profunda*] interlined, A.

[4] *de his*] deis, with h interlined, A.

[5] *villa quæ*] quæ villa, but the change of position indicated, A. Opposite these words are the following, in the thirteenth century hand, Nota quantis prædiis per beatum Aldhelmum locus iste ditatus fuerit.

[6] *deperirent*] depereant, but ea crossed through and –ire– interlined, A.

Part III. Life of S. Aldhelm.

Sanctum facta mirabiliter. Non ergo videri debent de nichilo, quæ per succiduas generationes ab omni prædicantur populo.[1] Si quis vero mihi succensendum opinetur, quod non visa sed audita scribo, præclaros patres,[2] illustres heroes qui fecerunt idem, Lucam in Evangelio, Gregorium in Dialogo, in jus trahat, in eandem accusationem vocet. Quod si protervum judicat,[3] cur mihi, quæso, non liceat in exiguo, quod illis licuit in summo? Nec vero hæc nostra ita fide oculata carent, cum ea scrinii antiqui argento viderimus impressa, eo genere artifitii quod anaglifum vocant. Hac igitur fretus venia, agresti licet sermone, ceptum expediam. Attenuabit impudentiæ culpam amor Sancti, ut, cui displicet eloquentia, placeat materia.

The fathers of the church, and others, wrote only from hearsay, and the author is as worthy of credence in little things as they are in great.

§ 213. Postquam ergo factus est monachus, sic eum vitam duxisse comperimus. Lectionibus frequenter, orationibus instanter incumbebat, ut, sicut ipse in quadam epistola dixit, legens Deum loquentem audiret, orans Deum alloqueretur. Tenuitate ultronea victualium pascens animum, nusquam a monasterio nisi necessario progrediens. Pecuniarum minime avidus; si quid dabatur, in usus utiles continuo annumerans. Jam vero, ut vim [f. 84, b.] rebelli corpori concisceret, fonti qui proximus monasterio se humerotenus immergebat. Ibi[4] nec glatialem in hieme rigorem, nec æstate nebulas ex locis palustribus halantes curans, noctes durabat inoffensus. Finis duntaxat percantati Psalterii terminum imponebat labori. Fons ille de nomine Sancti dictus in valle cenobii, lenibus scatebris fluens, et visu est delectabilis et potu suavis. In alia parte urbis fons Danihelis[5] dicitur, quia in eo Danihel[5] cælestes noctibus ducebat excubias, qui

Early habits and pursuits of Aldhelm.

The fountain he used to bathe in called after his name.

---

[1] *populo*] vel seculo / populo } A.

[2] *patres*] interlined, A.

[3] *judicat*] judicet, but the e altered into a, A.

[4] *Ibi*] On the margin of A., in the hand of the thirteenth century, Nota Miraculum.

[5] *Danihelis, Danihel*] A.; Danielis, Daniel, B.

Part III. Life of S. Aldhelm.

His conquests over the flesh.

cum Aldhelmo pontificales accepit infulas. Inter hæc præclaram hominis continentiam describere pene verecundaretur oratio, nisi esset in facto gloriosæ victoriæ occasio. Siquando enim stimulo corporis ammoneretur, non solum illecebræ denegabat effectum, sed alias insolitum reportabat triumphum. Neque tunc consortium feminarum repudiabat, ut cæteri qui ex oportunitate timent prolabi. Immo vero vel assidens vel cubitans aliquam detinebat, quoad, carnis tepescente lubrico, quieto et immoto discederet[1] animo. Derideri se videbat diabolus, cernens adherentem feminam virumque, alias avocato animo, insistentem cantando Psalterio.[2] Valefatiebat ille mulieri, salvo pudore, illesa castitate. Residebat carnis incommodum; dolebat nequam spiritus de se agitari ludibrium. Assistunt veritati dictorum meorum, quantum celibatus amorem foverit, libri De Virginitate præclari, quibus illius honorem diffinit, pulchritudinem ornat, perseverantiam coronat. Neque enim fas est credi sanctum virum aliter fecisse quam docuit, aliter vixisse quam dixit. Et ut assertio ista omnem dubietatis deprecetur offensam, audi quomodo discipulum monuerit ne lasciva poetarum carmina legat, ne meretricularum consortio inhereat, ne delicatarum lenocinio vestium vigorem mentis effeminet.

His work *De Virginitate*, a proof of his love of the celibate condition.

His letter of advice to Wihtfrid.

§ 214. 'Domino venerabiliter[3] diligendo et delectabili-
'ter venerando Wihtfrido Aldelmus vernaculus supplex
'in Christo perhennem salutem. Perlatum est mihi,
'rumigerulis referentibus, de vestræ caritatis industria
'quod transmarinum iter, gubernante Domino, carpere
'sagacitate legendi succensa, decreverit. Et iccirco, vita
'comite, optatum Hiberniæ portum tenens sacrosancta
'potissimum præsagmina, refutatis philosophorum com-
'menticiis, legito. Absurdum enim arbitror, spreta
'rudis ac veteris instrumenti inextricabili norma, per

He recommends him to study scripture,

[1] *discederet*] A.; disceret, B.

[2] *Psalterio*] See Faricius, Vita S. Aldh., ed. Migne, vol. lxxxix. p. 67.

[3] *Domino venerabiliter*] S. Aldhelm. Epist. xiii.

Part III. Life of S. Aldhelm.

'lubrica dumosi ruris diverticula, immo per discolos 'philosophorum anfractus iter carpere; seu certe, apo-'riatis vitreorum fontium limpidis laticibus, palustres, 'pontias, lutulentasque limphas siticulose potare, in quîs 'atra bufonum turma catervatim scatet, atque garru-'litas ranarum crepitans coaxat. Quidnam, rogitans 'quæso, orthodoxæ fidei sacramento commodi affert 'circa temeratum spurcæ Proserpinæ incestum, quod 'abhorret fari, enucleate legendo scrutandoque sudes-'cere; aut Hermionam petulantem Menelai et Helenæ 'sobolem, quæ, ut prisca produnt opuscula, desponde-'batur pridem jure dotis Oresti, demumque, sententia 'immutata, Neoptolemo nupsit, lectionis præconio 'venerari; aut Lupercorum bachantum[1] antistites, ritu 'litantium Priapo parasitorum, heroico stilo historiæ 'caraxare, quæ, altato quondam sceptri in vertice che-'lidro, Hebreæ[2] contionis obtutibus præsentato, hoc 'est, Alma mortis Morte stipite patibuli affixa, solotenus 'diruta evanuere? Porro tuum discipulatum, ceu cer-'nuus arcuatis poblitibus flexisque suffraginibus, fecu-'lenta fama compulsus, posco, ut nequaquam prostibula 'vel lupanarium nugas, in quîs pompulentæ prostitutæ 'delitescunt, lenocinante luxu adeas, quæ obrizo ruti-'lante periscelidis armillaque lacertorum tereti, utpote [f. 85, a.] 'faleris falerati curules, comuntur; sed magis edito 'aulæ fastigio spreto, quo patricii ac prætores potiuntur, 'gurgitii humilis receptaculo contenta tua fausta fra-'ternitas feliciter fruatur; necnon contra gelida bruma-'rum flabra e climate olim septentrionali emergentia, 'neglecto, ut decet Christi discipulum, fucato ostro, 'potius lacernæ gracilis amictu ac mastrucæ tegmine 'incompto utatur.'

rather than the unchaste legends of the heathen poets.

Warns him against loose company,

and advises him to be humble in his living and dress.

§ 215. Sanctitas ergo morum processit in miraculorum fructum. Et, ut ad eorum temptamenta veniretur,

Aldhelm's miraculous powers

---

[1] *bachantum*] bacchantum, A.

[2] *Hebreæ*] ebreæ, with h interlined, A.

Part III. Life of S. Aldhelm.

proved in his conversion of the Britons after their subjugation by the Angles [A.D. 706].

primum ad pietatem et emendationem Britonum prodiit.[1] Nam Britones, qui olim totam terram, quam nunc Angliam vocant, possedissent, tunc Anglis famulabantur. Hoc illi suis invitatoribus offitii[2] impenderant, ut, occasionibus aucupatis, quos[3] tutari venerant, sedibus antiquis detrusos, in confragosa et saltuosa loca immitterent, ubi ignobiles et semiferi ævum exigerent. Quorum illi qui Norht Walæs, id est Aquilonales Britones, dicebantur parti Westsaxonum regum obvenerant. Illi, quondam consuetis servitiis seduli, diu nichil asperum retulere. Sed tunc rebellionem meditantes, Kentuuinus rex tam anxia cede perdomuit, ut nichil ulterius sperarent. Quare et ultima malorum accessit captivis tributaria functio, ut, qui antea vel solam umbram libertatis palpabant, nunc jugum subjectionis palam ingemiscerent. Accedebat miseris error sacratæ credulitatis; qui, quasi extra orbem positi, suis potius quam Romanis obsecundarent traditionibus. Et plura quidem alia catholica sed illud potissimum abnuebant, ne Pascale sacrum legitimo die celebrarent.[4] Illud, nec universalis ecclesiæ concordi more adducti, nec beatissimi Augustini Cantuuariensis archiepiscopi ammonitionibus emendandum rati pertinacem controversiam fovebant. Hinc frequentes Westsaxonum conventus, crebri cætus coacti, quid esset opus facto, ut Britones sui[5] a denuo conversi rectum callem ecclesiasticarum observationum ingrederentur. Sententia per plures dies multo verborum agmine volutata hunc finem habuit. Non vi cogendos scismaticos, sed rationibus ducendos. Quocirca quicquid eorum errores dissicere, quicquid pertinatiæ obviare posset, mitteretur in litteras, quarum illi rationibus creduli animum corrigerent. Id quominus fieret, nichil obstare;

The North Britons rebel against the West Saxons, but are worsted, and rendered tributary.

They do not observe Easter according to the computation of the Roman church.

Meetings of the West Saxons are held to determine what should be done.

It is decided that argument, not force, should be employed.

---

[1] *prodiit*] The last syllable on an erasure, A.

[2] *offitii*] interlined, A.

[3] *quos*] ut quos, but ut crossed through, A.

[4] *celebrarent*] See Faricius, lxxxix. 70, 71.

[5] *sui*] interlined, A.

Part III. Life of S. Aldhelm.

si Aldelmus abbas sua erroneos ammonitione dignaretur. Ejus convenire vitæ ut velit,[1] doctrinæ ut possit quamlibet veterem incredulitatis morbum avertere. Ambitur ergo precibus universorum vir beatissimus, ut hunc laborem impendat scismaticorum conversioni, patriæ laudi, cunctorum in commune saluti.[2] Suscepit ille munus quod ex fraternis cordibus suggerebat caritas, nec minor fuit perficiendi efficatia quam suscipiendi obedientia. Sic falsum Pascha confutavit, sic verum edocuit. Condiebatur sermo proprius evangelicis testimoniis, et rationis invictæ fulmen imber assertionum paternarum sequebatur. Opus ergo summa laude perfectum Britonibus direxit;[3] orationes ad Deum aditiens, ut quibus verba impenderat, pro eis vota cumularet. Hæc est enim gemina ecclesiastici dispensatoris industria, ut ad corrigendos devios nec desit in ore correptio, nec dormitet in corde oratio. Nec potuit privari effectu sanctissimi viri labor, quinpotius laudabilem accipiens finem ad veram errantes convertit religionem. Debent usque hodie Britones correctionem suam Aldelmo; quamvis, pro insita nequitia, et virum non agnoscant et volumen pessumdederint.

Aldhelm is prevailed upon to undertake the office of correction,

and converts them to the true belief.

Although they owe so much to Aldhelm they are still ungrateful to his memory.

§ 216. Caput monasterii, ut dixi, in Sancti Petri ecclesia erat. Veruntamen, ut est animus nobilis industriæ operandi ferias[4] ponere nescius, alteram in ambitu ejusdem cenobii ecclesiam in honorem genitricis Dei Mariæ facere intendit. Fecit ergo ecclesiam eidemque alteram contiguam in honore Sancti Michahelis, cujus nos vestigia vidimus. Nam tota majoris [f. 85, b.] ecclesiæ fabrica celebris et illibata nostro quoque perstitit ævo, vincens decore et magnitudine quicquid

Two churches founded at Malmesbury by Aldhelm in honour of St. Mary and St. Michael.

[1] *velit*] possit, but crossed through and uelit interlined, A.

[2] *saluti*] On the margin, in the thirteenth century hand are the words Nota Britonum errorem per beatum Aldhelmum correctum, A.

[3] *Britonibus direxit*] This work, stated by Malmesbury to have been destroyed, appears to be the letter addressed by Aldhelm to Gerent or Geruntius, king of Domnonia: S. Aldhelm. Epist. i. Migne, lxxxix. 87, 684. Cf. Saxon Chron. ad ann. 709.

[4] *ferias*] feriandi ferias, but the former word crossed through, A.

Part III. Life of S. Aldhelm.

usquam ecclesiarum antiquitus factum visebatur in Anglia. Ad hoc ergo templum exquisitius ædificandum post lapideum tabulatum sine ulla parsimonia sumptuum aggerabatur copia lignorum. Impensius Sancto instante quo prono famulatu placeret Dominæ. Jamque ad contignationem trabium ventum erat, quæ, magno coemptæ, pro longinquitate itineris evectionis difficultate pretium auxerant. Omnes ad unum modum succisæ fuerant, præter unam quæ brevitate sui artificum peritiam luserat, seu illorum incuria, seu, quod libentius crediderim, voluntate divina, ut sanctitas illustris enitesceret viri.[1] Sero ergo dampnum succisæ arboris operarii animadvertentes primo inter se mussitare, post Aldelmo in notitiam[2] detulere. Modeste ipse illorum culpam ferens, nonnichil tamen pro difficultate reparandæ materiæ movebatur. Nichil enim remedii ex superfluo providerat; iterumque ligna devehere labor immensus videbatur. Quare, humano desperato auxilio, spem Deo contulit, rem ex compendio corrigere meditatus. Animabatur ergo miraculum exhibere, utpote qui multa jam virtutum experimenta ceperat, occulte sane, ne favoris aura sanctissimos conscientiæ flores decuteret. Itaque solo motu labiorum orans,[3] et brachiorum levi conamine nitens, decurtatam trabem aliarum longitudini parem fecit. Continuoque, ut miraculum dissimularet, modestia convitiorum artifices invasit, quod eum de trabis dampno lusissent, quæ nichil minus longitudine aliarum haberet. Illi, perpendiculo apposito, signum et emendationem experti lætum erubere; asperitatemque sermonum non aspernanter ferentes victos se virtute Sancti dissimulantis,[4] gavisi sunt. Funali ergo machina cum ceteris in tectum levata contignationem explevit. De hac trabe ma-

Anecdote of a short beam used in the building of St. Mary's church, miraculously lengthened by Aldhelm's prayers,

It twice escapes burning when the rest of the monastery was destroyed by fire.

[1] *viri*] See Faricius, lxxxix. 72.

[2] *notitiam*] notititiam, but -ti- crossed through, A.

[3] *orans*] interlined, A. On the margin, in the thirteenth century hand, are the words "Nota miraculum."

[4] *dissimulantis*] dissimulantes, but the e partially erased in order to convert it into i, A.

Part III. Life of S. Aldhelm.

jorum nostrorum fuit verax relatio, quod nec in duobus incendiis, quæ totum cenobium temporibus Elfredi et Æduuardi regum consumpserunt, ullam labem tulerit, donec annis et carie victa defecit.

Aldhelm sets out for Rome to obtain privileges for his monasteries.

§ 217. Jam ergo monasterium surrexerat; jam adjuncta Beatæ Mariæ basilica clarius enitebat; poteratque videri et dici Aldelmus felix, tot monachorum patronus, tot possessionum dominus. Sed ille longe porrecto prudentiæ intuitu olim offuturis occurrendum arbitratus. Romam ire animo destinabat.[1] Causa eundi fuit, ut monasteriis suis apostolica privilegia adquireret, Meldunensi maxime, quod ab antistitis Leutherii liberalitate profectum in successorum calumnias recidere poterat. Quas ille, ut dixi, prophetico præsagiens oculo, qualiter vel depelleret vel labefactaret cogitabat. Communicato propterea cum rege Westsaxonum Ina et Ethelredo Mertiorum consilio, quorum et gaudebat amicitia et eminebat munificentia; illisque a sententia non discedentibus, Romanum callem ingressus est. Veruntamen ut licentius necessaria componeret, in prædia sui juris apud Dorsatensem pagum abiit. Ibi, dum felicem auram operitur, ecclesiam fecit, in qua, sotiis ad necessaria occupatis, ipse itum et reditum suum Deo commendaret. Ejus domus maceriæ adhuc superstites, cælo patuli tecto vacant; nisi quod quiddam super altare prominet, quod a feditate volucrum sacratum lapidem tueatur. Cæterum nunquam tanta vis imbrium foris in circuitu insaniat, quod infra ecclesiæ ambitum vel gutta decidat. Hoc non pro miraculo jam sed pro consuetudine habent[2] pastores, qui in campestribus vicinis animalium custodiæ curam gerunt. Quan-
[f. 86, a.] documque enim, densato nubium vellere, nimbus ruinam minatur, omnis eo agrestium turba cursu fugam glomerat, infraque maceriam ecclesiæ patenti aere[3] consistens, nichil pluviæ persentiscit. Istud non credere

But first goes to his estate in Dorsetshire, and builds a church at Wareham.

The remains of it still exist, but although it is unroofed, rain never falls within its walls.

The shepherds of the district are in the habit of flying to it for shelter from storms.

[1] *destinabat*] See Faricius, lxxxix. 68.

[2] *habent*] interlined, A.

[3] *patenti aere*] interlined, A.

Part III. Life of S. Aldhelm.

The nobles of the province have several times commenced a roof, but have as constantly given it up again.

The place more famous for signs and miracles than the abbey of Malmesbury itself.

ingentis est impudentiæ, cum ora tot experientium obtundant frontem negantium. Quo adducti miraculo proceres provintiæ, non semel temptarunt ut domui tectum inducerent, Sancto volentes offitii sui exhibere clientelam. Sed frustra fieri experti desiere; intelligentes Sancto placere proludium, quo frequens exhiberet miraculum. Copia signorum eo quotannis ad festum ejus invitat populum, frequentaturque ibi et munerum oblatio et sanitatum exhibitio, quanta nec in loco ubi sacratissima ejus adorantur ossa. Deo, credo, per hæc innuente satis superque sufficere debere Meldunensibus corporis ejus gloriam, modo ceteris non invideant virtutum ejus præsentiam. Locus est in Dorsatensi pago .ii. milibus a mari disparatus, juxta Werham, ubi et Corf castellum pelago prominet.[1]

Aldhelm arrives at Rome.

He is honourably received by Pope Sergius I.,

§ 218. At vero, ut dicere ceperam, superatis marinis discriminibus, devictisque longæ viæ difficultatibus, venit Romam. Erat tunc temporis Sergius summæ sedis episcopus; qui viri illustris adventum ea qua decuit humanitate suscepit, peregrinationem episcopaliter fovit.[2] Excitabat reverentiam pontificis in abbatem, quod videret a vitæ ejus religione non discrepare scientiam, a moribus non dissidere doctrinam. Aluit bonæ famæ odorem propitia divinitas, in tanta urbe virtutum laude clientem sullimans. Est Romæ consistorium quod Lateranense vocant, ubi Constantinus imperator ex palatio suo fecit apostolicis pontificibus patriarchium. Ibi Aldelmus cum papa manens, benignum frequentabat contubernium. Nullumque diem excipiebat, quo missam non cantaret; cujus sollenniis tedium peregrinationis falleret, Deo se suosque commendaret. Id cum quadam die pro consuetudine fecisset, jam, missa dicta, vestem, quam casulam[3] nominant, post

and lodged at the Lateran.

---

[1] *Locus est . . . prominet*] Added on margin, A.

[2] *episcopaliter fovit*] fovit episcopaliter, but the change in the order indicated, A.

[3] *casulam*] See Faricius, lxxxix. 68.

Part III. Life of S. Aldhelm.

terga rejecit. Opinatus falso aliquem qui exciperet astare, alias scilicet cogitatione projecta, et extasis divinæ adhuc plenus. Minister, parum providus, ad aliam altaris partem nescio quid scrutabatur. Sed enim 'non dormitat[1] neque dormit Qui custodit Israhel;' Qui, cessante hominis industria, sua promsit magnalia. Confestim[2] enim radius solis per[3] perspicuitatem vitreæ fenestræ clarus emicuit,[4] et casulæ se subitiens, longiuscule a terra suspensam per inane portavit. Quantus tunc ibi popularis clamor fuerit quis referat, quia viderent famulo Christi famulari naturam contra naturam? Merito, ut qui semper mentem librabat in æthera, vestem suspenderet in aera; et illius obsequio solidaretur inane, qui omnia terrestria despuens, ut fluxa et caduca, sola inhiaret cælestia. Hæc autem vestis, incertum an ab Anglia secum delata, an ibi ad tempus commodata, hactenus apud nos habetur. Servatur studiosissime tantæ virtutis conscium indumentum, nichil diligentiæ prætermittentibus æddituis, ut sine labe pascat oculos succiduarum generationum. Est autem fili delicatissimi, quod chonchiliorum sucis ebrium rapuerit colorem coccineum; habentque nigræ rotulæ intra se effigiatas species pavonum. Longitudinis spatiosæ simul et spetiosæ, qua docemur proceræ staturæ Sanctum fuisse. Idemque ossa brachiorum, et cætera, quæ videre meruimus, protestantur, Aldelmum quondam ea excrevisse habitudine, quam non molem sed dignam proceritatem corporis possumus diffinire.

His chasuble miraculously suspended in the air by a sunbeam,

and still carefully preserved at Malmesbury.

Description of it.

Its size proves Aldhelm to have been of large stature.

§ 219. Morabatur ille Romæ; continuabatque Deus in famulo virtutum gratiam, subinde causas exculpens quibus dilectum sibi efferret. Et in tempus res accidit, quæ secundæ virtutis occasionem dedit.[5] In unius

Aldhelm's sojourn at Rome.

While he is there a child is born in

---

[1] *non dormitat*] Ps. cxx. 4.

[2] *Confestim*] On the margin of A., in hand of the thirteenth century, Nota miraculum de Casula.

[3] *per*] interlined, A.

[4] *clarus emicuit*] eluctatus clarus emicuit, but eluctatus crossed through, A.

[5] *dedit*] See Faricius, lxxxix. 69.

Part III. Life of S. Aldhelm.

the house of the pope's chamberlain.

It is publicly rumoured that pope [Sergius] is its father and a nun its mother.

apostolici cubicularii domo puer natus recens erat. Exieratque et perstrepebat fama in vulgus mulierculam, quæ religionem professa vestem mutaverat, caput velaverat, peperisse, nec patrem extare. Nec jam dubia [f. 86, b.] suspitione sed publico clamore pontifex sceleris arguebatur; quod ad illum femina ventitare et secretius colloqui solita diceretur. Familiari mortalium miseria, ut omnium statim impetatur odio qui quolibet sautiatur infortunio. Tunc ille omnium criminum reus dicitur, tunc qualibet cruce dignus. Sic popularis insania laudabilem pontificem suspitionibus urgebat, infamabat clamoribus virum, quo nemo umquam vel litteris acutior et promptior, vel fide rectior et probabilior, vel vita sanctior et perfectior fuit. Faceret omnia quæ sancta, diceret quæ catholica; nec ullius terrenæ potestatis metu premeretur. Denique imperatorem Constantinopolitanum contra fidem catholicam garrientem palam sententia lata condempnavit; eodemque discrimine proceres consentaneos, si non resipiscerent,[1] involvit. Quantas ille propter hoc epistolas scripserit, quantos labores pertulerit, aliæ volentem scire litteræ docebunt; ego ad Aldelmum recurro. Qui, pontificis injuriæ compassus ad animam, causam fluctuantem quantis potuit facundiæ viribus apud populum egit. Turpe esse et miserabile, ut ipsi pontificem suum suspitione criminum incessant. Quid momenti apud Britannos, vel aliam gentem, si qua ultra Oceanum jacet, habiturus sit pontifex Romanus, qui a suis impetatur civibus? Postremo verum non videri, ut talis peccati se impediret volutabro, qui toti se meminisset prælatum mundo. Hæc[2] cum in auras effunderet, nec enim popularis tumultus semel excitatus leviter leniri posset, ille pro sanctitatis conscientia paulo commotior: 'Afferte,' inquit, 'infantem, 'ut ore suo pontificalem depellat injuriam.' Proinde

Rage of the populace against the pope.

His blameless character.

(Justinian II.)

Aldhelm pleads the pope's cause,

and orders the infant to be brought forward to disprove the accusation.

[1] *resipiscerent*] repiscerent, with si interlined, A.

[2] *Hæc*] Above this word there is a mark (ϴ) as of intended alteration, A.

Part III. Life of S. Aldhelm.

a fatuis suspitionibus discedant, in gratiam antistitis redeant; se, quantum sua interesset paci, non defuturum. Dictum nonnulli excepere[1] cachinnis; quod insolita promittere, indebita præsumere advena videretur. Verumtamen infantem allatum, vix dum novem a matre dierum, baptismi lavacro prius innovavit. Sciscitatus est deinde publice, utrum vulgi opinio conveniret veritati de patre? Tum, ut videres Dei gratiam præsentem,[2] pusiolus in vocem absolutissimam conatus nodum dubietatis abrupit. Sanctum et immaculatum Sergium esse, nunquam illum mulieri communicasse. Plaudit plebs miraculo; innocens antistes ovat triumpho. Aldelmi meritum extollit Roma; repercussusque et ingeminatus lætantium clamor ipsa quatit sidera. Qui tamen rogatus, ut, quia falsum patrem infamia exuerat, verum cognitioni populi addiceret, facere refugit; præfatus suum esse, ut, si posset, insontes[3] dampno eximeret, non ut[4] sontes morte opprimeret.[5]

Aldhelm is derided.

He baptises the infant,

and asks it whether Sergius is its father.

It declares that he is not.

The populace applaud the miracle, the pope triumphs, and Aldhelm is honoured.

Aldhelm refuses to disclose the name of the real father.

§ 220. Talibus virtutum inditiis eximie delectatus pontifex non difficilem se impetratu exhibuit, ut monasteriis quibus rogabatur elaboratæ auctoritatis privilegium indulgeret. Quod hic ex integro apponam, ut omnem ambiguitatis evadat scrupulum, quantis sint maledictionibus obnoxii, quantarum penarum sint futuri servi, qui nunc id[6] impune se opinantur temerare et transgredi:

The pope grants Aldhelm all he requests for his monasteries.

§ 221. 'Sergius,[7] servus servorum Dei, Aldelmo abbati

Bull of pope Sergius I. [circ. A.D. 701].

---

[1] *nonnulli excepere*] excepere nonnulli, but the change of order indicated, A.

[2] *præsentem*] The last two syllables written upon an erasure, A. In the margin, in the thirteenth century hand, Nota miraculum.

[3] *si posset, insontes*] insontes (c) si (a) posset (b), A.

[4] *ut*] interlined, A.

[5] *opprimeret*] See Faricius, lxxxix. 69.

[6] *id*] ea, but crossed through, and id interlined, A.

[7] *Sergius*] In the margin of A., in the hand of the thirteenth century, Nota privilegium Sergii papæ datum beato Aldhelmo de libertate hujus æcclesiæ.

Part III. Life of S. Aldhelm.

Bull of pope Sergius I. [circ. A.D. 701.]

'ejusque successoribus, et, per vos, venerabili vestro 'monasterio. Ea quæ religiosæ conversationis intuitu 'monachis servis Dei pro libera vivendi facultate con- 'feruntur, non pro illecebrarum licentia, sed pro sedu- 'litate bene conversandi, et divinis servitiis seipsos 'proculdubio mancipandi, a præsulibus atque culto- 'ribus Deo decretæ Christianæ religionis indulgentur; 'ut nexu humanæ conditionis exuti, dum ab omni 'munere secularium functionum effitiuntur immunes, 'sicut professionis eorum regula protestatur, Deo pe- 'nitus vacent; et Ejus solius sint intenti servitio, pro 'cujus majestatis reverentia non solum ab oneribus [f. 87, a.] 'temporalium ditionum sunt liberi, sed etiam amore 'religionis maximo honore sunt[1] digni. Unde, pos- 'cente[2] a nobis religione vestra, ut auctoris nostri be- 'ati Petri apostolorum principis vice, cui Creator et 'Redemptor noster Dominus Jhesus Christus claves 'ligandi atque solvendi in cælo atque in terra dig- 'natus est impertire, cujus et nos, licet impares, 'ministerio fungimur, et ecclesiam ejus Dei dignatione 'disponimus, monasterium beatorum apostolorum Petri 'et Pauli, quod Meldum religiosæ memoriæ condidit, 'quod etiam nunc Meldumesburg vocatur, situm in 'provintia Saxonia, atque aliud monasterium, quod in 'honore sancti Johannis Baptistæ est in eadem pro- 'vintia positum juxta fluvium qui vocatur From, 'quæ tuam religionem, Deo cooperante, provide dis- 'pensare multorum veridica relatione cognovimus, 'apostolicis privilegiis roboremus. Piæ devotionis fati- 'entes assensum, hortamur vos in Dei laudibus et 'orationibus studiosos atque pervigiles, abstinentiæ, 'castimoniæ, purificationi tenaciter inherentes, hospi- 'talitatis atque humanitatis offitiis deditos, ac devotos 'obedientiæ et humilitatis Christi existere, vos ama-

---

[1] *sunt*] sunt / sint } A.

[2] *poscente . . . . . roboremus*] This sentence has been already quoted by our author, § 189.

Part III. Life of S. Aldhelm.

Bull of pope Sergius I. [circ. A.D. 701.]

'tores, circa invicem pia caritate concordes, manda-
'tis spiritualibus et sanctorum patrum regulis servi-
'endo apostolicæ fidei rectitudinem illibate servare,
'bonis studiis operam dare, humanitatem peregrinis
'et egentibus impendere, ecclesiarum Dei præsulibus
'et sacerdotibus venerationem debitam exhibere, Deo
'vacare, sæculares curas et quæstus effugere, tempe-
'rantiam et paupertatem diligere, psalmis et himnis[1]
'spiritualibus atque orationibus assiduis cum Deo
'colloquium inserere, abstinentiam tanquam purifica-
'tionem corporis in cunctis vitæ studiis adhibere, in
'omnibus Dei mandatis alterutros excitare, et[2] profi-
'tientes in melius emulari sollicitos circa sui salu-
'tem esse, et in Dei præsidio confidere, immaculatos
'vos non solum a contagione carnali, sed etiam a
'sermonibus noxiis et cogitationibus custodire, ut cas-
'titas atque sobrietas corporis simul et spiritus vestri
'ante Dei oculos luceat; quatinus et interior homo
'gratia virtutis illustretur, et exterior bonæ conver-
'sationis atque opinionis laudem[3] obtineat. Quia
'igitur talibus debetur pontificalis indulgentiæ bene-
'fitium, præsentibus apostolicis privilegiis prædicta
'venerabilia monasteria decernimus munienda, qua-
'tinus sub jurisdictione atque tuitione ejusdem cui et
'nos deservimus, auctoris nostri beati Petri apostoli,
'et Ejus quam dispensamus ecclesiæ, et nunc sint et
'in perpetuum permaneant, sicut tua religio petiit.
'Nulliusque alterius juris ditioni sint subjecta, nec
'quisquam episcoporum aut sacerdotum, aut cujuslibet
'ecclesiastici ordinis clericus, quoquo tempore sibi in
'ea qualemcunque juris ditionem defendere, aut sus-
'ceptionem vel quælibet munuscula a religiosa congre-

---

[1] *himnis*] imnis, A.

[2] *et profitientes . . . salutem esse*] sollicitos circa sui salutem esse, et profitientes in melius emulari, but the transposition of the sentences indicated, A.

[3] *atque opinionis laudem*] laudem atque opinionis, but the transposition indicated, A.

Part III. Life of S. Aldhelm.

Bull of pope Sergius I. [circ. A.D. 701].

'gatione extorquere vel exposcere præsumat, neque in 'eorum oratorio episcopalem cathedram constituere, aut 'missarum sollemnia ibidem gerere, præter si a religioso 'abbate et congregatione ascitus advenerit. Presbi-'terum vero, si necesse habuerint, pro missarum sol-'lemniis sibi ordinari, aut diaconum a reverentissimo 'episcopo qui e vicino est consecrandum expostulent; 'illo duntaxat quæ ad sacram regulam pertinent sub 'divino juditio perquirente, et absque muneris datione 'ordinante. Si autem et religiosum abbatem obire 'contigerit, et ad electionem alterius fuerit ventum, 'illum, quem religiosa congregatio servorum Dei com-'muni consilio delegerit, promovendum e vestigio; ut 'non detrimentum monachicæ conversationis disciplina [f. 87, b.] 'incurrat, vel res monasterii abbatis privatione depe-'reant. Presul quoque, qui similiter in vicino fuerit, 'ex apostolici pontificis auctoritate orationem ei abba-'tatus attribuat. Dum hæc ita sint, si quisquam 'episcoporum, presbyterorum, vel cujuslibet ecclesias-'tici ordinis clericus, sive etiam laicus, cujuscunque 'dignitatis fuerit, hæc, quæ a nobis sub divino juditio 'statuta sunt, transgredi vel temerare temptaverit, 'reum se noverit ante conspectum Dei, et a participa-'tione corporis salutiferi et sanguinis Domini alienum. 'Condempnationem, quam Judas Scarioth assecutus 'est, assequatur; et ab Ejus apostolorum principe, ut 'Ananias et Saphira, percellatur, nisi de incepto teme-'rariæ præsumptionis peniteat. Vita vero, salus, et 'beatitudo perpetua his qui hæc conservaverint et 'conservari mandaverint. Bene valete, dilectissimi 'fratres.'[1]

---

[1] *fratres*] Between this word and the commencement of the paragraph Paginæ hujusce, &c., there is an erasure of fully half a page, now utterly illegible, A. A translation of this Bull of pope Sergius occurs on a blank leaf of a xth. century copy of the Gospels in Anglo-Saxon, (MS. Cotton, Otho C. i. f. 93). The MS. has suffered much in the fire of 1731, some of the words being wholly

§ 222. Paginæ hujusce prærogativa Aldelmus triumphans, simulque benedictione antistitis et sacrarum re-

Part III. Life of S. Aldhelm.

Aldhelm sets out on his journey homewards, with relics and a magnificent altar.

destroyed or rendered illegible. As this Anglo-Saxon version appears not to have been hitherto printed, it is here preserved from further risk of loss. The defective passage in the text (p. 374, lines 14–16) is a close translation from the concluding words of the Saxon, words which do not occur in the Latin Bull. It seems therefore probable that the MS. Otho C. i. belonged to the monastery at Malmesbury, and was under our author's eye when he added the passage in question on the margin of his work.

"Sergius papa, godes þeopa þeop, Aldhelm[e abbode æt] Mealdumesbýrig · ⁊ his æfterfýlgendum · ⁊ þ[urh eop eoprum] arþýrðum mynstre · æþfulre drohtnunge [munecum], godes þeopum. Þa þincg þe ðar sýnd tobrohte ⁊ togyfe[ne for] frigre are ⁊ æhte to libbenne · na for luðre gelæfedne[sse] · ac for geornfulnesse þel to drohtnienne . . . [⁊ godcundum] þeopdomum hisýlfe þa munecas nædsyndrige gepis[sunge] to þeowigienne. Buton ælcum tþýn beon hi generude fram bis[c]eopum ⁊ godes biggencgerum · þá ðe godes b . ge . . butan . . . alýsede fram bende ælces mennissces domes eallicre his . . . fram ælcere gærsuman poruldlicra brucunga geworðene clæne ⁊ unmæne · eall spa hýra munucbehat ⁊ hyra [regol] him cýþ · þ hi gode hi sylfe geæmtigean · ⁊ his sýlfes þeopdome beon atihte · for þæs mycelan mægen þrýmmes árþýrþnýsse hi sýnd gefreode · na þ án poruldlicra doma hefitemum býrþenum · ac eac spylce beon hí þýrþe þæs mæstan þýrþscipes for þære rihtre regules lufan · þanon eoper eadmodnýss · ⁊ eoper æþfæstnýss us bitt þ þe scýlon getrýmman mid apostolicum sunderfreodomum þ mynster · þ is sancte petre ⁊ sancte paule gehalgud · on þam mæran gemynde gelogud æt meldum · þ is oþrum naman maldumesburuh geclýpud · gesett ⁊ arǽred on angelsexena scire · ⁊ eac oþer mynster is arǽred on þære ýlcan scire · piþ þa ea þeo is geclýpud frón · on pyrþscipe þæs mæran fulluhteres iohannis is . . . þis þe doþ for ure ealdres lufe sancte petres · þa . . . . ⁊ ure alysend hælend crist gemedemude be . . . . . to gepriþenne · ⁊ to unbindenne · on heofenan . . . . as ðenunge ⁊ ciricean þe eac brucaþ · ⁊ gode . . . . . gendum geendebýrdaþ ⁊ dihtaþ · þeah þe we unwyr[þe] ⁊ ungelice synd. Be þisum forespecenum cýricum þe hab[bað] . . . . manegra soþra race gehýred þe to us . . . ðu him . . . foregleaplice ⁊ þislice þissudest ⁊ dihtest . . þæs þel uþon eopre estfulre eadmodnýsse to eoprum fultume. Þe mýnegiaþ eop gebroþru ⁊ halsiaþ þ ge beon on godes lofu carfulle · ⁊ on gebedum þurhþacule · on forhæfednysse ⁊ on clænnýsse fæsthafule · ⁊ on clýfigende. Cumliþnýsse ⁊ manscipes þel dædum beon underþeodde. Hyrsumnysse ⁊ cristes eadmodnýsse þurhþunian æfre lufigendras ⁊ eop eall abutan mid þære arfæstre soðre lufe anræde gastlicum bebodum ⁊ haligra ýldrena regulum to þeowigenne · ⁊ þæs apostolices geleafan rihtincge ungeþemmedlice gehealdan · godum biggencgum simble to geæmtigean. Manscipe gýfan beþearfendum ⁊ ælþeodigum. Godes

Part III. Life of S. Aldhelm.

liquiarum pignoribus fretus, redeundi domum iter impiger adoritur. Devehens secum multimoda peregrinarum

---

cýricena bisceopum ⁊ mæsse preostum arwýrðnýsse gegearþian spa hí hit geearnian. Gode æfre geæmtigean · gemedemunge ⁊ þearflicnysse lufian · on sealmum ⁊ on gastlicum ýmnum ⁊ on singalum gebedum · on eallum godes bebodum eoþ gemænelice apreccan ⁊ beoþ hicgende æfre ⁊ þeonde fram beteran to beteran · ⁊ huru on eornust þ ge beon carfulle embe eoþre saule þearfe · ⁊ simble truþian on godes fultum eoþ [sylfe] ungeþemmede · þ clænnýss ⁊ sidefulnýs eoþres lichaman · ⁊ saule ætforan godes eagan · þ se inra mann þ is seo saul sie mid mihte godes gýfe · ⁊ eac se uttra þ is se [lichama] begýte lof goddre drohtnunge ⁊ godes hlisan . . . eorn[ige] . . . þe gedemað ⁊ gesettað mid andþeardum apostolicum . . . . sunderfreodomum beon to beþerigende ⁊ . . . þas foresædan ⁊ arþyrþan mýnstru forþi þe . . . nað ⁊ beon sceal ure bisceoplicre gýfe þel dǽd þylcum godes freondum þe hi þus healdaþ spa þe gefýrn embe spæcon . . . þ hi under rihtum dome · ⁊ beþerunge þas sylfan þe þe þeoþiað ures aldres þæs eadigan petres apostoles ⁊ his haligan cyricean þære þe dihtniað eall spa þin godnýss · ⁊ þin æþfæstnyss us bæd þ scel þurhþunian mid godes fultume ⁊ mid sancte petres nu ⁊ on ecnýsse. Na hi næfre na gýrnan nanne oððe bisceopa · oþþe sacerda · oþþe ænigra cýriclicre endebýrdnýsse preost · na hi huru þinga na gesetten nanne bisceop stól innon hýra cýricean oððe furþon þær lætan þæne bisceop mæssan singan butan gyf he þýder cýmð gelaþud of þam abbude ⁊ þære geferræddenne gýf hi neode habbað to halgigenne enigne mæsse preost oþþe diacon for mæssena neode ⁊ þ buton ælcum tþeon halgie buton ælcum scette under godes dome spa spa ealle þincg to þam haligan regule belimpan · gýf þ getimie þ is eallum mannum gemæne þ se abbud geþíte of þissum life ⁊ hit cume þærto þ hi beon cýres þýrþe na apende man næfre of þære [halgan] gegaderunge gemænum geþeahte · þ þæne þe hi [ceosað] of godes þeoþum si þ stedefæst · þ nan lýre oððe . . acume on þa lare þære munuclicre drohtnunge . . mý . . es þincg forþýrþan for abbudleaste ; Se bisceop . . . . neaþiste beo be ure apostolicre leafe ⁊ ealdor [dome nime] . . . ræd þærto þ þær abbud þýrþe. Nu ge gebroðru . . . þincg sýnd þus gelogud · gyf ænig bisceop si oþþe mæsse preost oþþe æniges gehadudes oþþe læþedes na si he na spa rice þ se ne understande þas þincg to apendenne oþþe geþristlæcre to abreccenne þe her sind under godes dome · ⁊ sc̃s petrus ⁊ uru eac gesette · þite he hine scýldigne ætforan godes gesihþe · ⁊ fram ascýrudne fram gemænnýsse þæs halþendes lichaman blodes ures drihtnes hælendes cristes ⁊ gehleote eac þa genýþerunge is ðe scarioth ures drihtnes hælendes cristes belæþend geearnude . . . . . si he . . . . . gedemed eall spa þæs annanias ⁊ zafira his þif fram sancte petre þæs apostol . . . e ⁊ si he to bealue ⁊ to ecere yrmþe efre geteald ⁊ betæht, buton he hit er hæle and bete ; Si æfre lif · ⁊ hæl · ⁊ ece eadignýss þam þe þas ðincg gehealdan ⁊ þam þe hi beo . . to healdenne. Hand tacen æþelredes Mýrcena kýncges. + Hand

Part III. Life of S. Aldhelm.

mertium pretia, quæ patriæ nova et mirabili inferret copia. Inter quæ fuit altare ex splendenti marmore, candido colore, sesquipedali crossitudine, quadrupedali longitudine, latitudine trium palmorum, labio ex eodem lapide prominenti, in circuitu pulchre decusatum. Camelus, ut dicitur, (quod enim nostræ regionis animal tantam sustineret molem?) ejus usque ad Alpes bajulus fuit, et inoffense tulit. Ibi camelus, seu quodlibet quadrupes, nec enim refert quæ bestia tulerit, vel injusti fascis injuria vel propter prærupta viæ declivia concidit. Ruina jumentum contrivit, et marmor in duas partes effregit. Utriusque dampnum, sotiis ingemiscentibus, Sanctus archano cordis murmure et protensa benedictione dextræ sarcivit. Animali[1] salutis vigor refusus, quod, alacri statim se motu excutiens, in pedes constitit. Fractura lapidis, quæ non recta linea sed quodam anfractu dissiliens crepuerat, statim se in solidum compegit. Sed ut mirabilis signi memoria non obsolesceret, adhuc cicatrix scissuræ paret, sanata quidem miraculo, sed curioso tamen perspicua oculo. Recidit mestitia, reiteratur semita. Ita omni comitatu incolumi ad mare, quod Galliam Angliamque disterminat, venit. Ibi placido carinæ sinu exceptum post feliciter enavigatum pelagus secunda compatriotarum desideriis fortuna restituit. Venienti occursum est ubique magna pompa, longo apparatu salutantium. Religiosorum alii suavi cantu mulcent aera, alii lignum Domini præferunt, alii odoris thimiamatibus vias affitiunt. Laicorum pars pedibus plaudunt choreas; pars diversis corporis gestibus internas

It is broken on the road, and the beast that bore it is crushed.

[f. 88, a.]

Both are miraculously restored by Aldhelm.

The flaw in the marble still visible.

A procession welcomes him on his arrival in England.

---

tacen Ines Wessexena cýncges; ⁂ Ic ealdhelm brohte to Ine Wessexena kýncge · ⁊ to æþelræde Mýrcena kýncge þas priuilegia · þ sind sýndrie freodomas þe se apostolica papa Sergius aprat to ðæra apostola mýnstre petres ⁊ paules; ⁊ hi geþpæredon ⁊ hi hit spa geendudon · þ spa hpeþer spa hit pære spa sibb spa tpýrednýs betpeonan Saxan ⁊ Myrcenum . . þ þæt mynster beo æfre on sibbe ⁊ þa þe [þǽr Gode ðeopiað.]"

[1] *Animali*] On the margin of A., Nota Mir[aculum], in the hand of the thirteenth century.

Part III. Life of S. Aldhelm.

Kings Ina and Ethelred share in the general rejoicings.

pandunt lætitias. Omnes in commune Deum laudant, qui lumen Britanniæ reduxerit, quod jamdudum peregrinantes radios per alias terras porrexerat. Nec fastus regius Inam et Ethelredum, illum Westsaxonum, hunc Mertiorum principem, ab hac excepit lætitia; quippe ubi antiquo viri amori recens accreverat apostolicarum salutationum reverentia. Magno igitur gaudio et pronæ

Aldhelm produces the pope's bull, and obtains the royal sanction for his monasteries.

venerationis assentatione susceptus, privilegia monasteriorum suorum ambobus ostendit regibus. Ita efflagitabat ratio, ut, quæ utrorumque subsistebant muneribus, utrorumque firmarentur assensibus. Accurrit continuo regia religio dictis pontificis, nichilque minus fuit, quin vicino obedientiæ pede jussa persequeretur. Decreveruntque[1] quod, [quæcunque] sors vel pacis vel disci[dii inter] regna Merciorum et West-

Aldhelm makes presents to both kings,

saxonum [fieret], cenobia illa in ser[vitio Dei] otium exercerent. Id quamvis memorandi principes pro insita benivolentiæ gratia non difficulter fecissent, ex

but gives the altar to Ina, who places it in the church of St. Mary at Briwetune [Bruton, co. Somers.],

habundanti tamen Aldelmus magnorum xeniorum oblationibus consensum voluntarium elicuit. Et alteri quidem alia, sed Inæ altare dedit. Is illud in vico quodam tunc regio, Briwetune vocabulo, sanctissimæ Genitricis Dei locavit obsequio. Ubi ad hanc diem

where there is also a church to St. Peter, said to have been founded by Aldhelm, the east front of which has been lately enlarged.

situm, vivum, ut ita dicam, sanctitatis Aldelmi præbet inditium. Est ibidem et alia major ecclesia in Sancti Petri nomine, quam a beato viro factam et consecratam non negligenter asseverat opinio. Hujus orientalem frontem nuper in majus porrexit recentis edificationis ambitio.

---

[1] *Decreveruntque . . . . exercerent*] This sentence is added on the outer margin of A.; the words nearest to the edge of the leaf are so worn as to be in some places illegible. See the concluding sentence of the Anglo-Saxon version of pope Sergius's bull, supra, p. 373, *n.*, of which the above passage appears to be a literal translation. The parallel passage in Faricius is as follows: — " . . . . . et cujuscunque modi expeditionis sive belli turbatio inter " confines fieret, loca supradicti " Patris, sanctitate et scientia reverenda, libera ab omni statuerunt fore servitio; . . . . . " Faricius, lxxxix. 70.

Part III. Life of S. Aldhelm.

§ 223. Eo, ut dixi, modo processit labor laudabilis, pro sanctæ ecclesiæ honore susceptus; jamque[1] ille in dies senectuti affines processerat. At vero aliquot annorum intercurrente spatio, Hedda,[2] totius Westsaxoniæ pontifex apud Wintoniam sedem habens, excessit mundo. Gratissimus fuit hic obitus cælestibus, quod pro sanctitate præteritæ vitæ numerum eorum ampliaret. Luctuosus mortalibus, quod vix parem possent invenire qui tantæ dioceseos circuitum vellet regere. Quicquid enim nunc .iiii^or^. episcopi gubernant, unus tunc ille frenabat; rebelles auctoritate premens, suplices simplicitate demulcens. Sinodali ergo consilio diocesis, ultra modum protensa, in duas sedes divisa, quarum altera Scireburniæ, altera esset Wintoniæ. Iniqua[3] et impar fuit ea divisio, ut unus duos tantum pagos, alter totum regeret, quicquid Westsaxonici tractus immensitas continet. Singulis sedibus suffecti pontifices pro scientiæ merito et natalis soli[4] confinio. Vuintoniæ prelatus Danihel,[5] qui esset ejusdem regionis oriundus, et litterarum[6] non egenus. Scireburnam[7] sortitur Aldelmus, cui sapientiæ prærogativa et ævi maturitas majus culmen aspiraret; tum etiam genitalis terræ caritas suffragaretur, quod ejus provintiæ indigena esset. Procedit ergo, ut creditur, agente Deo, universalis electio, ambiturque a beatissimo sene ut episcopatum dignetur. Omnis ætatis et ordinis conflatur sententia dignum videri præsulatu, excocta jam ætate serium, litteris uberem, religione nulli disparem. Sin vero natalium dignitatem considerandam putes, quam beatus apostolus in talibus non prætermisit, quis eo nobilior, qui regalem prosapiam proxima contingit linea? Ejus famæ, ejus vitæ semper illum fuisse, de qua numquam

Aldhelm begins to grow old.

Death of Hedda, bishop of the West Saxons, at Winchester [A.D. 703].

His diocese divided into two parts, viz., the sees of Sherborne and Winchester.

88 b.]

Daniel elected bishop of Winchester;

Aldhelm of Sherborne.

---

[1] *jamque . . . . processerat*] interlined, A.

[2] *Hedda*] Suprà, Lib. ii. § 75.

[3] *Iniqua*] A.; In qua, B.

[4] *soli*] A.; sui, B.

[5] *Danihel*] A.; Daniel, B. Supra, Lib. ii. § 75.

[6] *litterarum*] A.; staterarum, B.

[7] *Scireburnam*] Aldhelmus episcopatum sortitur, on the margin of A., in the thirteenth century hand.

Part III. Life of S. Aldhelm.

He is unwilling to accept the office.

His objection on the score of age turned to his advantage.

vel parum sinistra jactata sit opinio. Restitit ille quantum potuit, quæ repulsam suam adjuvare, quæ unanimitatem illorum infirmare possent, non segniter objectans. Sed enim in nichilum fatigabatur, cum eo ipso, quod pro se paraverat, convinceretur. Id erat annorum gravitas, quibus, e proxima meta respitientibus senium, ammoneretur leni quiescere otio, non periculoso indulgere negotio. Quod statim ab audientibus retorquebatur in aliud; quod quanto annis maturior, tanto esset vitiis defecatior, consiliis promptior. Habuit ergo modum; restititque quoad concinnum rationi visum est. Sed ubi unanimem et diuturnum assensum attendit, fraternæ obedientiæ habenas vitæ suæ laxavit, veritus divino resultare oraculo, quod corda omnium conflaverat, ora oppleverat. Suscipiunt igitur collegam episcopi, patrem clerici, patronum laici. Inde, acclamantibus cunctis, reclamantibus nullis, Berhtwaldo primæ sedis archiepiscopo pro more consecrandus deducitur. Is in[1] veteris contubernii sodalem, nam et pariter litteris studuerant pariterque viam religionis triverant, electionem factam gratiose complexus, favorem auxit. Itaque non solum consecrationem indulsit, sed etiam multos dies secum retinuit, ejus consilio archiepiscopatus sui pondus allevians, causarum rationem examinans.

At length he yields,

and is consecrated by archbishop Berhtwald [A.D. 705].

He goes to Dover,

§ 224. Unde factum est,[2] ut his diebus Doroberniam pergeret,[3] quod est litus Cantuariæ ad .xii. milia proximum, audiens illic naves appulisse. Portus ibi, ut plerique maritimorum locorum, inquietus, quoniam angustus. Citissimus eo a Morinis transitus paucorum admodum milium trajectu. Quo fit, ut in illius spatii angustia inter sese[4] currentes et illidentes fluctus minima[5] occasione pelagus exasperent; ibique maxime incurra-

---

[1] *in*] B.; interlined, A.

[2] *Unde factum est*] On the margin of A., in the thirteenth century hand, Mir[aculum] de Biblioth[eca].

[3] *Doroberniam pergeret*] See Faricius, lxxxix. 72, 73.

[4] *sese*] se, with second se interlined, A.; se, B.

[5] *minima*] A.; nimia, B.

Part III. Life of S. Aldhelm.

. tur[1] periculum, ubi sperabatur periculorum effugium. . Jam vero in statione navibus receptis tutissima quavis . tempestate quies. Hæc ideo pretuli; quia ad rem quam . inferam attinet. Spatiabatur Sanctus juxta mare; in- . tentusque oculos mercimoniis infigebat, si quid forte . commodum ecclesiastico usui attulissent nautæ, qui, e . Gallico sinu in Angliam provecti, librorum quoque . copiam apportassent.[2] Conspicatusque librum totius . Testamenti Veteris et Novi seriem continentem, ad . emendum intentus, animum a ceteris[3] remisit. Cumque . gnarus folia volveret, pretium effringeret, barbari eum . nautica lascivia convitiis aggrediuntur. Quid ita mer- . ces alienas depretiaretur, et attenuaret rerum non sua- . rum valentiam? Sua si vellet eventilaret; extranea . suo pretio relinqueret. Horum ille contra verborum . contumatiam nichil retulit nisi risum.[4] Postremo adhuc . pretium libri percunctantem loco cum ignominia detur- [f. 89, a.] . bant, tensisque rudentibus longius a littore se removent. . Sed non longe morata divina ultio injuriam Sancti . acrius vindicat.[5] Procella surgit, turbo sevit. Densetur[6] . nubes, subducitur dies, pelagi caligo aerisque horror . noctem inducit. Congeminant terrorem ventorum furor, . rudentum stridor. Antempna sevitiam tempestatis . non patitur; latus navis hinc inde tundentibus fluc- . tibus quassatur. Defecit ars remigum; decidit peritia . nautarum. Et jam pessum ibant; videbanturque[7] in . miserorum mortem omnia conspirasse elementa, cum . licet brutos animos intelligentia subiit propter injuriam . Sancti cui convitiati fuerant se luere penas. Exclamant . ergo in planctum, et suplices tendunt ad littora palmas.[8]

and bargains with some sailors for a copy of the Old and New Testaments.

The sailors refuse to lower the price,

and remove from shore.

A storm threatens the destruction of their vessel.

They beseech Aldhelm to save them.

---

[1] *incurratur*] A.; incurrat ratis, B.

[2] *attulissent . . . . . apportassent*] B.; interlined, A.

[3] *a ceteris*] B.; interlined, A.

[4] *Horum ille contra verborum contumatiam nichil retulit nisi risum*] Horum ille verborum contumatiam solo risu nichil contra referens dissolvit, B.; and so A., but altered as in text.

[5] *vindicat*] A.; vindicavit, B.

[6] *Densetur*] A.; Densatur, B.

[7] *videbanturque*] A.; videbaturque, B.

[8] *tendunt ad littora palmas*] Cf. Æn. iii. 592.

Part III. Life of S. Aldhelm.

He allays the storm,

Orant opem; pollicentur emendationem. Facile fuit beato pontifici, ut remitteret culpam qui non doluerat contumeliam. Et primo quidem porrecto contra sevientia flabra crucis signo nonnichil tempestatis diminuit et mansuefecit. Mox,[1] cum ipse, scafa ascensa, virtute remigum periclitantes adisset, mutata in bonum omnia. Tempestas tota quiescit, turbo conquiniscit. Ventorum usus conversus navem[2] impellit ad litus; undæ, quæ ante minabantur exitium, nunc sensim allabentes pollicentur obsequium. Potiti ergo nautæ optata stationis harena[3] librum sponte offerunt, accipiat gratis, dignetur munus famulorum, quos ab ipsis mortis faucibus in siccum evexerit. Appendit ille mercedem æqua lance in medium conferens, ne aut pauperes magno dampno emungeret, aut suplicum preces repudiaret. Id volumen adhuc Melduni visitur, antiquitatis venerandum preferens specimen.

and purchases the book,

which is still to be seen at Malmesbury.

Aldhelm returns to Sherborne, and builds a church there.

§ 225. Novi ergo compos honoris provintiam regressus, cum in omnibus nomen æquaret offitio, tum vel maxime libertati monasteriorum studere, habuitque sedem Scireburniæ, ubi et ecclesiam, quam ego quoque vidi, mirifice construxit.[4] Ac primum[5] quidem, humanæ vitæ incertum metuens, cum monasteriis suis abbates præponere vellet, huic voluntati monachi, consueti patris dulcedinem, opposuerunt obicem. Cujus rei tenorem contulit in scriptum, ne laberetur, neve successores necessitatem perverterent in tirannidem, non parituris sub obligatione divina interminatus pernitiem. Illius scripti textus[6] hic est:

He desires in his life-time to place abbots over his monasteries,

but is opposed in this by the monks.

---

[1] *Mox*] On the margin of A., Nota Mir[aculum], in the hand of the thirteenth century.

[2] *navem*] A. ; interlined, B.

[3] *optata stationis harena*] Cf. Æn. i. 172.

[4] *habuitque . . . . . construxit*] interlined, A.

[5] *Ac primum*] See Faricius, lxxxix. 74.

[6] *textus*] S. Aldhelm. Epist. xiv. In the margin of A., in the thirteenth century hand, Nota privilegium beati Aldhelmi de libertate hujus ecclesiæ. Printed, Cod. Dipl., No. liv., where it is marked as of doubtful authenticity.

Part III. Life of S. Aldhelm.

Grant of privileges to his monasteries respecting the election of abbots.

'Nichil in[1] hoc sæculo prolixa felicitate perfruitur, 'nichil diuturna dominatione potitur, nichil quod non 'ad fatalem vitæ terminum loci cursu protendatur. Et 'ideo nobis sic mundanarum rerum patrimonia sunt 'perfruenda, ut tamen æternæ patriæ emolumentis 'numquam fraudemur. Hinc est quod ego Aldhelmus, postquam me immeritum, nullisque pene dignis 'moribus comprobatum, in pontificatus offitii sedem 'divina gratia subthronizasset, proposui archano mentis 'meæ affectu, ut monasteriis meis, quibus jamdudum 'in abbatatus gradu constitutus, suffragante Domino, 'regulariter præfui, religiosum abbatem, quem sibi 'spontanea familiarum mearum optio consona voce eligissent, canonica ratione atque regulari sanctione constituerem. His voluntariis propositionibus meis pia 'monachorum meorum restitit pertinacitas. Et cum 'hoc sedulo sepiusque in conventu fratrum meorum fidutialiter narrassem, nullus his votis meis placidissimum 'præbebat[2] assensum; dicentes quod "Quamdiu vitali "vegetaris spiritu, nobiscumque præsentis vitæ de- "putaris stadio, tuæ semper dominationis jugo humil- "lima colla subdere non dedignamur. Sed hoc suplici "prece communique rogatu deprecamur, quod sub sacra "Scripturarum testificatione et favorabilium virorum "claro consensu corrobores, ut nullus post obitum tuum, "nec regalis audacitas, nec pontificalis auctoritas, vel "aliquis ecclesiasticæ seu secularis dignitatis vir, sine "nostro voluntatis arbitrio in nobis sibi vindicet prin- "cipatum." Huic debitæ monachorum meorum maximeque famulorum Dei petitioni libentissime consensi, 'et in monasterio quod juxta fluvium qui dicitur Winburna situm est, cui venerandi regis nostri germana 'Cuthburg præsidet, cum optabili famosissimi regis Ini 'consensu et reverentissimi fratris et coepiscopi mei

Signed at the nunnery of Wimborne [co. Dorset], founded by Cuthburg, sister of king Ini,

[1] *in*] interlined, A.

[2] *præbebat*] præbat, with -be- interlined, A.

Part III. Life of S. Aldhelm.

'Danihelis nutu præsentatæ professionis devotionem de-
'centissimam[1] et vernarum Domini postulationem sacræ
'crucis signaculo confirmavi; identidemque venerandus
'rex et prænominatus pontifex pari devotionis manu
'subscripserunt. Nec multo post in sacrosancto concilio,[2]
'quod juxta fluvium qui dicitur Noodr congregatum
'esse dinoscitur, idem omnium Saxonicæ gentis archi-
'mandritarum cum regalis potentatus assensu et pon-
'tificalis prioratus nutu consensit auctoritas. Si quis
'vero contra hæc tam illustrium personarum decreta
'moliri machinetur, et sacra præsentis scedulæ scita præ-
'varicari præsumpserit, sciat se ante terribilem divinæ
'majestatis thronum cum prævaricatoribus præceptorum
'Domini lugubri dampnationis juditio percellendum.
'Sunt autem hæc nomina monasteriorum, Maldubesburg,
'Froom, Bradanford. Scripta est hujus confirmationis
'cartula anno ab incarnatione Domini nostri Jhesu
'Christi .Dccovto. indictione .iiia.' Subscripserunt Ina
rex, Danihel episcopus, Ethelfrith patritius.

and ratified by the council of Adderbourne on the Nadder [co. Wilts].

Monasteries to which the grant is applicable.

A.D. 705.

§ 226. Quamvis igitur hac carta suis monasteriis[3] con- [f. 89, b.]
suluisse, et tirannidem successorum propulsasse videretur, non tamen illustri animo suffecit, nisi et omnibus ecclesiis[4] quæ in Westsaxonia erant consultum faceret. Dulcibus ergo monitis credulum sibi animum regis urgens, hujusmodi edictum obtinuit:

Charter of king Ini to the churches of Wessex.

'In nomine Domini Dei nostri Salvatoris! Ego Ini,[5]
'regnante domino, rex cum consilio et decreto præsulis
'nostri Aldhelmi, simulque cunctorum Dei sacerdotum
'suggestione et monachorum petitione qui in parrochia
'Saxonum conversantur, hanc libertatem ecclesiis im-
'pendo, et hanc privilegii dignitatem monasteriis con-

---

[1] *decentissimam*] devotissimam, but -vo- crossed through, and -cen- interlined, A.

[2] *concilio*] Cf. Wilkins's Concilia, vol. i. p. 68.

[3] *suis monasteriis*] suis monasteriis suis, but the last suis crossed through, A.

[4] *ecclesiis*] interlined, A.

[5] *Ego Ini*] Printed, Cod. Dipl., No. l., where it is marked as of doubtful authenticity.

Part III. Life of S. Aldhelm.

'fero, ut sine impedimento secularium rerum et absque 'tributo fiscalium negotiorum liberis mentibus Deo soli 'serviant, et monasticam cenobii disciplinam, Christo 'suffragium largiente, regulariter exerceant, ac pro statu 'et prosperitate regni nostri et indulgentia commissorum 'criminum ante conspectum divinæ Majestatis preces 'fundere dignentur, et orationum offitia frequentantes 'in ecclesiis pro nostra fragilitate interpellare nitan-'tur. Si quis vero contra hujus decreti singrapham[1] 'venire temptaverit, sciat se coram Christo novemque 'angelorum ordinibus in tremendo examine rationem 'redditurum. Hoc vero decretum a nobis[2] libenter 'concessum taliter servari et confirmari decernimus, 'ut tam nobis, vita comite, propitia Divinitate regni 'gubernacula regentibus, quam futuris successoribus 'hereditatis jure regnandi monarchiam tenentibus in-'extricabili lege firmiter roboretur. Nam pro ampliore 'firmitatis testamento principes et senatores, judices 'et patritios subscribere fecimus.[3] Actum publice et 'confirmatum in loco qui apellatur Eburleagh, .vii°. 'kalendarum Juniarum die, indictione .iida., anno ab 'incarnatione Christi .Dcciiiito. feliciter. Subscripsit 'Ina rex. Ego Aldelmus, servus servorum Dei, hoc 'decretum manu propria roboravi.' Subscripserunt .x. abbates, proceres .ix.

Everley [co. Wilts], May 26, A.D. 704.

Aldhelm's activity in view of his death.

§ 227. Ista divinus pontifex indefessus agebat, vicini finis non nescius. Sordebant enim jam terrena viro, inhiabatque cælestibus.[4] Quapropter optimum factu ducebat, si metam vitæ talibus præcurreret quæ essent suæ laudi memoriæ, subjectis emolumento et gratiæ. Et licet annis effeta caro labores perferre negaret,

---

[1] *singrapham*] At first regulam, but this word crossed through, and singrapham written on the line, A.

[2] *decretum a nobis*] a nobis decretum a nobis, but the first a nobis crossed through, A.

[3] *fecimus*] interlined, A.

[4] *Ista . . cælestibus*] A.; Interea beatus Aldhelmus vicini finis non erat nescius. Sordebant jam viro terrena, hiniabatque cælestibus, B.

Part III. Life of S. Aldhelm.

tamen solida mens jamque foras eminens, et ipsis cæli januis imminens, vincebat temporum situm. Fragilem igitur corporis usum, non longe post desertorem animi, spiritualibus exercitiis subitiebat. In prædicationibus noctes perinde ut dies continuans, dioceses non segniter circuiens. Ipse integre, et non minus quam in viridi ætate, jejunia ceteraque id genus bona frequentans.[1] Ducta itaque[2] vita hominibus placida, Deo placita, post episcopatus annos quatuor,

He dies after an episcopate of four years' duration,

Ad superos superum cultor sotiusque recessit;
Alterat astra solo, mutat et arva polo.[3]
Halitus alta subit, fovet artus hospita tellus,
Depositumque suum poscit[4] uterque locus.
Impulerat Phebus bis quina luce Laconas,
Involucris mundi cum resolutus abit.

31 May [709],

at Doulting in Somersetshire.

§ 228. Villa[5] est in pago Sumersetensi, Dulting vocabulo, in qua hominem exuit, quam pridem monachis dederat Glastoniensibus, usum fructuarium pactus. Domus obitus ejus conscia, lignea erat ecclesia, in quam se ultimum spirans inferri jussit, ut ibi potissimum efflaret, sicut incolæ hodie per succiduas generationes asseverant.[6] Hanc dum[7] quidam Glestoniensis monachus ex lapide[8] refectam in Dei faceret consecrari nomine,[9] immiscuit se confertæ multitudini muliercula, [f. 90, a.]

The wooden church in which he died rebuilt of stone.

Its consecration by a monk of Glastonbury.

---

[1] *frequentans*] frequentans, spe præsumebat celestia, but the last three words crossed through, A.

[2] *Ducta itaque*] See Faricius, lxxxix. 75.

[3] *Alterat astra solo, mutat et arva polo*] B. ; written upon an erasure, A.

[4] *poscit*] A. ; pascit, B.

[5] *Villa*] In the margin, in the thirteenth century hand, Transitum beati Aldhelmi.

[6] *conscia, ... asseverant*] At first conscia, in æcclesiam mutata, but the last three words crossed through, and the words lignea erat æcclesia . . . . asseverant added on the lower margin, A. ; in ecclesiam mutata. Fertur etc., B. See page 383, l. 10.

[7] *dum*] interlined, A.

[8] *ex lapide*] a solo, but crossed through, and ex lapide interlined, A.

[9] *in Dei faceret consecrari nomine*] dum in Dei faceret consecrari fabricam, but dum and fabricam crossed through, and over the latter nomine interlined, A.

Part III. Life of S. Aldhelm.

utroque lumine jamdudum capta. Hæc insigni fide densitatem vulgi perrupit, clamitams ut ad altare duceretur. Incunctanter se credere quod Sanctus, cujus consecraretur basilica, viduæ cecitatem depelleret, qui tota vita sollennes elemosinas viduis[1] conferre solitus fuisset. Audatia[2] credulitatis de cælo traxit auxilium, implevit viduos orbes[3] lux serena. Nec latere potuit miraculum coram populo celebratum, præsertim cum et persona et personæ calamitas provintiæ vulgatissima esset. Constat in eadem ecclesia lapidem esse, cui Sanctus moriens insederat,[4] cujus ablutione plures egroti sanitatem iniisse noscuntur.

A blind woman restored to sight there during the ceremony,

and many sick persons healed.

§ 229. Tunc beato Eguino Wigorniensi episcopo visio cælestis affulgens obitum sodalis innotuit, et, ut ad locum pergeret, præcepit. Ille, doloris et[5] amoris stimulis iter maturans, celeriter Dulting pervenit. Depositaque pro animæ requie oratione, ut pro desiderio et præcepto Sancti, Meldunum corpus promoveatur jubet. Compescit ejulantum lacrimas fidei præsumptione; opus accelerat, ipse operis maturator assistens. Efferuntur ergo felices exuviæ magno præeuntium et subsequentium agmine; dum quisque beatiorem se putaret qui propior esset. Eratque ingens comitantium solamen saltem feretrum videri, si non posset tangi. Ipsa enim species et forma exanimis corporis multum decoquebat doloris, demulcebatque oculos manens gratia et permanens figura.

S. Aldhelm appears to St. Eguine, bishop of Worcester, in a vision.

St. Eguine removes the Saint's remains from Doulting to Malmesbury.

§ 230. Celebris illa pompa funeris fuit, dum pro miraculorum frequentia figerentur semper lapideæ cruces ad septem miliaria. Ad quas plures inveteratis mor-

Stone crosses erected along the route of the funeral procession,

---

[1] *viduis*] interlined, A.

[2] *Audatia*] On the margin of A., Nota Mir[aculum], in the thirteenth century hand.

[3] *orbes*] urbes, A.

[4] *Constat in eadem æcclesia lapidem esse, cui Sanctus moriens insederat*] Fertur in eadem æcclesia lapis esse, cui Sanctus acclinis morbo decubuerat, B.; and so originally, A., but the variations as given in text interlined.

[5] *et*] B.; interlined, A.

Part III. Life of S. Aldhelm.

at which many miraculous cures were effected.

bis debiles, cum fide accedentes, violentia precum celerem rapuere salutem, virtutum signis manentibus usque hodiernum diem. Nec fidem auditorum excedere debet quod dico, cum pene tot sint miraculorum testes quot provintiales. Quorum certissimum beatum[1] Eguinum in testem cito, qui, in quodam scripto post quædam alia, sic ait: 'Post duos annos Aldelmus 'religiosus episcopus migravit ad Dominum. Quod ego 'per revelationem agnoscens, convocatis fratribus et 'obsecundatoribus meis, excessum venerandi patris eis 'aperui; concito gradu ad locum ubi sacrum corpus 'ejus jacebat, .lta. ferme milibus ultra Meldunense mo-'nasterium situm deveni, et ad sepulturam adduxi et 'honorifice sepelivi, mandans ut, in quocunque loco 'sacrum corpus in asportatione pausaverat, sacræ crucis 'erigerentur signacula.'[2] Manent omnes cruces, nec ulla earum vetustatis sensit injuriam; vocanturque biscepstane,[3] id est lapides episcopi; quarum unam in claustro monachorum in promptu est videre. Quæ res ammonuit, ut quod fama de Biscepes truue jactitat non tacerem. Villa est in valle, ad quam prædicationis sollicitudinem expleturus venisse dicitur. Dum sermonem sereret in plebem, forte baculum fraxineum quo nitebatur terræ fixisse. Illum interim[4] per Dei virtutem miram in magnitudinem excrevisse, suco animatum, cortice indutum, foliorum pubem et frondium decorem emisisse. Pontificem, qui verbo intenderet, clamore populi ammonitum respexisse, adoratoque miraculo, Dei munus ibidem reliquisse. Ex primæ arboris pulla multas pullulasse[5] fraxinus; adeo ut, sicut

Testimony of St. Eguine to this fact.

The crosses still remain.

St. Aldhelm once when preaching had fixed his ashen staff in the earth,

it grows miraculously, puts forth boughs and leaves,

and numerous ash trees spring from it.

---

[1] *beatum*] beatissimum altered into beatum, A.

[2] *Quorum . . . . signacula*] This paragraph added on the outer margin of A., and so worn that some of the words are almost illegible.

[3] *biscepstane*] On margin of A., in the thirteenth century hand, Nota de Biscepstane.

[4] *Illum interim*] On margin of A., in the thirteenth century hand, Nota miraculum præclarum.

[5] *pulla multas pullulasse*] pullulasse (c) pulla multas (a, b), A.

Part III. Life of S. Aldhelm.

dixi, villa illa vulgo ad Episcopi arbores[1] nuncupetur. Hæc sane non pro solido asserui, sed, ne quid præteriisse arguerer, non omisi. Cetera scriptis vel celaturis ex antiquo factis approbo; nec quicquam, Deo teste, adjeci de meo, nisi si aliquod verbum causa paulo politius ornandæ lectionis avolavit. Non enim eget Aldelmus ut mendatiis asseratur. Tanta sunt de illo quæ in dubiam depromant fidem; tot sunt quæ non veniant in litem. Innumera signa, quæ modo apud ejus fiunt memoriam, ostendunt præsentibus præteritæ vitæ sanctimoniam.

The village where it occurred named Bishopstrees after the event.

Our author protests that he adheres scrupulously to authentic records in regard to Aldhelm's miracles.

[f. 90, b.] § 231. Excipiunt interea patronum Meldunenses ingenti ploratu, reverenti affectu. Jungebatur amori veneratio, pugnabatque fides cum obsequio. Nescires quod eligeres, aut in parentem[2] affectum, aut in advocatum[3] gaudium. Si lætarentur pro præmisso ad Deum patrono, sed dolere cogebantur pro amisso vitæ solatio. Inter hos fluctus aliquot extractis diebus, tandem sepeliri permiserunt[4] in Sancti Michahelis ecclesia, ubi sibi vir sanctissimus olim sepulturam providerat. Excessit anno ab incarnatione Domini septingentesimo nono, ante Inam annis .xviii^to.,[5] ante Bedam .xx^tivque., postquam abbas a Leutherio factus est .xxx^oiiii^to.,[6] postquam episcopus a Behrtwaldo anno .v^to. Nam annos ætatis ejus nulla scriptura misit in calculum; sed est conjectura non fallax grandævum fuisse Sanctum, qui paulo minus .xxx^taiiii^or. annis in ecclesiastico manens presidatu, non nisi legitima ætate, illo præsertim tempore, sumpsisset honorem. Gravis ille annus Britanniæ[7] fuit, et qui multa lumina vel extinxit vel abduxit.

Joy of the monks of Malmesbury at receiving their patron's body,

which is buried in the church of St. Michael.

Date of his death, A.D. 709.

---

[1] *ad Episcopi arbores*] ? Bisceopes-stoc, now Stoke-Orchard, co. Gloucest.

[2] *parentem*] A.; parente, B.

[3] *advocatum*] A.; advocato, B.

[4] *sepeliri permiserunt*] A.; sepelitur, B.

[5] *ante Inam annis xviii^to*] A.; omitted, B.

[6] *xxx^oiiii^to.*] A., the first three figures being written on an erasure; xliiii., and quadragesimo quarto interlined, B.

[7] *Britanniæ*] At first Britaniæ, but a second n interlined, A.

Part IV. Life of S. Aldhelm.

In the same year died St. Wilfrid, archbishop of York,

and Kenred king of the Mercians.

Eodem enim[1] anno Wilfridus episcopus decessit, de quo superior sermo[2] palam fecit quod nemo in Anglia eo promptior et justi tenatior fuerit. Quin et Kenredus rex Mertiorum, Ethelredi successor, cum Offa Orientalium Anglorum rege Romam profectus stadium vitæ decurrit. Quorum societatem adornavit, ut supra dixi,[3] Eguinus felix episcopus; qui, postquam beato Aldhelmo justa persolvit, iter illud arduum, ultroneis compedibus illaqueatus,[4] et adorsus et permensus est. Sed hæc plenius scire volentem alias et nostra et aliorum lectio informabit.

St. Aldhelm's body lay in St. Michael's church for 246 years.

The monks remove to St. Mary's.

St. Peter's considered the principal church till the time of king Edgar.

Continuation, in chronological order, of the history of Malmesbury.

§ 232. JACUIT corpus[5] beati viri in ecclesia supradicta .cc^{tis}x]^{ta}. sex annis. Quo toto tempore quæ miracula exhibuerit, quæ nec parva nec pauca fuisse crediderim, omnia sepelivit, omnia suppressit emula oblivio. Enimvero monachi se in Sanctæ Mariæ transtulerunt ecclesiam,[6] ut vicinius et oportunius necessitates suas Sancti immurarent[7] mausoleo; quamvis, ut per cartas probabimus, omnibus usque ad Edgarum regem annis Sancto Petro daretur primatus. Jam enim quartam pollicitationem meam, Domino juvante, complere ingrediar, ut ostendam quanta volubilitate fortunæ cenobium Meldunense excreverit, plerumque etiam, nisi Sanctus auxilium porrexisset, pessumierit. Per successionem ergo[8] regum et cartarum appositionem agam propositum. Inæ successit Ethelardus .xiiii. annis. Ei Cuthredus pari spatio. Hujus donum ita scriptum habemus:

---

[1] *enim*] A.; omitted, B.

[2] *superior sermo*] Supra, Lib. iii. § 100.

[3] *ut supra dixi*] interlined, A. Supra, Lib. iv. § 160. Gesta Regum, Lib. i. § 98. See also Faricius, lxxxix. 75. B.

[4] *illaqueatus*] The account of St. Egwine's journey to Rome in fetters, and of the miracle of the fish, mentioned supra, Lib. iv. § 160, are taken from Brihtwald's Life of that Saint. (Hardy, Catalogue, i. pp. 415–417.) Cf. Nero, E. i. ff. 22–32.

[5] *Jacuit corpus*] Cf. Faricius, c. iv., lxxxix.

[6] *transtulerunt ecclesiam*] Infra, § 252.

[7] *immurarent*] applorarent, but applo- crossed through, and immur- interlined, A.

[8] *Per successionem ergo . . . . . Sigebriht anno .i°.*] This passage is written on an erasure, A.

Part IV. Life of S. Aldhelm.

Charter of king Cuthred to abbot Aldhelm II.

He settles upon the monastery lands at Wootton [co. Wilts],

§ 233. 'Ego Cuthredus,[1] rex Geuuisorum, cogente catena caritatis Christi et indivisibilis affectu dilectionis, Aldhelmo abbati familiæque sub illius regiminis amore degenti, cum consensu atque scientia eximii præsulis Danihelis obtimatumque meorum et dignitatum, ob recordationem scilicet orationum suarum et redemptionem animæ meæ, ut in plenitudine electorum Dei collocatus sim, terræ partem in inextricabilem possessionem in loco qui dicitur Wdetun, sub .x. mansionum estimatione taxatam, sub contestatione sanctæ Trinitatis, dapsili quidem liberalitate et hilariter ad Maldunense monasterium largitus sum.' Et post aliqua: 'Exemplar hujus largitionis promulgatum est anno ab incarnatione Christi .Dcc°xl°v°. in prædicto cenobio sub præsentia Cuthredi regis.' Liquet igitur anno ultimo vitæ regis Cuthredi hoc factum, superstite adhuc Danihele episcopo, qui cum beato Aldelmo episcopus factus fuerat; post excessum ejusdem patris anno .xxx°vi°. Unde constat hunc Aldelmum abbatem cui Cuthredus rex Wdetun dedit, alium fuisse quam magnum Aldelmum. Fertur sane quod secundus Aldelmus prioris nepos fuerit.

A.D. 745.

in the 36th year after the death of St. Aldhelm.

The grant made to abbot Aldhelm the second.

§ 234. Cuthredo regi successit Sigebriht anno .i°. Sigebrihti successor fuit .xxx^ta^. et .i°. annis Kinewlfus. Hic anno tertio regni sui cenobium hoc insigni munere auxit:

Grant of lands by Kineuulf, king of Wessex.

'In Christi[2] nomine! Ego Kineuulf rex, cum consensu principum meorum, aliquam terræ portionem, quasi .xxx^ta^. manentium, familiæ Christi in Maildubiensi monasterio constitutæ pro remedio animæ meæ perpetualiter possidendam donavi. Hoc est, ubi se duo latices Meardene et Rotburne jungunt, et in circuitu eorum, quemadmodum ipsi incolæ bene nosse dinoscun-

Marden, Rodborne [co. Wilts].

[1] *Ego Cuthredus*] Printed, Cod. Dipl., No. xciv., where it is marked as of doubtful authenticity.

[2] *In Christi*] Printed, Cod. Dipl., No. ciii.

Part IV. Life of S. Aldhelm.

A.D. 758.

'tur, terminos ac limites locorum illorum, necnon et vil-
'lam cui subjacent, pascua, prata, arida et irrigua simul [f. 91, a.]
'et silvestria loca. Et hæc acta sunt anno ab incar-
'natione Christi .DCC°l°viii°., indictione .xi^a.,' a transitu domni Aldhelmi episcopi nono et quadragesimo. Subscripsit Kineardus electus in episcopatum Wintoniæ, et Herewaldus episcopus Scireburniæ.

Offa king of the Mercians overthrows Kinewlf near Bensington [co. Oxford]; usurps a great part of the kingdom; and seizes Tetbury [co. Glouc.], and Purton [co. Wilts], vills belonging to the monastery, giving the one to the bishop of Worcester.

§ 235. Contra eundem Kinewlfum regem, annum jam vicesimum et .iiii.[1] in regno habentem, Offa rex Mertiorum propter villam Benesingtune congressus, et ipsam et plurimam partem regionum Westsaxonicarum victoria functus usurpavit. Denique villas cenobii Tettanminster, quam rex Mertiorum Ethelredus, et Piritune, quam rex Westsaxonum Cedualla dederat, infestus prædo abstulit. Et primam quidem Wigorniensi episcopo dedit; secundam filius ejus Egferthus reddidit hoc scripto:

Charter of his son Egferth restoring the other.

[Purton, co. Wilts.]

'In nomine Domini! Ego Egferth,[2] rex Mertiorum,
'anno primo regni nobis a Deo concessi, rogatus a
'Brihtrico rege Occidentalium Saxonum et Ethelardo
'archiepiscopo, terram .xxx^ta v.^que. manentium in loco
'qui vocatur et-Pirigean, ab orientali parte silvæ quæ
'vocatur Braden, reddidi abbati Cuthberto et fratribus
'monasterii Maldubiensis, pro indulgentia piaculorum
'meorum, et pro requie animæ patris mei Offan, quam
'ille vivens abstulit ab eis. Ea scilicet ratione concedo
'terram supradictam, ut secularibus regum servitiis
'libera sit, ad serviendum necessitatibus fratrum Deo
'servientium in prædicto monasterio; ut memoria nostra
'in illo sancto loco in sanctis orationibus apud eos ma-
'neat in perpetuum. Sed etiam abbas et fratres ejus-

---

[1] *et .iiii.*] interlined, A. Our author reiterates the statement that the battle at Bensington was fought in the twenty-fourth year of Cynewulf's reign, Gesta Regum, lib. i. § 42; but according to the Saxon Chronicle, Cynewulf gained possession of Wessex, A.D. 755, and the fight at Bensington occurred A.D. 777.

[2] *Ego Egferth*] Printed, Cod. Dipl., No. clxxiv., where it is marked as of doubtful authenticity.

Part IV. Life of S. Aldhelm.

'dem monasterii in comparatione terræ illius dederunt 'mihi duo milia solidorum argenti puri. Et hoc feci 'cum consilio episcoporum ac principum meorum, quo-'rum nomina subter ascripta sunt. Et hoc autem est 'anno ab incarnatione Christi .DCCmoxcmovito., indictione 'quarta, a transitu patris Aldhelmi anno octogesimo sep-'timo. Augentem hanc meam elemosinam Deus conser-'vet et benedicat. Minuentis vero ac frangentis nomen, 'quod non optamus, nomen eradicabitur de terra viven-'tium, et a sotietate Sanctorum privabitur, nisi digne 'emendaverit.' Subscripsit Ethelardus archiepiscopus, qui, ex abbate prius Meldunensi et episcopo postea Wintoniensi, supremum honorem nactus, Cuthbertum hunc constituerit Melduni abbatem.[1] Subscripsit Beorhtricus rex Westsaxonum .xvi. annis post Kinewlfum. Subscripserunt episcopi, Cineberht Wintoniensis, Denefrith Scireburnensis, Hedered Wigorniensis, Edulf electus ad Hereford.

A.D. 796.

§ 236. Successit Brihtrico Egbirhtus annis .xxxtavii., qui omnia regna Anglorum Westsaxonico usque hodie curvavit imperio. Huic Eþelwlfus filius annis .xviiiiem., quem quidam Athulfum vocant. Vir qui libertate[2] collata ecclesiis omnes antecessores, quique postremo seipsum nova liberalitate vicerit.[3] Fecit etenim[4] scrinium quo sancti confessoris ossa locaret, in anteriori parte ex solido argento jactis imaginibus. In posteriori vero levato metallo miracula figuravit,[5] quæ jam

[A.D. 800.]

Ethelwlf or Athulf, [A.D. 837].

f. 91, b.]

Makes a shrine for Aldhelm's bones, with solid silver figures, and representations of his miracles.

---

[1] *abbatem*] After this word there is a blank erasure of six lines, A.

[2] *libertate*] liberalitate et libertate, but the two former words crossed through, A.

[3] *vicerit*] After this word there is a blank erasure of ten lines, A.

[4] *etenim*] The last two syllables of this word interlined, A. In the margin, in the thirteenth century hand, is the following note :—Nota in subsequenti quot beneficiis gloriosus rex Ethelwlfus æcclesiam istam ditaverit.

[5] *miracula figuravit*] —in locello honorifice collocari argenteo, ubi et quædam illius opera, de libro, scilicet, et trabe, et puero, et casula, laminis auratis adhuc apparent insculpta. Faricius, lxxxix. 76. Cf. Prolog. lib. v. §§ 216-224.

Part IV. Life of S. Aldhelm.

sermo deprompsit. Unde putatum est tunc fuisse in loco librum vitæ, in quo ista legerit; sed postea tempore Danorum amissum. Fastigium cristallinum rex Eþelwlfus apposuit scrinio, in quo nomen ejus litteris aureis est legere. Sunt qui dicant venerandas reliquias per eum levatas; sed nos cum ad locum venerimus,[1] magis tritam opinionem persequemur. Nunc ponamus regis dona, quæ monasterio contulit.

Etheluulf's charter-grants to the monastery of Malmesbury.

§ 237. 'Regnante[2] in perpetuum Domino nostro Jhesu 'Christo, summo et ineffabili rerum omnium Creatore! 'Ego Edeluulfus gratia Dei Occidentalium Saxonum 'rex, in sancta ac celeberrima Paschali[3] sollemnitate, 'pro remedio animæ meæ et regni et populi prosperi- 'tate mihi a Deo commissi, consilium salubre cum epi- 'scopis et comitibus cunctisque optimatibus meis per- 'feci, ut decimam partem terrarum per regnum meum 'non solum sanctis ecclesiis darem, verumetiam et 'ministris meis in perpetuam libertatem habere con- 'cederem. Ita ut talis donatio fixa incommutabilisque 'permaneat, ab omni regali servitio et omnium secu- 'larium absoluta servitute. Placuit autem Alhstano 'Sciraburnensis ecclesiæ episcopo, et Suuidhuno Win- 'tancestrensis ecclesiæ episcopo ut omni Sabbato tota 'congregatio quinquaginta psalmos, et unusquisque pres- 'byter duas missas omni ebdomada cantet pro rege 'Edelwlfo et ducibus in[4] hoc consentientibus. Et ce- 'tera. Scripta est autem hæc cartula anno Dominicæ

Wilton, Easter day, [April 22,] A.D. 854.

'Incarnationis octingentesimo .l^mo^iiii^to^., indictione .ii^da^., 'die Paschæ, in palatio nostro quod dicitur Wiltun.

Purton, Lacock, Sutton, Crudwell, Kemble, Dauntsey.

'Terra autem ista, quam in libertate ponimus ad ec- 'clesiam, pertinens Meldubesburg, hæc est: Piritune '.xxx^ta^v. h[idæ], Lacoc .xv., Suttune .v., Corsaburn .v., 'Criddanuille .x., Cemele .x., Dantesie .ii.' Fecerat

---

[1] *venerimus*] Vide infra, § 255.

[2] *Regnante*] Printed, Cod. Dipl., No. cclxxi., where it is marked as of doubtful authenticity.

[3] *Paschali*] Pascali, A.

[4] *in*] interlined, A.

Part IV. Life of S. Aldhelm.

autem solis ecclesiis cartam libertatis, quam hic prætermisi quia in Gestis Regum[1] posui, anno primo regni sui, Incarnationis .DCCCoxlmoiiijto.,[2] a transitu beati Aldelmi centesimo tricesimo quinto, ubi has terras ad Maldumesburg pertinentes nominaverat: Ellendune .xxxta. hidas, Elmhamstede .xv., Vudetune .x., Cerlatune .xx., Toccanham .v.,[3] Minti .v., Reodburna .x.

Elingdon, Elmstead, Wootton, Charlton, Tockenham, Minety, Rodborne (co. Wilts).

§ 238. 'Regnante[4] in perpetuum Domino nostro Jhesu 'Christo! Ego Ethelwlf rex partem terræ Gewisorum, 'hoc est .v. mansiones, donavi Deo et Sancto Petro et 'familiæ Maldubiensi, in loco qui dicitur Toccanham, 'eotenus ut ipsi jugiter orent pro nobis Deum omni-'potentem, quatinus prospera nobis tempora largiatur 'ad conservandam fidem nostram et regni nostri gu-'bernacula, per omnia tempora gentis Anglorum. Et 'nemo audeat hoc donum mutare ab ipso monasterio 'sine ira et vindicta omnipotentis Dei. Et hoc donum 'actum est anno ab Incarnatione Dominica Dcccº. 'quinquagesimo quarto.' Quod et servetur in pace. Subscripserunt Swithunus episcopus et Alhstanus.'

§ 239. 'Regnante[5] ac gubernante nos inperpetuum [f. 92, a.] 'Domino Deo Salvatore nostro Jhesu Christo, qui 'cuncta secula salvavit, et humanum genus suo san-'guine redemit, atque ab æterno interitu diabolicæ 'damnationis per fidem rectam et baptismatis sacra-'mentum liberavit! Ego Ethelwlf rex, meis non me-'ritis sed Dei gratia largiente, Occidentalium Saxo-'num, necnon, eodem Deo donante, Cantwariorum 'populo et omni Australi Anglorum genti, Dei arri-'dente gratia, regimine prelatus, aliquantulam terram,

---

[1] *in Gestis Regum*] Lib. ii. § 114. The lands are not mentioned in the charter. Cf. Cod. Dipl., Nos. cclxx., cclxxv., clxxvi.

[2] *.Dccc°xlmoiiijto.*] Cf. Gesta Regum, vol. i., p. 172, *n.* 1, as to the date.

[3] *Toccanham .v.*] interlined, A.

[4] *Regnante*] Printed, Cod. Dipl., No. cclxxiii., where it is marked as of doubtful authenticity.

[5] *Regnante*] Printed, Cod. Dipl., No. cclv., where it is marked as of doubtful authenticity.

Part IV. Life of S. Aldhelm.

Minety [co. Wilts].

'id est .v. mansiunculas, in loco qui dicitur Minti, Deo 'omnipotenti ad monasterium Maldubiense in perpe-'tuam possessionem largitus sum; hoc tenore, ut in 'perpetuum dampnetur qui hanc terram ab ipsa æc-'clesia auferre conabitur. Et hoc actum est anno In-'carnationis Domini DCCCmo. quinquagesimo quinto.' Subscripserunt Celnodus archiepiscopus Cantuariensis, Alhstan episcopus Scireburnensis, Edelstan filius ejusdem regis rex Cantuariorum.

A.D. 855.

King Elfred ascends the throne of Wessex [A.D. 871].

§ 240. Huic tres filii continua succedentes serie regnaverunt annis .xv. Quartus quoque, Elfredus nomine, annis triginta, sex minus mensibus. Hujus tempore venit Angliam Johannes Scottus,[1] vir perspicacis ingenii et multæ facundiæ, qui dudum relicta patria Frantiam ad Karolum Calvum transierat. A quo magna dignatione susceptus, familiarium partium habebatur. Transigebatque cum eo tam seria quam joca, individuusque comes et mensæ et cubiculi erat. Multæ facetiæ ingenuique leporis, quorum exempla hodieque constant, ut sunt ista:—Assederat ad mensam contra regem, ad aliam tabulæ partem. Procedentibus poculis, consumptisque ferculis, Karolus frontem hilarior, post quædam alia, cum vidisset Johannem quiddam[2] fecisse quod Gallicanam comitatem offenderet, urbane increpuit et dixit: 'Quid distat inter sottum et Scottum?' Retulit ille sollenne convitium in auctorem, et respondit: 'Tabula 'tantum.' Quid hoc dicto facetius? Interrogaverat rex de morum differenti studio: respondit Johannes de loci distante spatio. Nec vero rex commotus est; quod miraculo scientiæ ipsius captus adversus magistrum nec dicto insurgere vellet. Sic enim eum usitate vocabat. Item, cum regi convivanti minister patinam obtulisset, quæ duos pisces pregrandes, adjecto uno minusculo, contineret, dedit ille magistro, ut accumbenti-

Johannes Scottus comes to England from France,

where he had lived in great intimacy with Charles the Bald.

Facetiæ.

---

[1] *Johannes Scottus*] Cf. Gesta Regum, Lib. ii. § 122.

[2] *quiddam*] interlined, A.

Part IV. Life of S. Aldhelm.

bus duobus juxta se clericis departiretur. Erant illi giganteæ molis, ipse perexilis corporis. Tum, qui semper aliquid honesti inveniebat[1] ut letitiam convivantium excitaret, retentis sibi[2] duobus majoribus, unum minorem duobus distribuit. Arguenti iniquitatem partitionis regi: 'Immo,' inquit, 'bene feci et æque. Nam 'hic est unus parvus,' de se dicens, 'et duos grandes,' pisces tangens. Itemque ad eos conversus: 'Hic sunt 'duo magni,' clericos innuens; 'et unus exiguus,' piscem nichilominus tangens. Caroli ergo rogatu Ierarchiam Dionisii Ariopagitæ in Latinum de Greco verbum e verbo transtulit.[3] Quo fit, ut vix intelligatur Latina littera, quæ volubilitate magis Græca quam positione construitur nostra. Composuit etiam librum quem 'Perifision merimnoi'[4] id est 'De Naturæ divisione' titulavit. Propter perplexitatem quarundam quæstionum solvendam bene utilem, si tamen ignoscatur ei in quibusdam, quibus a Latinorum tramite deviavit, dum in Græcos acriter oculos intendit. Quare et hereticus putatus est, scripsitque contra eum quidam Florus.[5] Sunt enim revera in libro Perifision perplurima quæ, nisi diligenter discutiantur, a fide Catholicorum abhorrentia videantur. Hujus opinionis particeps fuisse cognoscitur Nicholaus papa, qui ait in epistola ad Karolum: 'Relatum est[6] apostolatui nostro quod opus beati 'Dionisii Ariopagitæ, quod "De divinis nominibus vel '"cælestibus ordinibus," Greco descripsit eloquio, qui'dem vir Johannes, genere Scottus, nuper in Latinum 'transtulerit. Quod juxta morem nobis mitti et nos'tro juditio debuit approbari; presertim cum idem

Johannes Scottus translates the Hierarchia of Dionysius the Areopagite into Latin,

and writes a book 'De Naturæ divisione.'

[f. 92, b.]

Whence he is deemed heretical.

Florus writes against his works.

Pope Nicholas I. sends a letter concerning them to Charles the Bald.

---

[1] *inveniebat*] The first three syllables upon an erasure, A.

[2] *sibi*] interlined, A.

[3] *transtulit*] Migne, cxxii. 1035.

[4] *Perifision merimnoi*], A. *πέρι φυσέων μερισμοῦ.*

[5] *quidam Florus*] Florus, deacon of Lyon, wrote "Adversus Joannis "Scoti Erigenæ erroneas Definitio"nes liber," in the name of his church, A.D. 852 : Migne, cxix., 9, 101.

[6] *Relatum est*] Cf. Jaffé, Regesta Pontif., No. 2141.

Part IV. Life of S. Aldhelm.

In consequence of the obloquy occasioned by them, Johannes Scottus leaves France, and settles at Malmesbury, where his pupils murder him with their styles.

'Johannes, licet multæ scientiæ esse prædicetur, olim 'non sane sapere in quibusdam frequenti rumore dica-'tur.' Propter hanc ergo infamiam, credo, teduit eum Frantiæ, venitque ad regem Elfredum. Cujus munificentia illectus, et magisterio ejus, ut ex scriptis regis intellexi, sullimis, Melduni resedit. Ubi post aliquot annos, a pueris quos docebat grafiis foratus, animam exuit. Tormento gravi et acerbo, ut, dum iniquitas valida et manus infirma sepe frustraretur et sepe impeteret, amaram mortem obiret. Jacuit aliquandiu inhonora sepultura in beati Laurentii ecclesia, quæ fuerat infandæ cedis conscia. Sed, ubi divinus favor multis noctibus super eum lucem indulsit igneam, ammoniti monachi eum[1] in majorem transtulerunt ecclesiam, et, ad sinistram altaris ponentes,[2] his martirium ejus versibus prædicaverunt:

He lies for some time unburied in the church of St. Lawrence.

The monks warned by a miracle bury him in the larger church.

His epitaph.

'Conditur hoc[3] tumulo sanctus sophista Johannes,
'Qui ditatus erat jam vivens dogmate miro;
'Martirio tandem Christi conscendere regnum
'Quo meruit, regnant cuncti per secula Sancti.'

The church originally dedicated to St. Saviour and St. Peter.

§ 241. Elfredus rex et filius ejus Eduardus nichil huic contulerunt monasterio, nisi quod commutatio videatur majus quam donum. Scripta tamen hic apponam, quæ sint inditio hanc ecclesiam prius in nomine Sancti Salvatoris et beati Petri consecratam, sicque operæ pretium audire scripta veterum et percensere:[4]

Elfred, king of Wessex, grants lands at Chelworth [co. Wilts] to Dudi, with reversion to the abbey.

'In nomine[5] Domini! Ego Elfredus gratia Dei Angol-'saxonum rex, una cum consensu venerabilis familiæ 'Maildubiensis ecclesiæ, concedo meo fideli, nomine 'Dudi, aliquantulum terræ, id est quattuor cassatorum 'ad eandem ecclesiam pertinentium, in loco qui dicitur

---

[1] *eum*] interlined, A.

[2] *ponentes*] positum, with -situm crossed through, and -nentes interlined, A.

[3] *Conditur hoc*] A. Clauditur in, Gesta Regum, lib. ii. § 122.

[4] *veterum et percensere*] et percensere veterum, but marked for transposition, A.

[5] *In nomine*] Printed, Cod. Dipl., No. cccxxi., where it is marked as of doubtful authenticity.

Part IV. Life of S. Aldhelm.

'Cellanpurd. Post trium[1] autem dies heredum, præ-
'dicta terra ad ecclesiam Sancti Salvatoris et Sancti
'Petri in Mailduberi absque omni contradictione re-
'deat. Acta autem est hæc conscriptio in loco eodem,
'qui veteri vocabulo dicitur Mailduberi, nostro autem
'Maldumesburg.'

Duke Ordlaf purchases the land from Dudi.

§ 242. Processu vero temporis sub Edpardo filio Elfredi, Ordlafus dux præpotens emptam a Dudi terram cenobio pro commutatione alterius terræ reddidit. Idemque, qui esset quieti animi et boni, cum mortis viam iniret, jussit utrasque sine refragatione restitui. Quocirca in eodem loco sepultura nobili et memoria perhenni muneratus est. Sunt ergo hæc scripta:

The abbey exchanges with Ordlaf for other land at Mehandun. [A.D. 901.]

§ 243. 'Edwardo Angolsaxonum[2] gloriosissimo rege
'consentiente necnon et ejus obtimatibus qui ei in
'præsentia tunc aderant, familia Deo servientium in
'loco nuncupato antiquo vocabulo Mailduberi, in ec-
'clesia Sancti Salvatoris quæ ibidem opere cementario
'pulcherrime composita cernitur, venerabili comiti Ord-
'lafo aliquantulum terræ, id est quinque manentium,
'suæ propriæ possessionis in loco qui dicitur Mehandun
'largiens concedit, pro commutatione alterius terræ, id
[f. 93, a.] 'est .iiii^or^. manentium, in loco quem ruricolæ Cellepird
'appellant. Finitis autem diebus quattuor heredum,
'præfata terra fratribus ecclesiæ sine omni contradic-
'tione reddatur.'

Charter of Ordlaf ratifying the exchange of Chelworth for Mehandun, A.D. 901.

§ 244. 'Ego Ordlaf[3] aliquantulum terræ mei proprii
'juris, quam a Dudi viro venerabili cum licentia do-
'mini mei gloriosissimi regis Edwardi cum pecunia
'comparavi, familiæ Sancti Salvatoris in Mailduberi,
'ubi ruricolæ Cellanpirdan appellant, pro commuta-
'tione alterius terræ, quæ Mehandun appellatur, largiens
'concedo.' Et cetera, Acta est hæc conscriptio anno

---

[1] *trium*] tres, with -es crossed through, and -ium interlined, A.

[2] *Edwardo Angolsaxonum*] Printed, Cod. Dipl., No. DCCCCI.

[3] *Ego Ordlaf*] Printed, Cod. Dipl., No. CCCXXIX., where it is marked as of doubtful authenticity.

Part IV. Life of S. Aldhelm.

Incarnationis Domini nongentesimo primo, ab excessu sanctissimi confessoris centesimo nonagesimo secundo.

Charter of Edward, king of Wessex.

§ 245. 'In nomine[1] Domini! Ego Eduuardus, gratia 'Dei Angolsaxonum rex, dedi venerabili familiæ Mail-'dubiensis ecclesiæ aliquantulum terræ in loco qui 'dicitur Hanecintun, pro commutatione alterius terræ 'quantitatis ejusdem, id est .x. cassatorum, in loco ubi 'ruricolæ Fernberge appellant. Sunt autem prædictæ 'terræ ab omnibus secularibus negotiis liberæ. Hanc 'autem commutationem deprecantibus fratribus pro 'eorum commoditate feci, quia terra quam prædictis 'fratribus dedi duobus tantum distat[2] miliariis ab 'eorum monasterio; illa autem quam accepi distat a 'prædicto monasterio ferme .xx^ti^. miliariis. Scripta vero 'est hæc cartula anno ab Incarnatione Domini .DCCC^o^i^o^.,[3] 'anno regni mei[4] primo.' Subscripserunt Ealhspid mater et Elfled conjunx regis.

Hankerton [co. Wilts].

A.D. 901.

Ethelstan, king of Wessex, A.D. 924.

§ 246. Eduardo, qui .iiii^or^. et .xx^ti^. annos regnavit, successit filius[5] Ethelstanus annis .xvi. Qui beatissimo Aldhelmo cognato suo, ut dicebat, et ut res erat, ita famulabatur ut ei animam corpusque devoveret.[6] Sed et ipse Sanctus sensim extunc in clariorem et crebriorem miraculorum processit indolem, quasi ammoneret quod degenerem in terra sepulturam dedignaretur. Nec destitit antequam post paucos annos efferretur et locaretur in scrinio. Interea Ethelstanus Elwinum et Eþeluuinum, filios patrui sui Eþelwerdi, quos præcipuo amore coluerat, in bello contra Analavum amissos, Meldunum deferri et dextra levaque altaris in ecclesia

Buries his cousins Elwine and Etheluuine in the church of St. Mary.

---

[1] *In nomine*] Printed, Cod. Dipl., No. cccxxxiii.

[2] *tantum distat*] MS. Lansd.; distat tantum, but with marks for transposition, A.

[3] DCCC^o^i^o^.] A.; DCCCCI., MS. Lansd.

[4] *regni mei*] mei regni, but with marks for transposition, A.

[5] *filius*] interlined, A.

[6] *devoveret*] On the margin of A., in the thirteenth century hand, is the following note:—Nota de prima Translatione beati Aldhelmi, et de Miraculo ensis regis Athelstani, et portione ligni Domini, ceterisque donis quæ isdem rex gloriosus ecclesiæ nostræ contulit.

Part IV. Life of S. Aldhelm.

sanctæ Matris Dei[1] sepeliri curavit. Causa sepedicta[2] fuit, quod in vocationem nominis Aldelmi cælesti ense donatus, et ab hostibus ereptus sit. Ex quo die monasterio prædia plura, pallia multa, crucem auream,[3] filacteria æque aurea, cum portione ligni Domini, quod ei Hugo rex Francorum miserat, contulit. Longum est narrare quantæ devotionis in monasteriis edificandis et refitiendis fuerit; quantam barbariem paucissimo exercitu profligaverit; quod terminum imperio in Scottia statuerit. Viderer enim indulgenti materiæ incumbere, et alias dicta pro eloquii pompa repetere. Simulque videretur ecclesiæ nostræ laudis ostentatio totiens illum laudare, qui multis in vita benefitiis, postremo in morte venerandi corporis reliquiis eam honoraverit.[4] Veruntamen hoc ausim dicere, quod, licet[5] omnes ante se vel solus superaverit, vel, ut mitius dicam, æquaverit, nichil ad comparationem fatiendorum fuit quod fecit, quia ingentes actus festinata dies fatis abrupit. Immatura ergo morte, et quæ animositatem illam, si Deus voluisset, non deceret, mundo in Gloecestra præreptus,[6] Meldunum devectus est, ibique sub altari Sanctæ Mariæ[7] in turri sepultus est. Unde falluntur qui dicunt quod Elfricus abbas turrim illam fecit, quem post Ethelstani mortem plus annis .xxx^ta^. constat abbatem factum fuisse.

Confers many gifts upon the monastery.

His devotion, valour, and liberality.

He dies at Gloucester [27 Oct., A.D. 940], and is conveyed to Malmesbury, and buried under St. Mary's altar.

His epitaph.

'Hic jacet orbis honor, patriæ dolor, orbita recti,
'Justitiæ fulmen, munditiæ specular.
'Æthera flatus adit, carnis compage soluta,
'Urna triumphales excipit exuvias,

---

[1] *in ecclesia sanctæ Matris Dei*] interlined, A.

[2] *Causa sepedicta*] Cf. § 14.

[3] *crucem auream*] Cf. Gesta Regum, lib. ii. § 135.

[4] *honoraverit*] dignatus sit, but crossed through, and honoraverit interlined, A.

[5] *quod licet*] interlined, A.

[6] *præreptus*] sullatus, but crossed through, and præreptus interlined, A. Immatura morte præreptus, Aur. Vict., de Viris Illust., v. Cf. Gesta Regum, lib. ii. § 440.

[7] *Sanctæ Mariæ*] interlined, A.

Part IV. Life of S. Aldhelm.

'Sol illustrarat bisseno Scorpion ortu,
'Cum regem cauda surruit[1] ille sua.'

Many saints' relics purchased from abroad by him, and placed in the monastery.

§ 247. Accumulant[2] merita ejus in cenobium multorum Sanctorum reliquiæ quas invexit; in quibus emendis thesauros patris sui speciose prodigus distraxit, cælesti somnio ammonitus. Itaque ex transmarina Britannia et Normannia, quippe cum Rollone comite amico obligatus federe, multas Sanctorum, in quibus et Sancti Paterni Abrincatensis episcopi, reliquias mercatus est. Is, Aquitanus genus, a juvene monachus,[3] processu ætatis heremita fuerat. Cumque secretioris philosophiæ studiis virtutum non exiguum quæstum conflasset, processit in publicum, dignus qui animarum rector esset qui seipsum regere nosset. Itaque prius in Constantiensi pago abbas, deinde apud Abrincas episcopus, miraculorum non expers fuit. Sitiens levi allisione baculi ad silicem elicuit laticem. Stupendum omnino, ut, negante natura, sanctitas viri marmoreas venas in aquatiles procuderet bullas. Puellæ ori linguæ offitio destitutæ oleum infudit, et organum restauravit. Contractio muliebrium digitorum olim volæ inflixa[4] contactu Sancti devoluta est. Puerum[5] in mortem intumescentem, cui virosos molares anguis infixerat, erexit incolumem, cutis lascivia sedata et ad proprium modum edomita. Spiritus nequam, præsentientes Sancti adventum, familiares clientes reliquerunt, excusata fugæ timiditate, quod pro Paterni violentia nequirent subsistere. Aviculæ, pastæ frumento quod benedictione condierat, digredientem per multa [f. 93, b.]

Amongst them those of St. Paternus, bishop of Avranches [circ. A.D. 557]. Some account of that prelate.

Miracles performed by him during his life,

---

[1] *surruit*] surruit / percutit } A.

[2] *Accumulant*] On the upper margin of this page is the following in the thirteenth century hand:—Nota in præsenti pagina de Reliquiis ab Athelstano Rege huic ecclesiæ collatis, et Miraculis sancti Paterni episcopi.

[3] *monachus*] Cf. Gallia Christiana, xi. 469.

[4] *inflixa*] inflexa, A.

[5] *Puerum*] Milevo nomine. Vita S. Paterni, auctore Venantio Fortunato, Migne, lxxxviii. 487.

Part IV. Life of S. Aldhelm.

miliaria remigio alarum[1] secutæ, nunquam ab ejus divelli karitate potuerunt, quo advixerunt. Preterea sunt alia, quæ Fortunatus lepido illo eloquii sale nostræ ingessit notitiæ.

and after his death.

§ 248. Hunc rex Athelstanus adjunxit sancto Aldhelmo sotium; nec umquam se ille dissimulavit esse Sanctum frequentia miraculorum. Hoc, quod dicam, majores nostri egregie meminerant, et præcipue ferebant. Fur bratteam auri ex scrinio tulerat, egressusque ecclesiam in quos libuerat usus consumpserat. Non hoc Sanctus, quamvis alias patiens, tulit tacitum. Nam, cum reatus conscius impune se putaret reintraturum ecclesiam, hesit ad hostium invisibilibus loris irretitus. Si conaretur ultra, tum vero ingens vis invisæ flammæ miserum adurens miserabilem ejulatum excutiebat. Si retro temptaret, retrahebatur obtortis faucibus laqueo. Nichil horum astantes videbant, clamorem et nisum latrunculi stupentes. Sed edocti eo confitente culpam et pænam, intercessiones ad Sanctum adhibuerunt. Soluto itaque dampno, solutus est ille suplitio. In hoc scrinio hæc scriptura legitur: 'Hoc 'opus rex Ethelstanus, totius Britanniæ multarumque 'gentium in circuitu positarum imperator, in honorem 'sancti Paterni fieri jussit.'[2] . . . . . quod has reliquias ex transmarinis partibus meruerit epistolam subitiam:

King Ethelstan's inscription on the shrine which he had caused to be made for the Saint's relics.

Letter of the prior Radbodus to king Adelstan.

§ 249. 'Summæ et individuæ Trinitatis honore om-'niumque Sanctorum præcellentissima intercessione 'glorioso ac munifico regi Adelstano, Samsonis summi 'pontificis ego Radbodus[3] præpositus, istius sæculi glo-

---

[1] *remigio alarum*] Æneis, i. 305.

[2] *jussit*] The passage quod has reliquias . . . . Sancti Samsonis posuit is inserted on the outer margin of A. About three words of the commencement of the sentence have been cut off by the binder.

[3] *Radbodus*] Radbodus, prior of the monastery of St. Samson at Dol, in the see of Tours. Cf. Gallia Christiana, xiv. 1069. The above letter is dated A.D. 923, in Migne, cxxxii. 719.

Part IV. Life of S. Aldhelm.

'riam et eterni beatitudinem. Benignitatis ac sullimitatis vestræ piissimæ et in omnibus hujus temporis regibus terrenis famosa laude præcellentissimæ, rex Adelstane, optime noverit pietas; manente adhuc stabilitate nostræ regionis, quod pater vester Edguardus per litteras se commendavit consortio fraternitatis Sancti Samsonis summi confessoris, ac Joveniani archiepiscopi senioris, ac consobrini mei ac clericorum ejus. Unde usque hodie indefessas regi Christo pro ejus anima et pro salute vestra fundimus preces, et die noctuque videntes super nos magnam misericordiam apparere vestram, in psalmis et missis orationibusque nostris quasi provolutus ego et .xii. canonici mei genibus vestris fuissemus, promittimus Deum clementem orare pro vobis. Et modo reliquias, quas omni terrena substantia vobis scimus esse cariores, transmitto vobis, id est ossa sancti Senatoris, et sancti Paterni, atque sancti Scubilionis, ejusdem sancti Paterni magistri, qui similiter uno die eademque hora cum supradicto Paterno migravit ad Christum. Isti certissime duo Sancti, cum sancto Paterno dextra levaque jacuerunt in sepulchro; atque illorum sollemnitates sicut et Paterni .ix. kalendas Octobris celebrantur. Igitur, rex gloriose, sancte exaltator ecclesiæ, gentilitatis humiliator pravæ, regni tui speculum, totius bonitatis exemplum, dissipator hostium, pater clericorum, adjutor egentium, amator omnium Sanctorum, invocator angelorum, deprecamur atque humiliter imploramus, qui in exulatu atque captivitate nostris meritis atque peccatis in Frantia commoramur, ut non nostri obliviscatur vestræ felicissimæ largitatis magna misericordia. Et nunc amodo, quæ mihi dignemini commendare, sine ulla mora potestis imperare.'

He sends the relics of St. Senator, St. Paternus, and St. Scubilion.

Their festival kept on 23rd Sept.

The letter found in a shrine in Middleton monastery (co. Dorset),

Hæc epistola inventa est in scrinio apud Mideltunense cenobium, quod idem rex a fundamento fecit, et ubi reliquias sancti Samsonis posuit.

Part IV. Life of S. Aldhelm.

§ 250. Sed jam inditia prædiorum, quæ rex cenobio contulit, subitienda video, quæ multis quidem cartis sed unam scripturam præferentibus intexuit hoc modo:

which the king had founded and enriched with St. Samson's relics.

'Fortuna fallentis[1] seculi procax, non lacteo liliorum 'candore amabilis, sed fellita ejulandæ corruptionis 'amaritudine odibilis,[2] fetentis filios in valle lacrima- 'rum carnis rictibus debachando venenosis dilacerat; 'quæ, quamvis arridendo sit infelicibus attrectabilis, 'Acherontici tamen ad ima Cociti, ni Satus Alti sub- 'veniat Boantis, impudenter est declivis. Et ideo, quia 'ipsa ruinosa defitiendo tanaliter dilabitur, summopere 'festinandum est ad amena indicibilis letitiæ arva, ubi 'himnidica angelicæ jubilationis organa mellifluaque 'vernantium rosarum odoramina a bonis beatisque 'naribus inestimabiliter dulcia capiuntur, sineque calce 'auribus felitium suavia audiuntur. Cujus amore feli- 'citatis illectus, ego Ethelstanus, rex Anglorum, per 'Omnipotentis dexteram totius Britanniæ regno sul- 'limatus, aliquas terræ particulas venerabili familiæ [f. 94, a.] 'Maldubiensi pro animabus patruelium meorum, filio- 'rum Ethelperdi clitonis, videlicet Elfpini et Ethel- 'pini, Deo et sancto Petro in perpetuum jus largitus 'sum. Sub estimatione .x. cassatorum in loco qui dici- 'tur Wdetun. Sub estimatione .lx^ta^. cassatorum in loco 'qui dicitur Breomel. Sub estimatione .v. cassatorum 'in loco qui dicitur Sumerford; item .v. in loco qui 'dicitur Nortun; item .v. in loco qui dicitur Epulm. 'Hoc præcipiens, ut nemo nostrorum successorum hoc 'nostrum donum, quamdiu Christianitas vigeat, vel ex 'minimo interrumpere temptet. Quod si quis temp-

His grants of lands to the monastery of Malmesbury.

Wootton [co. Wilts].

Bremhill [co. Wilts].

Ewelm [co. Oxford].

---

[1] *Fortuna fallentis*] Cf. Cod. Dipl., No. ccclxvii., marked as of doubtful authenticity, where what appears to be the same charter, but without the account of Ælfred's perjury and death, and with other variations, is printed under the year 935, with which year the indiction viij. tallies. The story of Ælfred's perjury is also given in the Gesta Regum, lib. ii. § 137, where the charter commences at the words Sciant autem, etc.

[2] *odibilis*] The first two syllables on an erasure, A.

Part IV. Life of S. Aldhelm.

'taverit, a Deo se dampnandum in perpetuum sciat. 'Sciant autem sapientes nostræ regionis nos has præ-'fatas terras non injuste rapuisse, rapinamque Deo 'dedisse, sed sic eas accepi, quemadmodum judicave-'runt omnes optimates regni Anglorum, insuper et

Pope John XI. [931-936].

'apostolicus papa Romanæ ecclesiæ Johannes, Elfredo 'defuncto, qui nostræ felicitati et vitæ emulus extitit, 'nequitiæ inimicorum meorum consentiens, quando me 'voluerunt, patre meo defuncto, cecare in Wintonia 'civitate, si non me Deus sua pietate eripuisset. Sed, 'denudatis eorum machinamentis, remissus est ad Ro-'manam ecclesiam, ut ibi se coram Johanne aposto-'lico jurejurando defenderet. Et hoc fecit coram sancti 'Petri altari. Sed, facto juramento, cecidit coram al-'tari, et manibus famulorum suorum portatus est ad 'Scolam Anglorum,[1] et in tertia nocte vitam finivit. 'Et tunc apostolicus ad nos remisit, et quid de eo 'ageretur consuluit. Nos autem optimatum nostrorum 'rogatu concessimus ut poneretur ad cæteros Chris-'tianos, quamvis indignus. Et sic judicata est mihi 'possessio illius omnis in magnis et modicis. Et cetera. 'Hujus autem a Deo Dominoque Jhesu Christo in-'ventæ atque inspiratæ voluntatis scedula anno Domi-

Doncaster, 21 Dec., A.D. 937.

'nicæ Incarnationis .Dcccc°xxx°vii°., regni vero gratis 'mihi commissi .xi°., indictione octava, epacta .x^ma^iiii^ta^. 'concurrente tertio, .xii°. Kalendas Januarii, luna ver-'tentis mensis decima, in civitate celeberrima quæ Dor-'nacester appellatur conscripta est, tota optimatum 'generalitate sub alis regiæ dapsilitatis ovanti.' Subscripsere subreguli Eugenius, Howel, Morcant, Ludual. Archiepiscopi Wlfelmus Doroberniæ, Wlstanus Eboraci. Episcopi Burgric Rofensis, Tedred Lundoniensis, Eþelgar Orientalium Anglorum, Alfrith Wintoniensis, Elfredus Scireburnensis, Wlfelmus Wellensis, Eþelgar Cridiensis, Oda Wiltensis, Eadhelm Selesiensis, Sexhelm Sancti

---

[1] *Scolam Anglorum*] Cf. Gesta Regum, lib. ii. §§ 109, 137.

Cuthberti, Tidelm Herefordensis, Elwine Wigorniensis, Kinsi Licitfeldensis, Winsi Legecestrensis.

Part IV. Life of S. Aldhelm.

§ 251. Ethelstano successerunt fratres, Edmundus sex, Edredus .ix. annis. Edredo Eduuius .iiii^or^. annis, filius Edmundi qui, sicut alias latius diximus,[1] meretriculæ unius seductus illecebris, Dunstanum, stultitiæ suæ sevissimum correptorem, patria expulit. Inde, semel malo imbutus, omnes ad dolorem Dunstani in tota Anglia monastici ordinis homines, prius nudatos facultatum auxilio, post etiam deportatos exilio, calamitatibus indignis affecit. Nam et[2] Meldunense cenobium stabulum clericorum fecit, anno ducentesimo .xlvi^to^. post transitum patris Aldelmi, postquam a Leutherio ibi præpositus est monachis, anno .lxx^o^vi^to^. et ducentesimo. Sed tu, Domine Jhesu, creator et recreator noster, bone artifex, multumque potens formare nostra deformia, per illos homines irregulares et vagos thesaurum tuum, tot seculis abditum, in lucem propalasti. Sanctissimi Aldhelmi corpus dico, quod illi de terra elevatum in scrinio, quod supradixi,[3] locarunt. Accessit clericorum gloriæ regalis liberalitas, ut daret Sancto prædium,[4] vicinitate et amplitudine peroportunum, quod nominarem, nisi quia notum est et reges anteriores multas ejus portiones dederint, ne hic solus communem gloriam vel vendicet totam vel vellicet partem.[5] Sed omnis temporum iniquitas mature decidit, succedente Edgaro fratre, omnium antecessorum, nisi Ethelstanus palmam præoccupasset, facile primo. Denique nescias

Edwy the son of Edmund, king. [A.D. 955.]

His persecution of the monks on account of his anger with Dunstan.

He makes the monastery of Malmesbury a stable of secular clergy, A.D. 955,

who place the body of Aldhelm in the shrine.

Edwy's grant of land to Malmesbury.

[f. 94, b.]

Edgar succeeds his brother Edwy [A.D. 959].

---

[1] *alias latius diximus*] Supra, lib. i. § 17; Gesta Regum, lib. ii. § 147.

[2] *Nam et . . . . peroportunum*] This passage occurs almost word for word in the Gesta Regum, lib. ii. § 147.

[3] *quod supradixi*] supra, lib. v., § 236.

[4] *prædium*] Alluding probably to the large grant of land at Brokenborough, made to the monastery by king Edwy in the year 956. See Cod. Dipl., No. cccl x.

[5] *vendicet totam vel vellicet partem*] totam vendicet vel partem vellicet, but with marks for transposition, A.

Part IV. Life of S. Aldhelm.

The characters of Ethelstan and Edgar compared.

quem præferas, nisi quod iste tenuerit, ille inceperit. Ille fortior, iste fortunatior. Ille Dei et suo auxilio nisus, iste prudentium virorum consilio credulus. Edgarus igitur, abolitis edictis germani quæ luxus regius et juvenilis impetus imperaverat, quid ecclesiæ nostræ dederit, quid abstulerit, suo melius sermone reserabit.

Edgar's charter,

§ 252. 'Cum universitatem[1] generalis massæ meta 'maneat certa, visibiliaque,[2] ut ait Apostolus, sint tem- 'poralia, invisibilia vero sint perpetua, restat unum- 'quemque hic peracta illic recipere merita. Unde 'ego Edgarus, totius Albionis basileus necne mariti- 'morum seu insulanorum regum circumhabitantium, 'adeo ut nullus progenitorum meorum subjectione, lar- 'giflua Dei gratia suppetente, sullimatus, quid imperii 'mei potissimum regi regum Domino darem, tanti 'memor honoris, sollertius sepe tractavi. Piæ igitur 'fautrix devotionis pervigili meæ studiositati subito 'superna insinuavit pietas quæque in regno meo 'sancta instaurare monasteria. Quæ velut muscivis 'scindulis cariosisque tabulis tignotenus visibiliter di- 'ruta, sic, quod majus est, intus a servitio Dei ferme 'vacua fuerant neglecta. Idiotis nempe clericis ejectis, 'nullius regularis religionis disciplinæ subjectis, pluri- 'mis in locis sanctioris seriei, scilicet monachici habitus, 'præfeci pastores, ad ruinosa quæque templorum red- 'integranda, opulentos fiscalium munerum eis exhibens 'sumptus. Quorum unum nomine Elfricum, virum in 'omnibus ecclesiasticum, famosissimi constitui cus- 'todem cenobii, quod Angli bifario vocitant onomate 'Maldelmesburuh. Cui pro commoditate animulæ meæ, 'ob Salvatoris nostri, Ejusque thotocos[3] semper virginis

declaring his intention to restore the monasteries.

He makes Elfric abbot of the monastery of Malmesbury,

---

[1] *Cum universitatem*] Printed, Cod. Dipl., No. DLXXXIV., where it is marked as of doubtful authenticity. It also occurs in the Gesta Regum, lib. ii. § 153, but with a few verbal alterations.

[2] *visibiliaque*] Cf. 2 Cor. iv. 18.

[3] *thotocos*] thotocos / ΘΗΩΘΩΚΟC } A. Cf. MS. Bodl. Laud, 548, f. 59, b., where the word occurs similarly written.

Part IV. Life of S. Aldhelm.

and settles land at Eastcott, co. Wilts, upon it.

'Mariæ, necnon apostolorum Petri et Pauli, Aldhelmique almi præsulis honorem, particulam terræ, .x. videlicet manentium vocabulo Estcotun, cum pratis et silvis, munifica liberalitate restitui. Hæc terra a prædictis semel accommodata clericis, diu a plerisque, postremo a contentioso injuste possessa est Athelnodo. Sed, superstitiosa subtilique ejus invectione a sapientibus meis audita, ac disceptatione illius mendosa ab eisdem, me præsente, convicta, monasteriali a me reddita est usui, anno Dominicæ Incarnationis nongentesimo septuagesimo quarto, regni vero mei .x^mo^iiii^to^., regiæ consecrationis primo, post transitum pretiosi confessoris Aldelmi .cc^o^lx^o^v^to^. Hanc vero restitutionis scedulam prædicti abbatis rogatu, ob futuræ posteritatis memoriam tenacem, caraxare præcepi, ne quamdiu Christiana fides viget in nostratibus ab aliquo tirannici potentatus præfatum rus ab illo sancto loco violenter, quod absit, alienetur.' Et subscriptio archiepiscoporum Dunstani Cantuuariensis et Oswaldi Eboracensis, et episcoporum Athelpoldi Wintoniensis, trium Elfstanorum Londoniensis, Rofensis, Wiltunensis, et ceterorum.

A.D. 974.

Abbot Elfric a devotee of the Virgin Mary.

He causes her to be regarded as the patron saint of the monastery of Malmesbury instead of St. Peter.

§ 253. Hic est Elfricus qui, omnem curam ad beatam transferens Mariam, possessionem et nomen monasterii ejus delegavit ditioni ut, tacito interim beatissimi Petri nomine, ipsa sola loco videatur imperare.[1] Nec fastidivit gloriosa domina illustris et prædicandi viri munus; quinimmo usque hodie præsidet ecclesiæ, sanctissimi Aldelmi communionem in potestate amplectens. Eum peritum litterarum, præsertimque elegantissimum interpretem, non fallax tradit vetustas. Edificandi gnarum, qui omnes monachorum officinas, eo tempore præstantissimas, nec adhuc adeo despicabiles, fundaverit et consummaverit. Hujus, intermisso nomine, facit men-

His learning.

He builds the monks' offices.

[f. 95, a.]

Abbo's reference to him in his

[1] *videatur imperare*] Supra, § 232.

Part IV. Life of S. Aldhelm.

preface to the Passion of St. Edmund.

tionem Abbo Floriacensis, in præfatione Passionis sancti Edmundi ad Dunstanum beatum archiepiscopum, his verbis: 'Passionem sancti Edmundi a nemine scrip-
'tam, pluribus ignotam, tua Sanctitas ex antiquitatis
'memoria collectam historialiter me præsente retulit,
'domino episcopo Rofensis ecclesiæ et abbate monas-
'terii quod dicitur Malmesbiri, ac aliis circumassis-
'tentibus, sicut tuus est mos, fratribus[1] . . . .'

He is made bishop of Crediton, and dies within four years [A.D. 979-985].

Books written and translated by Ælfric.

§ 254. Elfricus sane cum jam grandævus esset, in episcopum Cridiensem[2] alteratus, vix .iiii^{or}. annis superfuit. Reliquit aliquantos codices, non exigua ingenii monimenta: Vitam sancti Adelwoldi,[3] antequam eam Wlstanus operosius concinnaret; Abbreviationem Pas-

---

[1] *fratribus.*] Here follows a blank erasure of four lines in A. Cf. Migne, cxxxix. 507, where, with variations from the above text, the passage in Abbo is continued as follows:—" . . . . . fratri-
" bus, quos pabulo divini verbi
" Latina et patria lingua pascere
" non desinis. Quibus fatebaris
" oculos suffusus lacrimis, quod eam
" junior didicisses a quodam sene
" decrepito, qui eam simpliciter et
" plena fide referebat gloriosissimo
" regi Ethelstano, jurejurando as-
" serens quod eadem die fuisset
" armiger beati viri, qua pro Christo
" martir occubuit."

[2] *Cridiensem*] Cf. lib. ii. § 94.

[3] *Vitam Sancti Adelwoldi*] Our author is mistaken in his identification of Ælfric, abbot of Malmesbury and subsequently bishop of Crediton, with Ælfric the writer of the Life of St. Æthelwald, bishop of Winchester, and compiler of numerous other Saxon works. We know, by the signatures in the Codex Diplomaticus, that Ælfric occupied the see of Crediton from A.D. 979 to A.D. 985; while Ælfric, compiler of the Life of St. Æthelwald, states expressly in his Dedication to bishop Kenulf that he undertook the composition of the Life twenty years after Æthelwald's death, in other words in A.D. 1004. The entire subject of the identification of the grammarian Ælfric (abbot, not of Malmesbury, but of Eynsham) has been fully and lucidly treated by the Rev. Oswald Cockayne, in his preface to the third volume of Leechdoms, pp. xiv–xxix. Cf. also Hardy, Cat. of Engl. Hist., vol. i., part ii., p. 586; and Matth. Paris, vol. iii., p. ix, ed. Madden). I agree with Mr. Cockayne that Malmesbury seems to have been conscious of some floating uncertainty on the subject, although I do not draw that inference from the source Mr. Cockayne mentions, viz. the erasure of certain lines preceding the § 254. "Elfricus sane," etc. The lines erased, probably completed the previous section in the same or similar terms to the extract from Abbo given above. n. 1.

Part IV. Life of S. Aldhelm.

sionis sancti Edmundi; libros multos ex Latino in patrium sermonem versos.

St. Dunstan restores and decorates the monastery of Malmesbury.

§ 255. Tempore ergo Edgari regis Dunstanus sanctissimus archiepiscopus nostri cenobii restaurationi et decori egregriam curam admovit. Invitatus in amorem sancti Aldhelmi et generis Westsaxonici affinitate, nam de hac provintia oriundus fuerat, et miraculis subinde crebrescentibus, qui gauderet suæ regionis Sanctum[1] suis potissimum temporibus in speculam elatum. Ideo in multis loco munificus, quæ tunc in Anglia magni miraculi essent, decusque et ingenium conferentis ostenderent, offerre crebro. Inter quæ signa sono et mole præstantia, et organa ubi per æreas fistulas musicis mensuris elaboratas

he gives it bells and an organ with an inscription,

Dudum conceptas follis vomit anxius auras.

Ibi[2] hoc distichon laminis æreis impressit:

'Organa do sancto præsul Dunstanus Aldhelmo,[3]
'Perdat hic æternum qui vult hinc tollere regnum.'

also a holy water vat with an inscription.

Poterunt et hi versus veritati suffragari, quos conspicati sumus impressos vasculo, quod ministris altaris famulabatur aquæ obsequio.

'Idriolam[4] hanc fundi Dunstan mandaverat archi-
'Præsul, ut in templo sancto serviret Aldhelmo.'[3]

In quibus licentia poetica, subtracta e nomine Sancti priori L littera, ut versus staret, ingeniaverat. In neutro enim insculptum erat Aldhelmo, sed Adelmo.

He predicts the Danish invasion;

Interea, post obitum suum futuræ in Anglia calamitatis et Danicæ depopulationis spiritu prophetico præsagus, utpote[5] qui eas non enigmatico fuco sed aperto

---

[1] *suæ regionis Sanctum*] sanctum c suæ regionis, A. a b

[2] *Ibi*] On margin, in the thirteenth century hand, Nota quid sanctus Dunstanus beato contulerit Aldhelmo, A.

[3] *Aldhelmo*] Cf. Faricius, lxxxix. 76, 77.

[4] *Idriolam*] See a similar distich in Malmesbury's Historia Glastoniensis Ecclesiæ. Migne, clxxix. 1721.

[5] *utpote*] written on the margin, A.

Part IV. Life of S. Aldhelm.

and fearing for St. Aldhelm's remains and the riches of his shrine,

removes the bones to a stone tomb on the right of the altar [A.D. 986],[3] with various offerings, and an inscription in verse,

eloquio ipsi etiam regi prænuntiaverit, sanctissimis confessoris ossibus metuebat. Jamque animo volutans Danorum avaram sevitiam et sevam avaritiam, mente imaginabatur monasterium cupiditate pecuniarum prædatum iri. Tum ne aliquis, splendore metalli raptatus scrinium abriperet, avideque pretiosas crustas sinibus ingerens lignum nudatum cum ossibus aliquorsum proiceret, id vero maximo horrori et timori erat. Quocirca, diu multumque perpenso consilio, reverentissimas reliquias ereptas scrinio[2] lapideo composuit tumulo.[3] Excitato in editum ad dexteram altaris loco, cunctis in ecclesia intuentibus conspicuo. Apposuit juxta ossa, primum nitenti et delicata sindone deinde pretiosissimo cocco circumtecta, fialam vitream purissimo[4] balsamo plenam. Congrua profecto pontifici aromata, qui semper in cælum thurificasset virtutum et orationum holocausta. Simulque partem asserum ex antiquissimo sarcofago, quo tota in mortalem conditionem defluxerat caro. Nec abstinuit versibus, quibus forensem sepulchri ambitum decoravit. Quorum hæc erat summa, ut amatorem suum delictorum dignaretur venia, nec accerseret in culpam quod eum editiori loco deposuisset.

prophesying the ravages which would be committed by the Danes, which prophecy was afterwards fulfilled as the author is about to relate.

Scire Sanctum id se fecisse pro cautela, non pro contumelia. Nec eventus rerum fefellit prophetam;[5] nec [f. 95, b.] cecidit de verbis ejus quicquam in terram. Quod breviter intimabo, si successionem regum quam intermiseram continuavero.

Edward king. Egelred king [A.D. 978]. Miserable state of the kingdom under his rule.

§ 256. Edgaro post xvi. annos regni successit Edpardus filius tribus annis et dimidio. Illi Egelredus frater substitutus xxx^ta^vii. annis miserabile regnum ob-

---

[1] *Quocirca*] In margin of A., in the thirteenth century hand, Nota, Qualiter beatus Dunstanus reliquias beati Aldhelmi occuluerit propter timorem Danorum.

[2] *scrinio*] tumulo, but crossed through, and scrinio interlined, A.

[3] *tumulo*] For this date see § 262.

[4] *vitream purissimo*] purissimo vitream, but marked for transposition, A.

[5] *prophetam*] Cf. Migne, cxxxvii. 446–447.

Part IV. Life of S. Aldhelm.

sedit, subruit, pessumdedit. Cujus gesta his inserere ex habundanti opinor; præsertim cum alias[1] miseriarum ejus laberinthos evolverim. Illud non tacebo quod, Edgaro mortuo, qui se pluribus quam ullum progenitorum suorum dominari jactaverat, non quod latius sed quod securius imperitaret, res in contrarium cessit, suprema felicitas regni in præcipiti stetit. Summis[2] enim, ut quidam ait, rebus diu stare negatum. Danorum[3] ergo gens, assueta vivere rapto, totis littoribus in Angliam efferbuit. Jamque, ut compendio dicam, omni ora maritima depopulata, medulam mediterranei soli depascebatur. Eo in indigenas insolentior, quo a scientia veri Dei remotior. Pars cum duce prælato Meldunum venerat. Ibi eo se terrore quo consueverat acturam existimans, ecclesiam furibunda irrupit. Circumductis utrinque oculis nichil, quod avidæ rapacitati satisfaceret, præter scrinium Sancti conspicantur. Cetera meticulosa monachorum provisio curioso furori summoverat. Illud solum fortunæ, vel, ut verius dicam, tutelæ Sancti exposuerat. Tutaretur si vellet, sin minus ludibrio se haberi permitteret. Id illi, vasto ore inhiantes, limphatis gressibus involant. Quorum unus, quem improba fames argenti audatiorem fecisset, arrepto cultello, pretiosos lapides cassibus expedire nitebatur. Jamque manum admoverat, cum grassantem luem avaritiæ Sancti virtus festinata compescuit. Luit ergo ausum temerarium, mente amissa, retro in pavimentum elisus, tamquam si penetrabile telum cordi suspiraret adactum. Pæna unius reduxit ad sanitatem ceteros, ne furerent, ne streperent, ut loca sancta intaminata relinquerent, ut fugerent. Accelerant igitur fugam per plana, per invia; gaudentes vel sola corpora

Invasion of the Danes.

They go to Malmesbury,

and break into the monastery, from which the monks had removed everything except Aldhelm's shrine.

One of them seizes it, and is about to cut out the gems

he is smitten down as if stabbed;

the rest flee in terror.

---

[1] *alias*] Gesta Regum, lib. ii. § 164.

[2] *Summis*] ——— Summisque negatum
Stare diu. Pharsalia, i. 70, 71.

[3] *Danorum*] Cf. Gesta Regum, lib. ii. § 165.

Part IV. Life of S. Aldhelm.

eripuisse discrimini. Multorum enim milium cursu non intermisso, aliquid humano timore majus se pertulisse prodidere, dum nullus a tergo urgeret, nullus a fronte obsisteret. Hujusmodi fama, multitudinem hostium pervagata, segniorem ad predam et timidiorem ad reverentiam Sanctorum effecit. Unde contigit ut, omnibus in circuitu monasteriis depopulatis vel expilatis, istud[1] solum nunquam adeo gravem deploraret erumnam.[2]

The report of the miracle deters others from further sacrilege.

King Egelred gives land to the monastery under the abbacy of Athelwerd,

§ 257. Iste rex villam .x. manentium cenobio Sancti Aldhelmi contulit sub abbate Athelperdo, qui Elfrico successerat. Stimulabant eum, adhuc in regno tenellum, heroes illustrissimi qui erant superstites; post quorum decessum et in vitæ luxum et in regni detrimentum totus emarcuit. Copia enim rerum, quas reliquit pater, incitavit in lasciviam; offensa Dei meruit iracundiam; Dei iracundia gentem adduxit in exterminium. Est autem scriptura hujusmodi:

although he afterwards leads a profligate life.

His deed of gift.

'Universis crebro[3] studium sophiæ intente rimanti-
'bus liquido patescit, quod præsentis vitæ terminus
'variante diversæ calamitatis erumna instare, jamque
'ingruere nimio terrore dinoscitur. Ego igitur Edelred,
'Christi gratia opitulante totius Albionis basileus,
'optimatum meorum monitu instructus, æterna caducis
'mercari cupiens, quandam ruris particulam, .x. vide-
'licet manentium, loco celebri qui ab hujus patriæ
'peritis noto Redburne nuncupatur onomate, Do- [f. 96, a.]
'mino nostro Jhesu Christo Ejusque genitrici, semper
'virgini Mariæ, in veneratione beati præsulis Aldelmi,
'qui locum ipsum, qui usitato vocabulo nominatur
'Maldelmesburuh, fecit, ad usus monachorum sub
'Eþelperdi abbatis regimine inibi degentium æterna
[A.D. 982.] 'largitus sum hereditate. Et cetera.' Anno Dominicæ

---

[1] *istud*] interlined, A.

[2] *erumnam*] Vide supra, § 198.

[3] *Universis crebro*] Printed in the Cod. Dipl. No. DCXXXII., from MS. Lansd. 417, f. 20, b., where the correct date, A.D. 982, occurs.

Part IV. Life of S. Aldhelm.

Incarnationis .D.cccc^{mo}lxx^{mo}ii^{do}. scripta est hæc carta, post transitum ejusdem patris ducentesimo sexagesimo tertio. Subscripserunt illi qui in superiori karta, et cum eis Elfricus jam episcopus, sed et Escuuius Dorcestrensis episcopus.

Succession of kings after Egelred. 1017. 1037. 1040. 1042.

§ 258. Egelredo post .vii. et .xxx^{a}. annos regni defuncto, successit Cnuto annis .xx^{ti}. Cnutoni Haroldus filius annis .iiii^{or}. Ei Hardacnut[1] anno i^{o}. Illi Eduardus .xx^{ti}.iiii^{or}. annis. In his octoginta sex annis fuerunt post Eþelperdum, Kinepard, Brihtelmus, Brihtpoldus, Edericus, Wlsinus. Brihtwoldus, ut ex scriptis Anglicis animadvertimus, multa incommoda cenobio intulit, terras vel omnino distrahendo vel parvo pretio invadando. Sed enim excusatur, quod magno illo geldo, qui tunc Danis dabatur, oppressus unicum inveniebat malorum remedium; quod futurorum incautus, non videbat obesse posse inposterum. Uulsinus religionem monachorum, propter adventum Danorum multum debilitatam, erexit in vigorem priscum. Non defuerunt nostro tempore monachi qui, eum in carne conspicati, memoriam viri ruminare et aliis proferre dulce habebant. Ex quorum narratione pendulus, multa ejus insignia animo indidi; sed dicere refugio, quia minus suscepto concurrunt operi. Ei Egelpardus annis .x. successit. Mox Elwinus anno et semis. Brihtwoldus huic annis .vii. Eum, inertem ad bonum, alacrem ad malum, miserabilem mortem obisse tradit vetustas, in villa inter medios potationum apparatus extinctum, in ecclesia Beati Andreæ, quæ magnæ adherebat ecclesiæ,[2] inter[3] prædecessores sepultum. Satisque constat custodes locis umbris fantasticis inquietatos, donec cadaver suffossum longe a monasterio paludi profundæ

Succession of abbots after Ethelwerd.

Brihtwold alienates the lands of the monastery.

Some excuse to be found for him in the exactions of the Danes.

Uulsine re-invigorates monachism.

Malevolent disposition of Brihtwold II.

His death at a drinking bout, and burial in St. Andrew's church.

His body obliged to be removed and buried in a marsh.

---

[1] *Hardacnut*] Ardacnut, with H interlined, A.

[2] *in ecclesia beati Andreæ, quæ magnæ adherebat æcclesiæ*] added on margin, A.

[3] *inter*] The last syllable on an erasure, A.

Part IV. Life of S. Aldhelm.

immerserint; unde aliquotiens teter odor emergens sevam vicinis exhalat mefitim.[1] Sed hæc quæ injocunda sunt relinquentes, ad miracula quæ hoc temporum discursu apud beati confessoris tumulum Divinitas ostendit, accingamur.

The author will now give an account of miracles at Aldhelm's tomb.

When the Danes invaded England they allied themselves with the Norwegians.

§ 259. Dani[2] cum in Angliam venire offirmassent propositum, ad sotietatem victoriæ Norreganos ascivere. Utrorumque immanis barbaries, sed Norreganorum cupiditas rapatior, libido infestior. Horum uni comiti, dum depopulatur omnia, puella quædam Elfildis nomine cessit in partem prædæ. Honesto apud Anglos loco nata, ingenui corporis et vultus. Hæc illecebrarum fomenta barbaro fuere, ut legitimo conubio repudium daret, in captivæ suæ nuptias intendens nervos, cujus integritatem tutari et captivitatis misereri deberet, nisi barbarus esset. Quare, primo consumptis blanditiis, renitentis et multum deprecantis pudorem prædo nocturnus invasit et rapuit. Veruntamen non diu superfuit, nec spe conceptæ prolis nec longa vita post injuriam feminæ factam letatus. Eo ergo defuncto, rumor spetiosæ Elfildis aures regis terræ impulit. Ille mox pro more gentis in feminæ cupiditatem [f. 96, b.] potiendæ adhinnivit. Fit ergo ex rege amator, ex potente cliens. Adorat per internuntios majestatem captivæ, ut se amicum dignetur. Pollicetur montes auri, amorem perpetuum; postremo quæcumque possint vel mulierem decipere vel captivam illicere. Omnia clam uxore, quam ne incenderet verebatur quam maxime. Respondit Elfildis contraria. Se aliis amoribus intentam, Deo deservire proposuisse. Tulisse illum suos secum amores, qui et vivens primitias libasset et moriens consepelisset. Hoc audito rex, dolens se mulierculæ fuisse despectui, vi negantem aggreditur, et

Elfildis, an English damsel, becomes the captive of a Norwegian count;

who seeks to divorce his wife and marry her.

He ravishes her, and dies soon after.

St. Olaf, king of Norway, hearing of her beauty woos her,

but conceals his amour from the queen.

Elfildis rejects his offers.

---

[1] *mefitim*] . . sævamque exhalat opaca mephitim. Æneid, vii. 84.

[2] *Dani*] Cf. Faricius, lxxxix. 78, 79, and P. A. Munch, Det Norske Folks Historie: Christiania, 1853, v. i., pt. 2, pp. 664 et seqq.

Part IV. Life of S. Aldhelm.

quadam nocte in nichil tale metuentis amplexus subit violentus. Ex una conjunctione concipitur fetus, et editur masculus, contra utrorumque votum. Nam et rex, periclitari famam suam metuens, vellet quidem exercere placitum sed nollet habere fructum. Et Elfildis Deum primo pro incesto viri conjugati metuens, zelotipiam reginæ secundo cavebat. Verumtamen proles, ut dixi, edita utrorumque blandiebatur oculis, ut eos sibi conciliaret. Virum, ne mulierem ex se matrem abiceret, præsertim corpore pulcram, genere ingenuam, conditione captivam,[1] se solo cum quo rem haberet continenter sobriam. Mulierem, ut et facti consuetudine et filii dulcedine virum in amorem reciperet. Peccatum ergo, quod aspernanter inierat, libenter fovebat voluptate addicta. Et, ut reginæ notitiam falleret, apud quendam episcopum terræ latibulum habebat, indeque cum libebat in usus noctis abducebatur. Sed hæc illecebrarum gaudia proximus regis obitus abrupit, remansitque illa in medio cum pupillo filio. Quapropter, non nesciens quantum mulierum ira in pelices audeat, in longissimas Norwegiæ provintias fugæ indulsit. Agente fideliter et necessaria ministrante pontifice, cui soli tutelam orphani supremis verbis rex obiens commiserat. Unde factum est ut, cum muliebrem fastum imperitantis optimates detractarent, ille rem omnem ut erat non taceret. Ita decreto communi parvulus ad umbram in fastigio regni locatur, tutoribus omnia negotia pro arbitrio disponentibus. Exacto autem non plus anno et dimidio, puerulus ille, vocabulo Magnus, acerba morte[2] vitæ subtractus, colus Parcarum evolvit.[3] Dicitur quod insidiis procerum, sed ego

He violates her. A son is the issue of their intercourse [A.D. 1024].

The king dies [31 Aug. 1030]. Elfildis fearing the queen's wrath, flies.

The bishop by whom the boy, Magnus, had been educated declares his birth to the nobles.

They make him king, but he dies within eighteen months.

---

[1] *præsertim corpore pulcram, genere ingenuam, conditione captivam*] præsertim corpore pulcram, genere ^ inconditione genuam, ^ captivam, A.

[2] *vocabulo Magnus acerba morte*] c d a acerba morte vocabulo Magnus, A.

[3] *evolvit*] Magnus appears to have reigned from A.D. 1035 until his death, Oct. 25, 1047.

Part IV. Life of S. Aldhelm.

Elfildis returns to England under a vow of abstinence from flesh.

non assentior, ut illi innocenti[1] vim mortis consciscerent quem regem creaverant. Tunc ergo, ne longam texam fabulam, Elfildis omni viduata consilio in patriam receptui cecinit. Et, ut tam periculosum navigium Deus secundaret, vovit, si Angliam incolumis annavigaret, nunquam se terrestris animalis carnes comesuram, nunquam nisi diebus festis unctiores escas sumpturam. Pio Dei nutu felicem sortita eventum, industrie continebat votum. Ex pecunia quam mariti et filii liberalitate meruerat tres villas mercata, quarum reditu suam suorumque vitam toleraret. Post aliquot annos, lautiore convivio in hilaritatem profusa, convivas ad letitiam hortabatur. Illique vicissim, ut quantulumcunque carnium sumeret, rogantes, diu cassos expendere sermones. Veruntamen, presbyterorum qui adessent rogatu pressa, promittentium orationes et missas, dicentiumque magnarum etiam delitiarum culpam missarum celebratione posse deleri, summis illa digitis nescio quid carnium attingens, ori suo sensu recusante [f. 97, a.] apposuit. Statimque divinæ severitatis clemens animadversio[2] secuta, illa valitudine, quam Græce paralisin id est resolutionem membrorum dicunt, masticantem perculit tam valide, ut nullum membrum offitium suum facere posset. Sola lingua intra fauces palpitabat, quæ delictum diceret, veniam oraret. Preclare innocens prolapsio temporali castigata est verbere. Ceterum, si penalem commisisset culpam, non habuisset venialem vindictam. Triennio integro, tali decocta incommodo, in lectica Sanctorum circuibat loca, pulsabat suffragia, quos celebriores miraculorum fecerat fama. Cessit[3] omnis superorum karitas, deditque locum beatissimi Aldhelmi gloriæ ut, tam illustri persona curata,

After some years she gives a banquet, and is persuaded to break her vow,

and is struck with paralysis as a punishment.

For three years she visits the shrines of various saints seeking for a cure,

but going to the sepulchre of St. Aldhelm upon his festival, May 25,

---

[1] *innocenti*] interlined, A.

[2] *clemens animadversio*] animad-b a versio clemens, A.

[3] *Cessit*] On the margin of A., in the thirteenth century hand, Nota miraculum.

Part IV. Life of S. Aldhelm.

excellentius volitaret per hominum ora. Venit ergo post triennium ad natale Sancti, quod octavo kalendas Junias magna provintialium frequentia colitur. Nec morata virtus herilis in ipsa sollennitatis vigilia orantem ad sepulchrum attigit. Reviruit sanitas, artuum laxa compago induruit; incolumis paralitica surrexit. Stupentibus et laudantibus notis, strepentibus et rem percunctantibus monachis, lætantibus cunctis. Elfildis, curatori suo non ingrata, omnia sua loco contulit. Sanctimonialem professa, vivens propter ecclesiam mansitavit, defuncta famosam sepulturam in claustro accepit. Hoc miraculum, pro claritate, ut dixi, personæ et temporum vicinitate ad nos per successiones transmissum, fidem facit multa fuisse quæ obscuraverit annorum injuria, quæ occuluerit scriptorum incuria.

is there restored to health and strength.

She becomes a nun, and is buried at Malmesbury.

§ 260. Eodem tempore venit ad locum quidam monachus Græcus, nomine Constantinus.[1] Cæterum unde oriundum incertum, necessitas an voluntas domo patriaque eliminaverit. Hic primus auctor vineæ fuit, quæ in colle monasterio ad Aquilonem vicino sita, plures duravit annos. Staturæ fuit habilis, moribus dulcis, colloquio affabilis. Cibi sobrius, potus parci et pæne nullius. Festorum dierum in orationibus consumebat ferias, cæterorum in vineæ opere totas consummabat horas. Jam vero moriens, voce præclusa, cum paucissimis animæ reliquiis efflaturus estimaretur, resumpsit, et lento conamine surrexit. Temptataque pera, quæ semper adherebat lateri, protulit ex ea pallium, quod est insigne archiepiscoporum, quod sibi, quantum jacens poterat, more quo sciebat coaptavit. Continuoque violentia mortis recidens supremum efflavit et defecit. Quo animadversum est archiepiscopum fuisse; sed adhuc cognitio vacillat qua causa patriæ olim[2] valefecerit. Nobis

Constantine, a Greek monk, comes to the monastery, and plants a vineyard near it.

His sweet disposition and abstemious habits.

When at the point of death he draws from his scrip a pall, which he puts on, and then dies.

This fact suggests the idea that he was an archbishop.

---

[1] *Constantinus*] Cf. Oriens Christianus, ii. 295–6.

[2] *causa patriæ olim*] patriæ olim b causa. A.

Part IV. Life of S. Aldhelm.

His burial among the abbots in St. Andrew's church. The miraculous whiteness of his bones and their fragrance after some years prove him to have been a distinguished person.

ambigua in bonum torquere licet, quod amor religionis pontificem peregrinari compulerit. Tunc igitur inter sepulchra abbatum in ecclesia Sancti Andreæ, quæ tunc erat, reverenter humatus est. Successu vero annorum, cum necessitas novorum edifitiorum ipsum et ceteros antiquis deturbasset sedibus, ossa, reperta candoris insoliti et odoris gratissimi, dederunt inditium plebeiæ sanctitatis non fuisse Constantinum.

A dangerous demoniac, near Malmesbury,

§ 261. Ruricola[1] quidam in vicinia Melduni, notus monachis et urbi, pessimo afflatus demone torquebatur. In comminus astantes, quos contingere nequiret, dentibus frendere, propiores calce seu pugno impellere. In eminus positos spumas jacere; quicquid ad manum venisset vice tormenti rotare. Furor arma[2] suggerebat, ut nemo impune accederet qui non lesus abiret. Insana præterea loquens, in ipsa sidera jaculabatur convitia. Ex uno ore diversæ et confusæ voces audiebantur, ut modo ex latratu canem, modo ex mugitu bovem, nunc ex stridore bubonem opinareris. Cibos nec humanos nec coctione conditos voragini ventris immergens. Sic dementia molares exacuerat, ut quodlibet osseum, ligneum, ferreum, facili ut putabatur negotio demoleret. Tum illam edacitatem et crudam indigeriem uno dissolvens ructu, quicquid consumpserat levi fumo eitiebat. Hujuscemodi hominis calamitate vicini commoti, consilium ceperunt ducendi eum per loca Sanctorum. Id quominus fieret, obsistebat insania, opusque erat ut vinciretur. Res ergo erat in ancipiti, quia nec præ ferotia vinciri poterat. Nullus quamlibet experti roboris vincula innectere temptaret, quin solo ejus nisu excerebraretur. Quocirca necessitas invenit remedium; ut, porrectis funibus, quo eum eundi tulisset impetus, pedes impedirent. Qua irretitus astutia, succubuit inge- [f. 97. b.]

---

[1] *Ruricola*] On the margin of A., in the thirteenth century hand, Nota miraculum. Cf. Faricius, lxxxix. 79, 80.

[2] *Furor arma*] Cf. Æn., i. 150.

Part IV. Life of S. Aldhelm.

nio, qui præstaret robore. Nec sic tamen, quamvis illaqueato corpore coerceri nequam in mente spiritus potuit, quoad illi, necessariis paratis, ad Sanctos patientem promovere ceperunt. Obtulit se Meldunum euntibus, in ipsa sacrosanctæ Ascensionis Domini et Salvatoris nostri vigilia. Ibi, audito et credito quod sanctus Aldhelmus olim in talibus morbis curandis promptus[1] esset, substitere. Aditis monachis viam et viæ causam exposuere. Pollicentur illi Sancti suffragium, largiuntur consilium. Diem imminere qua Dominica caro triumphali gaudio invecta sit cælo. Datam spem membris omnibus ut sequantur caput, quorum scilicet opera a fide non degeneraverint. Aldhelmum, præcipuum Dei membrum, capitis sui præsentiam operum merito profecto assecutum. Quocirca illi nichil impetratu difficile, probatum id experimentis pluribus. Effundant ergo suplices ad misericordem Sanctum preces, quia proculdubio præsto sit ille omnibus integra fide deprecantibus. Hoc animati oraculo advenæ, quantum valebant homines id generis et scientiæ, hortatibus non defuere. Nec fuisse agrestium infructuosas preces sanitas egroti e vestigio consecuta ostendit. Namque ante altare depositus mox inconditam vultus et oculorum ferotiam amisit, turbulenta illa colla in lenem soporem deposuit. Sic a servitute diaboli emancipatus, et animi libertati redditus, cum ex lenitate verborum sanum sapere comprobaretur, assistentium corda in Dei et Sancti laudem extulit, ora resolvit.

is bound with cords and carried to Malmesbury on the vigil of Ascension day.

The monks advise the bearers of the sick man to supplicate St. Aldhelm in his behalf.

He is laid before the altar, and restored to health.

§ 262. Ejusdem conditionis[2] hominem nervi poplitum contracti in hanc miseriam redegerant, ut omnis ambulationis usus solis niteretur genibus. His squalentes pulvere semitas verrebat, siquando usquam commeabat; his lutosum solum evadebat. Et, quia crura natibus adherebant, exhibebat potius quadrupedem quam homi-

Account of a cripple,

[1] *promptus*] propmtus, A.

[2] *Ejusdem conditionis*] Cf. Faricius, lxxxix. 80, 81.

Part IV. Life of S. Aldhelm.

nem. Videbaturque informe prodigium et, ut ita dicam, carnis offa, quam immaturo fetu projecisset natura. Vix umquam se subrigeret cælo; ita semper inferiora despitiens dampnatus erat solo. Luctabatur ergo cum anima, nec aliud ei erat vivere quam diuturnitas miseriæ. Volvebat tamen sedulo a quo Sanctorum opem imploraret. Alias illum, alias istum potentem. Quosdam in effugandis demonibus valere, quosdam in morbis curandis accurrere, Christum, auctorem omnium, in omnibus præcellere. Id enim tum præcipue rumor ferebat, et res erat apud quendam locum, qui solitario vocabulo Christecerce,[1] id est Christi ecclesia, vocatur, magnas virtutes fieri. Nil adeo molestum hominibus quod non ibi depelleret Christus. Illuc igitur contractus, conducto vehiculo, iter meditabatur. Itineranti pervium Meldunum exhibuit hospitium. Et forte tum accidit ut quartus a festo dies esset, cum recens adhuc de virtutibus Sancti fama ferveret. Nam illa festivitate solito plures eo coacervarat miseros necessitas, et sanatos emiserat beatissimi patris pietas. His debilis acceptis in ecclesiam interim secessit; mane futuro, si votum non successisset, viam repetiturus. Erat tunc Sabbatum, et diluculum expectabatur Dominicum. Mira- [f. 98, a.] que omnino Sancti virtus, mox ut ecclesiæ tectum subivit, debilitate membrorum aliquatenus discussa, sensit nescio quid medelæ per omnes artus cucurrisse. Hoc ille confidentior et ad reliquum alacrior nocturna ibidem protelavit insomnia. Jamque dies aderat,[2] misero plus quam sperare posset allatura subsidium. Monachis pro more per claustrum procedentibus, ille, vacuum chorum eminus intuitus, suffragio scabellorum suffragines movens eo irrepsit. Ita coram altari tota corporis strage volutus, quasi extasim passus, oculis dormitantibus conquievit. Sed tumultu et cantu redeuntium mona-

who, seeking a cure,

stops at Malmesbury on his way to Christchurch, co. Hants,

and is benefited immediately on entering the church. He remains there all night,

and the next day he crawls up before the altar, and having fallen asleep, after awhile he springs up erect.

---

[1] *Christecerce*] xpistecerce, A.

[2] *Jamque dies aderat*] Virg. Æn. ii. 132.

Part IV. Life of S. Aldhelm.

chorum somno excussus, in alacrem saltum repente convaluit. Intuebaturque se intuentes, mirabaturque et ipse de tam inopinata salute. Narrabat ingenua fronte quare venerit, sed ignorabat quomodo tam celeriter erectus fuerit. Credita res est, Deoque laudes retributæ; hospite præsertim exaggerante miraculum, qui eum pridie suscepisset contractum et nunc videret erectum. Rependit sanatus sanatori gratiam, tota in posterum vita in ejus juratus militiam.[1]

Translation of the remains of St. Ouen, archbishop of Rouen [A.D. 640–683], to Malmesbury.

Queen Emma, after the death of Æthelred II., flies to Rouen.

She buys the body of St. Ouen.

§ 263. Illud fuit tempus quo beatissimi Audoeni[2] Rotomagensis archiepiscopi reliquiæ in[3] cenobium nostrum evectæ sunt. Causa evectionis hæc fuit: Emma regina, defuncto Egelredo rege, Normanniam ad fratrem transierat; nichil sibi apud Danos, qui Angliam occupaverant, tutum opinata. Diutile ergo in Rotomago mansitans, cum alios monachos Sancti Audoeni tum secretarium loci muneribus illexerat in amicitiam; ad hoc intendens præcipue, ut beati præsulis sibi venditaret corpus. Sic enim Christianitas viluit, sic cupiditas increvit, ut Sanctorum corpora mercem fatiamus, felices exuvias venum proponentes. Exhorruit primo monachus immane facinus. Postmodum vero addictus[4] necessitate nepotis sui, qui in Frantia captus redemptionem desiderabat, mercimonium quod petebatur exposuit. Opima præda potita mulier, cum, sereniore tempore arridente, redisset Angliam, corpus reliquum Cantuariæ contulit, caput in secreto suo habuit. At vero post multos annos, cum filius ejus Edwardus regnum suscepisset, memoria præteritarum rerum cor regium in matrem excitavit. Nam quia parum in prolem liberalis fuerat cum ipse tenues actitaret annos, jussit omnem mater-

The horror of the author at such traffic.

Emma returns to England, and places the saint's trunk at Canterbury, but retains the head.

Her son, king Edward, despoils her of her goods [A.D. 1043].

[1] *Rependit . . . . militiam*] This sentence does not occur here, but at the conclusion of the following section, after the words notissimos legerit. It is, however, marked (Θ) to be transferred to the place it now occupies in the text, A.

[2] *Audoeni*] On the margin, in the thirteenth century hand, is written: — Nota Qualiter reliquiæ beati Audoeni in cenobium nostrum evectæ sint, A.

[3] *in*] added on margin, A.

[4] *addictus*] interlined, A.

Part IV. Life of S. Aldhelm.

A goldsmith steals the shrine containing the head, and deposits it with his brother, a monk at Malmesbury.

nam supellectilem ad unum nummum expilari. Factumque est; et quidam aurifaber, qui ei a secretis fuisset, scrinium Sancti cum capite surripuit, ceteris interim ad thesauros inhiantibus. Is fratri monacho, quem apud Meldunum habebat, deposuit; nulli aptius quam monacho sacra deleganda ratus. Nec multo post fato satisfatiens, perhennem sui memoriam loco reliquit, quem tantis gazis insignivit. Hæc non ambiguis auctoribus sparsa acceperim, sed eis qui viderint, ætate, fide, scientia plurimum præstantibus. Jam vero, quod de miraculis Audoeni scribere nostri non intersit offitii judicabit, qui grandes libros[1] de gestis ejus, majorum cura editos meritoque suo notissimos, legerit.

On the death of abbot Brihtwold, Herman endeavours to remove his see hither.

But is opposed by the monks, and earls Godwine and Harold.

The prior Brihtric is abbot for seven years.

William I. deposes him, and substitutes Turold, a monk of Fecamp.

He, however, consoles Brihtric by making him abbot of Burton [co. Staff.].

Turold translated to Peterborough [A.D. 1070], which is infested by Hereward.

The king places him there on account of his military abilities.

§ 264. Interea Brihtwoldo abbate,[2] ut prædiximus, defuncto, Hermannus episcopus vacantem abbatiam sede sua implere cogitavit.[3] Sed prævenerunt conatum ejus monachi, fautoribus Goduuino et Haroldo comitibus. Quorum qui princeps Brihtricus, ex præposito factus abbas, septem annis gloriosissime cenobio præfuit. Sed ex comite Normanniæ Willelmus factus rex Angliæ Turoldum quendam, Fiscamnensem monachum, qui eum magnis demeruerat obsequiis, viventi Brihtrico intrusit. Veruntamen postmodum rem perperam factam intelligens, dolensque se ambitione festinantis circumventum, dono abbatiæ de Burhtuna exulantis dampnum consolatus est. Idem Turoldus, dum tirannidem in subjectos ageret, ad Burh a rege translatus est, abbatiam opulentam, sed quæ tunc a latrunculis, duce quodam Herewardo, infestaretur, quia inter paludes sita erat. 'Per splendorem,' inquit, 'Dei, quia magis [f. 98, b.] 'se agit militem quam abbatem, inveniam ei comparem, qui assultus ejus accipiat. Ibi virtutem suam 'et militiam experiatur, ibi prælia proludat.'

---

[1] *grandes libros*] Cf. Acta SS., Aug. 24, where these lives are printed.

[2] *abbate*] modo crossed through, and abbate interlined, A.

[3] *cogitavit*] Cf. lib. ii. § 83.

Part IV. Life of S. Aldhelm.

§ 265. Huic substitutus est Warinus de Lira monachus, vir efficax, in hoc maxime quod monachos regulæ insueverit. Ceterum alias ecclesiæ non multum utilis, quia majoris spe honoris præceps raptaretur. Quapropter idoneus monachorum marsupia evacuare, undecumque nummos rapere. Sed non ita cupide parta abscondere, quinimmo et citra et ultra mare res ecclesiæ dilapidare, ut majorem locaret apud potentes gratiam, et apud eos, qui eum olim pauperem vidissent, compararet jactantiam. Is, cum primum ad abbatiam venit, antecessorum facta parvipendens, tipo quodam et nausia Sanctorum corporum ferebatur. Ossa denique sanctæ memoriæ Meildulfi et ceterorum qui, olim ibi abbates[1] posteaque in pluribus locis antistites,[2] ob reverentiam patroni sui Aldhelmi se in loco tumulatum iri jussissent, quos antiquitas veneranda in duobus lapideis crateris ex utraque parte altaris, dispositis inter cujusque ossa ligneis intervallis, reverenter statuerat; hæc, inquam, omnia pariter conglobata velut acervum ruderum, velut reliquias vilium mancipiorum, ecclesiæ foribus alienavit. Et ne quid impudentiæ deesset, etiam sanctum Johannem Scottum, quem pene pari quo Sanctum Aldhelmum veneratione monachi colebant, extulit. Hos igitur omnes in extremo angulo basilicæ Sancti Michahelis, quam ipse dilatari et exaltari jusserat, inconsiderate occuli lapidibusque præcludi præcepit. Contumeliam facti gravavit jocularis dictum convitii. 'Qui modo,' inquit, 'melius potest, auxilietur 'aliis.' O tempora, O mores! Quis digno improperio tantam persequatur audatiam! Quanta hominis impudentia! Quod beatissimus Dunstanus et ceteri sapientissimi et religiosissimi viri vel fecerunt ipsi vel permisere fieri, nos nugaces et ad ludibria nati destruemus? Sed cohercebo stilum, frenabo spiritum; quia et[3] ipse

Warin, a monk of Lire, made abbot of Malmesbury.

He spends the monastic revenues in extending his own influence.

Turns the relics of St. Meildulf and other abbots out of the church;

and has them hidden away in a corner of St. Michael's.

He partly atones for his mis-

[1] *ibi abbates*] abbates ibi, with mark of transposition, A.

[2] *antistites*] written on the margin, A.

[3] *et*] interlined, A.

Part IV. Life of S. Aldhelm.

conduct by his great reverence for Aldhelm, in whom however he had previously disbelieved.

magno in Sanctum Aldhelmum obsequio offensam ceterorum vel lenivit vel delevit. Cujus tamen sanctitatis ambiguus et incertus primo fuit, quia non ejus votis ad miraculorum exhibitionem famularetur. Veruntamen occurrit labanti pietas Sancti, ut dubietatis nubilum depelleret, certitudinis lucem infunderet, hoc facto:

Miracle.

A fisherman of the Isle of Wight

§ 266. Quidam[1] Wehtæ insulæ indigena arte piscandi victum transigebat. Apud suos, qui ejusdem artis essent, non ignobilis honestam supellectilem domi conflaverat. Hic igitur dum una dierum consueto insudaret muneri, flatu ex adverso spirante, densissima coorta nebula os oculosque remigantis opplevit. Ita prospectu adempto, primo quidem risit, subitam diei caliginem cito recessuram opinatus. Sed magis magisque crassescentibus tenebris veram cecitatem intelligens, miseriam suam sotiis per oram littoris idem negotium agitantibus clamore pronuntiavit. Illius ergo calamitas ceteris indixit piscandi ferias; dimissaque præda quam ceperant, omnes uno nisu ad eum litori restituendum laborant. Expositus ripæ ad manus tractus domui sistitur. Res acta materiam sermoni dedit agrestium. Conferunt inter se et multa ventilant, quis fuerit ille flatus fortuitus vel diabolicus, qui insonti piscatori diem eripuerit, noctem adduxerit. Ille, lumine obducto, ad singula illacrimans, fortunarum suarum medelam indefessus sciscitabatur. Responsum est humanum desperari auxilium, ad Dei et Sanctorum patrocinium confugiendum. Id adeo peroportune in ecclesia Christi, de qua supra dixi,[2] posse fieri; quæ ab ea insula in continentem minimo trajectu abest. Probato consilio, cecus cum sotiis conscendit lembum, quem pari moderamine nisus remigiorum et prosperitas ventorum continuo alteri ripæ intulit. Ibi ergo perpetuo triennio cecus sanitatem

is struck blind while pursuing his avocation at sea.

His boat brought to land by his companions.

They advise him to seek divine aid,

and row him to Christchurch for the purpose.

He remains there for three years in vain,

[1] *Quidam*] On the margin of A., in the hand of the thirteenth century Nota miraculum. Cf. Faricius, lxxxix. 81, 82.

[2] *supra dixi*] Supra, lib. v. § 262.

Part IV. Life of S. Aldhelm.

desiderans trivit operam. Differebat Dominus Jhesus salutem, ut irritaret ardorem, essetque remedium jam tandem acceptum eo gratius, quo fuisset dilatum diu-
[f. 99, a.] tius, et desideratum molestius. Consumpto triennio, procul ambagibus, monuit eum[1] per somnum cælestis visio, ut, si cordi esset sanitatem recipere, Meldunum non pigritaretur pergere. Ille lætæ spei plenus, prorumpente in lucem die, fortunatis successibus institit. Comiteque prævio, qui titubantes gressus regeret, ad locum venit. Ubi per .vii. moratus dies, divinum operiebatur promissum; interimque precario victu monachalis elemosinæ sustentabat inopiam. Advenerat dies Dominicus, idemque octavus, cum ille in ecclesia, crucifixo prostratus, non se vana somniasse persensit. Sereno luminum recepto, erumpenteque et distillante ex oculis sanguine, sicut, mulgentibus mulierculis, solet ex uberibus pecudum copiosi lactis linea profluere. Laxat homo[2] clamorem in gaudium; postulatoque vase, ne sacrum pavimentum cruoris sentiret injuriam, quod defluebat excepit. Factum illud, coram civili populo, palam monachis omnibus, magno apud Normannos ad honorificentiam Sancti fuit incremento. Insulanus, contempto quo periculum oppositum temptabat baculo, viam expeditus regrediens, consuetos lares repetiit.

and is then warned in a dream to go to Malmesbury.

He proceeds thither,

and recovers his sight.

The miracle procures Aldhelm great respect among the Normans.

The fisherman returns home.

§ 267. Hoc viso,[3] cum nichil abbati excusabilis cunctationis esset reliquum, ad colendam pretiosissimi confessoris honorificentiam suæ mentis excitavit industriam. Quia enim, temporum turbine sedato, nichil hostile metuebatur, visum est rationi convenire, ut Sanctus claustrum egrederetur[4] lapidum, in quod inclusus fuerat pro timore Danorum. Indignumque erat, ut ossa lapis in solum premeret, quæ miraculorum gloria in cælum

Abbot [Warin] determines to bring forth Aldhelm's remains, which had been hidden for fear of the Danes,

---

[1] *eum*] interlined, A.

[2] *homo*] At first ille, but crossed through, and homo interlined, A.

[3] *Hoc viso*] In the margin of A., in the thirteenth century hand, Nota translationem secundam.

[4] *egrederetur*] At first eluctaretur, but elucta- crossed through and egrede- interlined.

Part IV. Life of S. Aldhelm.

and to place them in the shrine.

He enjoins a three days fast preparatory to the celebration of the saint's translation.

He is assisted in a preliminary examination by Serlo, abbot of Gloucester;

and by a monk named Hubert, who was suffering from an internal disease,

but who is cured by the smell of the saint's relics.

Osmund, bishop of Salisbury, officiates at the translation,

and the bones are placed in the shrine.

Number of miracles performed there, of which the author will recite a selection.

efferret. Intendebat igitur, ut mausoleo eruta locarentur in scrinio. Et, ut res religiosa ordinatius procederet, triduanum provintialibus indictum jejunium. Tum ipsa die Pentecostes, adjuncto sibi Serlone[1] abbate Gloecestrense, accedens ad tumulum impedimenta sustulit, lapidem summovit. Conspectoque interius quod et ossuum constaret integritas, et res vera narrationi monachorum faveret, iterum usque in octavum reclusit diem, quo ejus expectabatur natale. Paschalis enim lunæ varietas festum circumagens, modo ante Pentecosten, modo post celebrari compellit. Aderat[2] spectaculo, adjutor operis et collevator oneris, monachus, Hubertus[3] nomine, antiquo intraneorum laborans incommodo. Tunc quoque solito gravius inhorruerat, cum curiosius inspectantem reliquiarum flagrantia, in ora reverberans, retro compulit. Ex odore salus per ossa cucurrit, et penetratas medullas infecit. Nichil[4] ulterius monachus usque ad diem sensit obitus, quod quateret vitalia, quod turbaret viscera. Quod cum illius crebra relatione claruerit,[5] tum præcipue ceterorum, qui eum sepe antea gravedine morbi pene anima periclitatum vidissent. Sequenti ergo Dominica, ascito viro venerabili Osmundo Serberiensi episcopo, ceptæ rei manus suprema imposita, ossa in scrinio decenter immissa, letitia plebi effusa. Ex quo die tot ibi facta miracula, quot scribendis nulla facultas eloquii suppetet, quæ vel sub oculis sunt[6] fusa vel privatis necessitatibus sensa. Quorum hic sub ope Christi aliqua ponemus, quantum operi suscepto congruere videbimus. Facta

---

[1] *Serlone*] Cf. lib. iv. § 155. Serlo, a monk of St. Michael's in Normandy, was made abbot of St. Peter's, Gloucester, 29 Aug. 1072, and died 4 Mar. 1104.

[2] *Aderat*] In margin of A., in the hand of thirteenth century, Nota miraculum.

[3] *Hubertus*] Cf. Faricius, lxxxix. 84.

[4] *Nichil*] At first Nichil sensit, but the latter word crossed through, A.

[5] *claruerit*] clar crebruerit, A.

[6] *sunt*] interlined, A.

Part IV. Life of S. Aldhelm.

The date of this second translation A.D. 1078.

est autem hæc secunda translatio, postquam a beato Dunstano reconditus fuerat, anno nonagesimo secundo; post transitum ejus trecentesimo sexagesimo nono; ab Incarnatione Domini millesimo septuagesimo octavo; post adventum Normannorum x^mo^iii^tio^.[1]

A citizen of Cologne slays his brother.

§ 268. Colonia[2] est civitas maxima, totius Germaniæ metropolis, conferta mercimoniis, referta Sanctorum pa-
[f. 99, b.] trociniis. Hujus urbis civis infortunio magis quam industria fratricidii reus multis annis occuluit factum, quod esset clam hominibus. Sed enim, ut Augustinus ait, 'mens mali conscia ipsa sibi tormentum est, antici-'patque vivens mortuorum suplitia.' Depascebatur ergo miserum animum labes reatus, et præsentes imaginabatur inferos. Quapropter tandem[3] aliquando exulceratæ conscientiæ vulnera detexit medico, Annoni ejusdem urbis archiepiscopo, viro in primis severo. Qui, cum in reum, quantum atrocitas facti exigebat, invectus esset, lenes ammonitiones adjecit. Preclare et evangelico exemplo, ut primo vinum vulnerato infunderet,[4] quo purulentos recessus ablueret; deinde oleum adiceret, ut spe remissionis peccatorem leniret. Septennem igitur penitentiam indixit, ut Sanctorum ecclesias circuiret, ferro brachia et ventrem vinculatus. Lorica ventrem, lancea brachia vestiret, quæ parricidiali ausu cognatum hauserat sanguinem; ut quæ fuerat auctor ad culpam esset punitrix ad pænam. Inediæ et taciturnitati assuesceret, spe boni graves labores falleret, et attenuatione vitiorum feneraretur congeriem virtutum.[5] Duraret ergo, futurum olim ad gloriam quod interim præsumebat ad veniam, futurum ad præmium quod nunc erat ad suplicium.[6] Facit imperata penitens, cruces

He conceals the fact, but suffers dreadful pangs of conscience.

At length he confesses to Anno II., archbishop of Cologne [1055-1075], who reproves him, and enjoins a seven years' penance,

that he should visit the shrines of the saints with the breastplate and fatal lance chained upon him.

---

[1] *Normannorum x^mo^iii^tio^*] Faricius's Life of St. Aldhelm ends here.

[2] *Colonia*] In the margin of A., in the hand of the thirteenth century, Nota miraculum.

[3] *tandem*] sero vel tandem, but the first two words crossed through, A.

[4] *infunderet*] At first ad–, but ad– crossed through, and in– added on margin, A. Cf. S. Luc. x. 34.

[5] *et attenuatione . . . . virtutum*] interlined, A.

[6] *futurum . . . . . suplicium*] interlined, A.

Part IV. Life of S. Aldhelm.

He goes on a pilgrimage to Rome and Jerusalem, not yet opened up by the crusaders,

and all over Europe, encountering various perils.

At length he visits Malmesbury, obtains pardon,

and his arms are miraculously freed from the chains.

præterea nonnullas aditiens, quadamque hostilitate vim corpori suo ipse consciscens. Romam adiit, Ierosolimam penetravit. Magnum et insigne tunc temporis facinus aggressus, quia nondum semitas illas Christianorum nostrorum virtus pervias fecerat. Ibi, dum vix admissus ante sepulchrum oraret, lorica in fragmenta Dei virtute dissiluit. Regrediens totam circuivit Europam, multis periculis terra marique jactatus.[1] Laborum meta fuit cenobium nostrum expetitum. Eo loci, dum pronus ante beatum confessoris mausoleum jaceret, veniam emeruit. Pulsabat violentia orationis cælum, intravit sidera, traxit a Superis auxilium. Vincula brachiorum evoluta sunt; ferrum altius excussum et longius .xv. pedibus projectum; pænitens anima languente estuavit. Sed ubi latice aspersus frigido resumpsit, Deo laudes, Deo grates, omnibus qui aderant concinentibus, persolvit. Nec vero de miraculo dubitare poterant, cum eum antea multis diebus stipe monachorum pastum et dirissime vinculatum nossent.

Miracle to Folkwine, a deformed youth.

His sufferings at the hands of the incredulous.

§ 269. Interea patientiam lectorum turbare non debebit, si uniforme miraculum in diversa persona exhibitum diversi stili tenore apponam. Recenter factam sanitatem in claudo, qui esset ætatis provectæ, descripsi; nunc idem subitiam de puero. Folkwinus pusioni nomen, quem imperfectum alvus materna effuderat. A superiori parte ad cingulum homo, et quod non descri[bendum et][2] cetera vel quadrupes, vel nescio quid enuntiem, erat. Suræ crurum, flexibilitatem naturalem negantes, ita pertinaciter adherebant natibus, ut divelli nequirent. Denique quidam, quos aut livor aut incredulitas agitabat, manus immittebant, ut dividua facerent. Quo miserum puerulum ingenti affitiebant incommodo, qui, horrendos stridores eitiens, seva pulsatoribus imprecabatur. Vide-

---

[1] *terra marique jactatus*] Cf. Æneid. i. 3.

[2] *et quod non . . . . et*] interlined. On the margin, in the thirteenth century hand, Nota miraculum, A.

Part IV. Life of S. Aldhelm.

bant enim innocentem, curis vacuum, cachinnis et ludorum frequentiæ inhiare; herebantque incerto, an pedagogi documento contractionem fingere nosset, ut eo commento majusculam stipem miserantibus detraheret. Veruntamen cum, ut dixi, fuisset irrita temptatio, credulitati et miserationi aliorum accesserunt. Addiderat ille ad duo lustra vel .iii^s^. vel .iiii^or^. annos; quanto ætate provectior, tanto obstinatius rigescentibus nervis ambulandi impotentior. Maximeque urbicis, nam apud [f. 100, a.] Meldunum pascebatur a monachis, miserationem movebat, quod si quolibet reptare intenderet, luto viarum crura impeditus loco hereret. Palpitabatque in ceno, et replebat auras quæstibus, quoad aliquis miseratione infractus miserum ulnis efferret. Hanc invisi rigoris compagem Aldhelmus post duos annos revelationis secundæ dissolvit. Jacebat in natali ejus, quod die primo Pentecostes fuerat, sed procrastinatum servitium die secundo fiebat; jacebat, inquam, puer retro chorum, lenemque carpebat per membra soporem.[1] Monachi, nocturnis expeditis, laudes matutinas ingressi fuerant. Cantabatur versus:

He excites the commiseration of all who see him.

Cured by St. Aldhelm, A.D. 1080.

He lies down behind the choir in the church, and falls asleep.

The monks enter and sing matins.

'Ad sacrum[2] cujus tumulum frequenter
'M[embra] l[anguentum] modo s[anitati,]
'Q[uolibet] m[orbo] f[uerint] g[ravata,]
'Restituuntur.'

Videt interim ille personam sibi clementer assidentem, quæ nec staturam justam excederet et minimos superexcelleret. Mento et crine cano, vultu qui nichil minaretur asperum, sed polliceretur commodum, vestitu et

He sees a kindly person sit down beside him,

[1] *soporem*] Cf. Æneid. iv. 522; viii. 405–6.

[2] *Ad sacrum*] Ad sacrum cujus tumulum frequenter m. l. m̊. s. q. m. f. g. restituuntur, A. This is the third stanza of the hymn *De Confessoribus*: see Daniel, Thesaurus Hymnologicus, i. pp. 248–9. Early MS. copies of the hymn occur in Brit. Mus. Add. MS. 23,922, f. 90. xiith cent., and MS. Cott., Julius A. vi. f. 67 b.; this last a fine MS. of the xth century, in which the hymn occurs in prose order, and with an Anglo-saxon translation interlined.

Part IV. Life of S. Aldhelm.

who strokes his limbs.

The spectators behold them gradually straightened.

The youth wakes up cured.

baculo qui pontificem simularet. Hæc igitur, ut dixi, assidens, cruscula videbatur leniter palpata sensim[1] in directum ducere, et naturæ restituere. Et pulcrum in modum cernebatur ab astantibus dormitans crura extendere, audiebantur nervi crepitare, sicut tumultuantur digitorum juncturæ, quando aliquis manus suas violentius conatur protendere. Miraculo ergo vocibus monachorum consono, somno excitatus in pedes Folcuuinus consistit, facili conatu, mirabili visu. Continuoque lætitia puerili, constantia virili, cursu incepto, ante altare procumbit. Tum populus miraculo plaudens certatim accurrere, oblationes sanato conferre, Sancto accumulare.

The people overjoyed at the miracle.

An account of it sent to the abbot, who was absent at the royal court.

Archbishop Lanfranc orders that Aldhelm shall be held as a saint, and an annual fair is instituted on his festival.

Hoc signum tantum habuit miraculi[2] ut abbati, qui absens in curia regis esset, litteris citatis[3] illud ingererent monachi. Quas cum ille Lanfranco archiepiscopo monstrandas putasset, vir illustris scientiæ, merita confessoris ex prodigio metiens, legem in totam promulgavit Angliam, qua eum incunctanter haberi et coli pro Sancto præciperet. Statimque annuales ad festum ejus institutæ sunt nundinæ, ut quos non invitabat confessoris sanctitas vel mercium advocaret[4] aviditas.

Osmund, bishop of Salisbury, begs for some of his remains.

Illud fuit tempus quo vir reverentissimæ vitæ Osmundus, ejusdem diocesis episcopus, reliquias Sancti flagitabat. Decere putans et prædicans, ut probatissimi antecessoris communicaret exuviis, cujus sedem impleverat. Fructuosum id sibi, gratum Sancto, qui parvo integritatis suæ dispendio novos honores, magnos favores mercaretur.

Abbot Warin gives him the bone of St. Aldhelm's left arm,

which he places in a siver coffer.

Sed nec abbas Warinus difficilis fuit impetratu, qui se ad consentiendum ratione duci videret. Datum itaque præsuli os brachii sinistri, quod ille maximo semper habuit et amori et honori. Denique

---

[1] *sensim*] interlined, A.

[2] *miraculi*] momenti, but crossed through, and miraculi interlined, A.

[3] *citatis*] interlined, A. On the margin, in the thirteenth century hand, Nota de Nundinis.

[4] *vel mercium advocaret*] advocaret vel mercium, A. (a b c)

Part IV. Life of S. Aldhelm.

opera sumptuosa et arte studiosa thecam paravit argenteam, qua illud induceret. Aderat[1] dies Omnium Sanctorum, operi destinatus, cum inter agendum memoriam præsulis subivit archidiaconi sui Everardi[2] valitudo, qua ille medullitus decoctus decumbebat. Mandatum ergo viro, ut se quolibet ingenio ad ecclesiam promoveri faceret. Paret eger, locumque adit; famulis in dominum ut in corpus exanime succollantibus.[3] Neque enim ipse per se vel pedem vel quodlibet membrum præter linguam naturali posset movere obsequio. Pallorem vultus et debilitatem corporis totius perspitiens, episcopus nonnichil a spe sanitatis ejus defecit.[4] Sed mox ad cor regressus, præteritarum virtutum fomite[5] fidei rapuit flammam. Quin et in pectus egroti adhortationibus suis credulitatis scintillas excussit,[6] ne dubitaret se Sancti virtute posse sanari. Effectus ergo rei addidit robur fidei; et utrique studiis suis convenientem exitum sortiti sunt. Alter sacrati ossis intinctu conditum porrigendo laticem, alter cum potu pariter glutiendo salutem. Quæ ut ambiguitate carens testatior esset, ad eandem missam super Alleluia cantitantes vocale organum qua excellebat arte insonuit. Non impar socrui Petri, quæ Domino sanatori exhibuit sedulitatem obsequii; nisi quod illa precibus aliorum sanitatem meruit, iste fide sua exegit.

Severe illness of his archdeacon, Everard.

He is carried to the church on All Saints' day, to be present at the ceremony,

[f. 100, b.]

and is miraculously restored to health.

§ 270. Ejusdem antistitis alter erat archidiaconus Hubaldus, vir qui liberalium artium non exiguum experimentum cepisset, sed pro titubantia oris parum eas audientibus expediret. Hic familiarem clientelam Sancto

Another of his archdeacons, named Hubald, afflicted with stammering.

A great devotee of St. Aldhelm.

---

[1] *Aderat*] Nota miraculum, on the margin of A., in the thirteenth century hand.

[2] *Everardi*] Made bishop of Norwich, A.D. 1121.

[3] *in dominum ut in corpus exanime succollantibus*] written upon an erasure; the in before dominum and before corpus interlined, and the transposition of the words succollantibus exanime indicated, A.

[4] *defecit*] At first elanguit, but crossed through, and spe defecit interlined, A.

[5] *fomite*] —rapuitque in fomite flammam, Æneid. i. 176.

[6] *scintillas excussit*] —scintillam excudit, Æneid. i. 174.

Part IV. Life of S. Aldhelm.

He suffers excruciating pains in his neck and shoulders, but is cured by touching the bier.

devoverat, quod, quondam Melduni in festivitate positus, ejus opera de gravi morbo sanatus fuerat. Namque[1] cum infesto colli et scapularum dolore premeretur, qui somnum negaret, cibum subtraheret, solo tactu feretri, quod cernuus subierat, sanitatem, ut sic loquar, furatus est. Hunc enim morem frequentant æditui, ut post processionem ita ex transverso valvarum coaptent scrinium, ut, nisi humiliato corpore, nullus patentem invadat ingressum. Ibi quisquis fide plenus accesserit, quodcunque optat, rapit; nec fere umquam aliquis exsors voti recedit. Certat audax fides offerentium, ut pro uno nummo vel obolo feneretur apud Sanctum multorum summa votorum.

While staying at Salisbury his pains increase.

Idem ergo archidiaconus Hubaldus, Salesberiæ manens, eadem qua superius egritudinis molestia ingemiscebat. Excesseratque antiquas metas dolor, ut non solum collum et scapulas, sed et brachium usque ad extremitatem unguium tam pervicaciter urgeret, ut nec manum ad os ducere nec cuilibet usui aptare prævaleret. Erat tunc dies Ascensionis, quo per totam Christianitatem paratur processio accurate sollemnis.

St. Aldhelm's arm brought forth on Ascension day.

Proferuntur reliquiæ ex conditoriis; statuitur brachium beatissimi Aldhelmi ferendum cum ceteris. Visio brachii oscitantem archidiaconi roboravit fidem, dormitantem revocavit memoriam, ut ejusdem cujus quondam merito se liberandum ab eodem confideret incommodo.

Hubald asks the bishop to allow him to carry it in the procession.

Episcopum ergo suplicibus ambivit precibus, ut esset per processionem lator brachii, quamvis id parum sui interesset offitii. Credere se, quod piæ sarcinæ vectatio ad promerendam salutem magno accederet emolumento.

The bishop hands it to him.

Ille tantæ fidei gratulans, simulque magnopere sanitatem ejus[2] desiderans, qui et ejus necessarius et non perfunctorie, ut dixi, esset litteratus, sua manu de altari sullatum illi commisit bajulandum.

---

[1] *Namque*] On the margin of A., in the thirteenth century hand, Nota miraculum.

[2] *ejus*] interlined, A.

Part IV. Life of S. Aldhelm.

All his pains vanish immediately upon his touching the saint's arm.

Incredibile[1] fortassis videatur quod dicturus sum, nisi nobis in talibus Aldhelmi operibus assuetis. Statim quippe ut archidiaconus infirmæ manus digitos ad contingendas reliquias aptasset, dolor brachii diffugit, digitorum usus in solitum emicuit,[2] gravedo scapularum evanuit, male sana superbia colli resedit. Jamque dicturientem, jamque in vocem gestientem, prævenit interrogatio episcopi, quid ita vultu renideret? Respondit Hubaldus favorabilia, quantum illa permittebat lætitia, diu in laudes effusus, diu in præconium Sancti moratus.

Aldhelm's sanctity shown by his not disdaining to perform minor cures.

Hæc sunt Aldhelmi opera cotidiana, hæc sunt virtutum ejus proludia. Quæ si parva quis dixerit, sic quoque laudabilis patris nostri pietas apparebit, quem [f. 101, a.] videmus non fastidientem in minimis, cum sciamus eum potentem in maximis. Quanquam haud scio an inferioris virtutis sit cotidie exhibere facilia, quam semel ostentare pergrandia.

Godefrey, a monk of Jumiéges, succeeds Guarin as abbot [A.D. 1081].

He adorns the church, and institutes a library;

in which the author had assisted him.

§ 271. Defuncto abbati Guarino successit statim ad .xv. dies Godefridus, qui fuerat Gemmeticensis monachus. Ejus tempore et industria multum adolevit honos ecclesiæ. Aucta religio. Ornamenta facta perplurima, quatinus tantulæ facultatis homo tam occupato tempore poterat. Libri conscripti nonnulli, vel potius bibliothecæ primitiæ libatæ. Quod studium si prædico, videor id quodam meo proprio jure facere, qui nullis majoribus in hoc præsertim loco cesserim, immo, nisi quod dico jactantia sit, cunctos facile supergressus sim. Sit qui modo parta conservet; ego ad legendum multa congessi, probitatem prædicandi viri in hoc duntaxat emulatus. Ipsius ergo laudabili cepto pro virili portione non defui; utinam sit qui labores nostros foveat. Monachi, qui vulgares tantum litteras balbutiebant,

---

[1] *Incredibile*] On the margin of A., in the thirteenth century hand, Nota Miraculum.

[2] *digitorum usus in solitum emicuit*] interlined, A.

Part IV. Life of S. Aldhelm.

Great benefits to the monks, and glory acquired by the monastery from the library.

Amiability and temperance of the abbot.

perfecte informati. Servitium Dei institutum liberaliter, actitatum instanter; adeo ut[1] monasteriorum per Angliam nullum Malmesberiensi excelleret, multaque cederent. Aderat ipse in primis, discedebat cum ultimis. Civilitate demulcens bonos, austeritate territans reos. Ad iram pronus, sed quam dulci responsione[2] vel compescere vel frangere statim posset ipse, qui excitasset. Frugalitate sobrius, et, ut dicebatur, nimius; ut qui, sepe quantum ad se uno contentus ferculo, non temere nisi semel inter prandium et cænam biberet. Lautitiarum appetentissimus, ut qui nichil nisi exquisitissime[3] accuratum mensæ suæ inferri pateretur, dictumque inurbanum vel factum severissime coherceret.

His abbacy disgraced by one great crime.

He allows the church to be despoiled to pay tribute to William II.

Integerrimi post abbatiam celibatus, antea nonnulla infamia respersus, uno et ipso immani commisso infamis.[4] Nam, cum Willelmus rex junior importabile tributum indixisset Angliæ quo Normanniam a fratre Rotberto intendebat emere, Godefridus, ut suam partem ex facili componeret, thesauros ecclesiæ, quos antiquorum cura coacervarat, fede distraxit, pessimorum usus consilio; quos nominare possem, si peccantum societas crimen alleviare posset magistri. Enimvero

—'facinus quos inquinat, æquat.'[5]

Twelve copies of the Gospels, eight crosses, and eight shrines stripped of their silver and gold,

but only very little money made by it.

Denique die uno .xii. textus Evangeliorum, .viii^to^. cruces, .viii^to^. scrinia argento et auro nudata et excrustata sunt. Sed pulchre contigit, quod penuria cupiditatem frustrata non suffecit voluntati. Quippe non plusquam .lxxii^ae^. marcæ repertæ.

The abbot sees a terrible vision,

At vero nocte sequente visus est videre hominem terrifico vultu et gestu in se impetum facere, et aquam præfervidam cum urceo in faciem jacere. Quo

---

[1] *ut*] interlined, A.

[2] *responsione*] MS. Harl. 356, f. 224, l. 7. respon–, A., the word being left imperfect at the end of the line.

[3] *exquisitissime*] exqtissime, A.

[4] *Lautitiarum . . . infamis*] Uno et ipso immani c . . . . Integerrimi b post . . . Lautitiarum a . . . ., A.

[5] *—facinus quos inquinat, æquat.*] Lucan, Phars. v. 290.

Part IV. Life of S. Aldhelm.

terrore somno excussus, brevi consecuta pæna veritatem somnii persensit. Siquidem primo fatiem, mox totum corpus morbo nefando, morbo regio correptus extabuit. Non illo qui mitior, sed illo qui ceteris deformior, pustulis per totum corpus protuberantibus, ex humorum pessima melancolia procedit. Familiari et omnibus consueta Sancti consuetudine, ut diu quidem injurias portet, sed, cum semel decreverit non portare, injuriatorem suum toti mundo spectaculum exponat. Id in multis factum risimus, in multis fatiendum anhelante spe præsumimus.

and is smitten with the most malignant form of king's evil.

In defuncti corpore inventus est circulus æreus, qui totum ventrem ambierat; jamque cute superducta, vitalia ipsa penetraverat. Qui cum pro miraculo efferretur populo, processit monachus, qui fuerat a secretis, dicens ferreum circulum, eodem modo impactum, non multo ante virtute divina effractum. Quapropter æreum appositum, quod ejus generis metallum sit perpetuum. Factum eo consilio ut gulæ metam immitteret, ut, si venter protenderetur ultra modum solitum, non esset [f. 101, b.] voluptas sed suplitium. Se sacramento astrictum, ne proderet, quamdiu ille vitalibus auris frueretur. Sed quia nichil tam bene fit, quod verbis depravari non possit, quidam illud malignis versibus carpsit, ita:

A brazen ring found under the skin round his body after his death. [A.D. 1105.]

A monk accounts for its being there.

'Mortificare decet vitiis carnalia membra;
'Non decet ut ferro mortificentur ea.
'Hunc naturali decuisset morte resolvi;
'Quam quia prævenit, est homicida sui.'

Verses composed by an enemy in reference to the ring.

Cui totidem versibus responderi potest:

Immo decet quocunque modo cohibere cadaver;
Hoc exempla docent, hoc tenet alma fides.
Nec voluit ferro properam consciscere mortem,
Ferrea sed vitiis ponere frena suis.

A reply.

Hujus abbatis diebus non vacavit a miraculis confessor pretiosus; immo eo magis, ut videbatur, coruscabat, quo illis favorabili arridebat gaudio vir industrius. Quorum duo, quæ ponam, meam anticipaverunt memoriam; cætera et vidi et vidisse juvat.

Numerous miracles during Godefrey's abbacy.

The author recounts two of them from hearsay, of the remainder he was an eye-witness.

Part IV. Life of S. Aldhelm.

Miracle performed on a woman of middle station,

§ 272. In vicino[1] mulier commanebat, quam non ita natales sordidaverant ut penitus plebeia esset, nec ita extulerant ut altum saperet. Sed mediocris sanguinis fortuna mediocrem quoque supellectilem ministrabat. Ea, post emensos pubertatis annos parilem sortita jugalem, sedula viri conciliabat amorem, morum æqualitate, fatie non aspernabili, fecunditate alvi. Delectabat eos mediocritas sua; nec quicquam erat quod plus cuperent, quibus adesset et concordia mentium et sanitas corporum, tum porro affluentia victualium. Sed ut fere semper fit in rebus mortalium, interpolavit illa gaudia ægritudo feminæ, quæ, contractis in toto corpore nervis,[2] primo per domum testudineo gradu repens, mox lecto prona decubuit. Hoc morbo decocta quinquennio, quicquid necessariorum domum corrasisse videbatur, vel in stipem vel in medicos consumpsit. Cumque frequentem exhaustionem nulla suppleret adjectio, ad inopiam etiam diurni panis domus quondam accurata defecit. Quocirca fames advena, veteribus deturbatis colonis,[3] novos induxit. Dedit ergo repudium feminæ maritus infidus, et transfuga conjugalis affectus, qui vilem haberet fidem, parvipenderet amorum consuetudinem. Ita, illo migrante et fedo mercimonio domos suas causa cibi oppignorante, aliena sustentabatur misericordia mulier egra. At vero Deus clementi eam tandem respectans oculo, tali per visum confortavit oraculo: 'Si vis sanitatem re-' cipere, vade ad Meldunense monasterium, ibi per Sancti ' Aldhelmi merita quod petieris impetrabis.' Illa vocem auditam, cujus auctorem non vidisset, ad omen bonum interpretata,[4] excussit soporem, agilique motu membrorum multum priori gravedini decessisse gavisa est. Defunctamque se malis existimans, fidem somnii explorare

who married and lived contentedly on sufficient means near the monastery.

She becomes contracted in her limbs, and is bedridden for five years.

She and her family reduced to poverty by the expenses incurred.

Her husband deserts her.

The sick woman supported by charity.

She is warned by an oracle from God to go to Malmesbury.

---

[1] *In vicino*] On the margin of A., in the thirteenth century hand, Nota miraculum.

[2] *nervis*] mervis, A.

[3] *veteribus deturbatis colonis*]—veteres migrate coloni, Eclog. ix. 4.

[4] *ad omen bonum interpretata*] interlined, A.

Part IV. Life of S. Aldhelm.

contendit. Ita,[1] temptato[2] per ambitum domus gressu sed parum promovente, carpento imponitur ad abbatiam trahenda. Illuc ergo paucis diebus ante festum venit, in spem bonam erecto animo. Moxque, quamlibet confertam perrumpens multitudinem, et ante altare cubitans, perfectam sanitatem a Sancto reposcebat, cujus et sponsionem ex somnio, et arras ex membrorum motu acceperat. Nec illi precum violentia et inconditus clamor fuit fraudi; sed apud homines laudi, apud Deum et Sanctum celeri et integræ saluti. Qua potita, tot habuit [f. 102, a.] non simulati miraculi testes, quot fuerunt vel e vicino cives vel e longinquo agrestes. Ea postmodum feliciter et diu vivens legalis juditio placiti desertorem conubii in amplexus suos transduxit. Libens quoque ille legem accepit, quod uxor nulla umquam penuria, nulla cujuslibet petulantis instantia pudicitiam prodidisse audiebatur.

She arrives there, lies down before Aldhelm's altar, and is cured.

She institutes proceedings against her husband for restitution of conjugal rights.

§ 273. Ejusdem,[3] immo gravioris, contractionis miseriam patiebatur citra nubiles annos puella, Pukelicerce, quæ dicitur, villæ indigena. Siquidem spinam curvata dorsi, genas pene in genibus habebat. Tum præterea genua flexa quasi in conum, nec scabellis, ut plures id genus debiles, repere, nec quoquam, nisi alterius manibus subvectaretur, progredi poterat. Sextus erat ægritudinis, duodecimus ætatis annus.[4] Accreverat cum ætate debilitas; dimidiaverantque dies puellæ salus et incommoditas. Tum frater qui ei esset uterinus, germanæ infelicitatem miseratus, cui cumulus inopiæ necessariorum addebat pondus, vehiculo impositam ad Meldunum adduxit. Id semel, id secundo, sicut se

A girl of 12 years old, a native of Pucklechurch [co. Gloucester], suffers from spinal disease for six years.

She grows daily worse.

Her brother takes her to Malmesbury on two consecutive anniversaries of the Saint without effect.

---

[1] *Defunctamque . . . Ita*] interlined, A.

[2] *temptato*] At first Temptatoque, but, on the insertion of the previous line, the que crossed through, A.

[3] *Ejusdem*] In margin of A., in hand of thirteenth century, Nota miraculum.

[4] *Sextus erat ægritudinis, duodecimus ætatis annus*] At first Sextus erat ætatis, duodecimus egritudinis annus, but ætatis and egritudinis crossed through, and egritudinis and ætatis written over line, A.

Part IV. Life of S. Aldhelm.

The Saint, for some sufficient reason, unwilling to work a miracle on her account.

annuus orbis torquebat ad festum, frustra fecit. Nam illa, et primo et secundo expers sanitatis, exsors petiti muneris remeavit. Non quod pietas Sancti segnis fuerit, quæ omnibus se cum fide appellantibus prompta facilitate accurrit. Sed credo, seu quod deferentium credulitas titubaverit, fides friguerit; (illa enim ætas quid credere quid discredere nosset?) seu ut miraculum de pusiola testatius vulgo esset, quam totiens advectam totiens revectam urbs ignorare nequiret. Tertio igitur anno attracta, tertiam quoque precum instantiam inaniter expendit. Quapropter, cum tædium et infidelitas fratrem effugasset, remansit illa ad Dominicam Ascensionem, quæ tertio die festum nostrum exceptura erat. Advenerat ergo dies Domini Jhesu triumpho sollemnis, in qua[1] vel sepe vel semper aliquid egregii operari non renuit patronus insignis. Nam tunc scrinium effertur in populum, et occluduntur fores, ut dixi,[2] ne quis ingrediatur ecclesiam, nisi sub eo humiliaverit dorsi spinam. Ita pro more bajulantum obsequio exierat ecclesiam corpus; sed remansit cum infirma vivificus et sanitatis largitor spiritus. Jacebat illa ante crucifixum solo æquata; hauriebat auribus lætos euntium strepitus, eoque magis pectus succutiebat fletibus. Alienum gaudium geminabat illi dolorem suum. Confestim ergo divino medicamine tacta surrexit; et devoluto genuum rigore, erecto tergi sinuamine, obviam gratias actura Sancto redeunti prosiluit. Quis referat quot fuerint plausus lætantium, quot voces attestantium: 'Ego vidi, ego cognovi; ista est illa contracta, modo 'sana!' Sed minus est audita depromere, nisi studeat et stilus ea apponere, quæ nobis donavit Deus videre. Quod cum fecero, nichil minus mihi lector, si æquus arbiter est nec studiis partium agitur, credere debebit,[3] quam sibi credi velit, si aliquid insigne diebus suis

Their visit on the third year at first attended with similar disappointment.

The girl's brother, becoming wearied and incredulous, leaves her.

Ascension day arrives,

the girl prostrates herself before the crucifix,

and rises up cured.

He will now recount miracles which he has himself witnessed, and on that account claims the faith of his readers.

---

[1] *in qua*] qua crossed through, and in qua interlined, A.

[2] *ut dixi*] Cf. p. 430, l. 8.

[3] *credere debebit*] interlined, A.

Part IV. Life of S. Aldhelm.

factum vel scripto vel verbo narraverit. Nec vero, ut puto, quisquam dicet me vel oculis meis non debuisse credere, vel visa pro Dei laude non debuisse scribere. Illud enim fatui et increduli, istud superbi et ingrati esset. Videor sane compatriotis Sanctis non modicam [f. 102, b.] præstitisse gratiam, sed et dominum et patronum meum non inhonorum reliquisse, qui me hactenus et vita ut possem et scientia ut nossem eum laudare dignatus est. Vir plane multarum virtutum laudandus insignibus, quem antiqua philosophia votis suis æquare non potuit. Denique minus fuit quod illa fatiendum docuit, quam quod iste gessit; majorque ambitioso eloquentiæ mendatio simplex veritatis fides. Cujus viventis quæ fuerit in Deum devotio, testantur post obitum facta miracula; quorum ut crederem veritati, exegerunt ipsa quæ vidi. Merentur enim de præsentibus fidem facta præterita, et confirmant antiquorum relationem signa recentia.

Account of Ernulf de Hesding.

§ 274. Producatur[1] ergo in medium Ernulfus de Hesding,[2] vir inter optimates Angliæ opinatissimus. Mirus ad agriculturæ sollertiam, mirus ad munifice sullevandam pauperum inopiam. Decimarum ita curiosus, ut si horreum non decimatum jam intaxatum esset, omnia eici et incunctanter decimari juberet. Expertus non semel eo sibi per divinam gratiam rusticos proventus augeri, quo studuisset nullam fraudem decimationi fieri. Hujus manus pessimo gravabantur morbo, adeo ut præter ulcera nigra sanie stillantia tremulo sinuamine jocarentur nervi. Nec ergo eas poterat ad aliquod offitium ducere, nec, quod dictum quoque pudendum sit, earum usu ciborum reliquias abstergere. Sua ergo

His exactness in paying tithes.

He is afflicted with a grievous disease of the hands,

and loses the use of them.

---

[1] *Producatur*] On the margin, in the hand of the thirteenth century, Nota miracula moderno tempore patrata, A.

[2] *Ernulfus de Hesding*] First count of Perch, and father-in-law of Matilda, natural daughter of king Henry I. The name of Ernulf de Hesding occurs in the Domesday Book, amongst the tenants in capite, in six counties. *See* Ellis, Introd. to Domesday Book, i. 434.

Part IV. Life of S. Aldhelm.

He goes to Malmesbury to consult Gregory a famous physician there,

penuria cibabatur, sua verecundia diluebatur manu aliena. Insumpsit quocirca consilium ut Meldunum pergeret, experturus ibi tunc cujusdam Gregorii probatissimi medici operam. Qui, cum omnes artis machinas pro præcepto abbatis Godefredi simul et favore hominis

who is unable to effect a cure.

mercando incassum adhibuisset, tandem fatis relinquendum dixit morbum incurabilem. Boni viri functus offitio, ne infirmum inhiantem saluti frustra[1] donis

The abbot orders some balsam found in St. Aldhelm's tomb to be rubbed on his hands,

emungeret, pecuniis exinaniret. At vero abbas, aliquid de miraculis Sancti temptandum ratus, balsamum, quod in sepulchro inventum fuerat, afferri et ei manus inungi

which are perfectly restored in a few days.

imperavit. Quam spetiosa res! Statim ut pretiosi liquoris gutta manum attigit, nervorum tremor riguit, fluida tabes exaruit, et, ne longum fatiam, paucissimis post diebus totus convaluit. Satisque constat illustri viro per hoc miraculum devotionem accrevisse, adeo ut, despecto affectu necessitudinum, desputo cumulo

He goes to Jerusalem.

divitiarum, Ierosolimam, desperato reditu, profectus sit.

The Saint's festival always attended by a rabble, who get money out of the worshippers by low wit.

§ 275. Inter[2] religiosorum multitudinem ad festum venientium nebulonum quoque se immergit copia; qui facili compendio victum mercantur, dum excogitatis salibus audientium cachinnos eitiunt. Quorum unus, me puero, illuc venerat, præter ceteros ludo mordente facetus, obscenos quoque gestus imitari peritus, si quando verbis minus agentibus destitueretur. Hic beati scrinio foras portato impudens, quod importunum etiam

Indecent behaviour of one of them to the Saint's shrine, when the author was a boy.

relatu est, contra stetit. Primoque nudato inguine incestavit aera, tum deinde crepitu ventris emisso turbavit auras. Id, quamquam fatuis risum imperasset, monachis tamen in immanem dolorem venit, qui dolerent impune nebulonem garrire. Enimvero illis vindictam

A devil torments him.

imprecantibus vicina non defuit auris confessoris. Vix enim vestes demiserat; et, ecce! coram populo, violento [f. 103, a.] compressus demone, penas impudentiæ pendebat. Ita

---

[1] *frustra*] interlined, A.

[2] *Inter*] On the margin, in the thirteenth century hand, Nota miraculum, A.

Part IV. Life of S. Aldhelm.

rotabatur in girum, ita spumabat in modum suis quem latratus canum circumagit, ita crepitantibus frendebat molaribus, ut palam fieret quod in illius ditionem transisset, cujus instinctu tantum scelus inceptasset. Quare, a sotiis pie violentis correptus, ad manus vellet nollet domum tractus est. Ibi ad postem ligatus, dum aliquid quietius meditari putaretur, ex inproviso erupit. Super convivas prandentes mensam depulit, aliquos pugnis contudit, aliquos telis excerebravit, omnes effugavit, vasis, quæ apposita erant, pro armis usus. At vero sotii, qui miserum non relinquendum putarent, in cuneum conglobati, dementem iterum corripiunt, artioribusque loris constrictum ad sepulchrum pertrahunt. Ibi, tribus[1] vigilatis noctibus totidemque jejunatis diebus, monachis suplicantibus et gemitibus suis alienam salutem mercantibus, sanatus est non solum demone, sed, quod prestantius dicas, lecacitate. Perpetuo post hæc modestus et lenis, verumtamen oculis fellitis et minacibus, quorumque sanguinea intortione nos pueros semper territaret. Recordantes quod ante sanitatem sedens ad sepulchrum vultu intenti in nos fatiebat impetum, si aliud nequiret immundum ejectans sputum.

He is dragged home by his companions, and bound to a post, but escapes, and puts them to flight.

His companions again bind him, and drag him to St. Aldhelm's tomb.

He is healed after three days' and three nights' intercession of the monks.

The author remembers his fierce looks and an assault he made on him and other boys.

§ 276. Mulier[2] apud Kilingeham nata nebat die Sabbati, vespere jam in occiduum declivi. Ammonita a considentibus ut, reverentiam Dominicæ diei habens, ferias faceret, non solum non paruit, sed etiam illas arrogantiæ notavit quod se necessariis inservientem arguerent, et stultæ segnitiei quod non idem facerent. Dictum secuta est pæna; continuoque in solum prostrata,[3] altera corporis parte præmortua, minimum[4]

A woman of Killingholme [co. Lincoln] was spinning on Saturday evening;

and insulted the neighbours who advised her to desist out of reverence for the Lord's Day.

She suddenly falls down paralysed.

---

[1] *Ibi, tribus*] On the margin, in the thirteenth century hand, Nota miraculum, A.

[2] *Mulier*] On the margin, in the thirteenth century hand, Nota miraculum, A.

[3] *in solum prostrata*] solum petiit, but petiit crossed through, and in and prostrata interlined, A.

[4] *minimum*] minimumque, but -que crossed through, A.

Part IV. Life of S. Aldhelm.

She confesses her sin,

defuit quin exanimaretur. Sed, ubi frequenti aquæ jactu[1] resumpsit, agnovit culpam, deflevit erumnam, oravit veniam. Veruntamen non sic facile indulgentiam rapimus, ut reatum committimus; quia voluptas quidem avolat et transit, sed peccatum pertinacem radicem infigit. Quocirca femina, baculis utroque latere sustentans gressus, in vivo cadavere jam pene sepultos, multorum Sanctorum patrocinia annis perpluribus circuivit. Sed cum, ut sibi videbatur, ubique laborem inanem trivisset, tandem, auditis miraculis beati Aldhelmi, Meldunum contendit. Prevenit adventus ejus dies .xlæ. quibus totis in ecclesia commanens, nec usquam nisi semel in die progrediens, molem peccatorum attenuabat inedia. Jam Paschalis letitiæ favor mentes mortalium hilaraverat; jamque secundo die peregrinos agebamus. Cantabatur ille versus, quo Fulbertus[2] Carnotensis episcopus, pulcherrima disjuncta Judeos convenerat, ut aut sepultum reddant Christum, aut resurgentem adorent. Cum illa, ante crucifixum baculis innixa stans, gravi præter solitum ad terram ruina pavimentum allisit. Accurrere plerique, volentes prostratam erigere, quod vererentur ne casus importunus paraliticæ membra effregisset. Ceteri, quibus sanius consilium erat, prohibuere, dicentes exitum rei Deo, qui probe dispensandum nosset, commendandum. Sursum ergo cordibus [f. 103, b.] erectis, intenti ora tenebant[3] omnes; cum illa scintillantibus oculis, micantibus digitis, omni postremo corpore surrexit incolumis. Quæ miraculi certitudo civium, qui eam pro diuturnitate convictus integre nossent, in laudem Dei et confessoris ora laxavit.

and, supported on crutches, visits many Saints' shrines.

Her journeys are all vain.

At length she visits Malmesbury during Lent.

While standing before the crucifix, during a procession of the monks, she falls to the ground.

Rises again perfectly cured.

The people praise God and St. Aldhelm for the miracle.

A dumb man, native of Calne

§ 277. Calna[4] est vicus Melduno ad .x. milaria proxi-

---

[1] *jactu*] jactum, but m crossed through, A.

[2] *Fulbertus*] An Easter hymn composed by Fulbert, bishop of Chartres, occurs in Daniel's Collection, i. p. 222, it seems doubtful, however, whether this is the hymn referred to by our author.

[3] *intenti ora tenebant*] intentique ora tenebant, Æneid, ii. 1.

[4] *Calna*] On the margin, in the thirteenth century hand, Nota miraculum, A.

Part IV. Life of S. Aldhelm.

mus, territoriis abbatiæ et vici collimitantibus. Hujus indigena vir, vocalis officii expers, eodem anno, si bene teneo, ad festum venit. Regioni ob insigne calamitatis notissimus, multisque probatus experimentis quod esset vere mutus. Siquidem præses provintiæ hominem tormentis plusquam semel adegerat, ut vi extorta confessio, quod simulatum esset, in veritatem efferret. Seve quidem ille, sed severitatem exigebat quorundam miserorum simulatio, qui ad Dei et hominum ludibrium quemlibet effingunt morbum, ut hoc figmento emendicatis nummulis lacunam impleant ventris. Edebat ergo ille inter suplitia rugitus miserabiles; et spiritu contribulato, qualem Deus diligit, finem erumnarum optabat. Quanvis igitur lingua inefficax, intellectu tamen perspicax, frequentiæ populari ad festum festinanti se immiscuit. Et primo quidem ante majus altare soli videre datum pontificem juxta basim altaris spatiantem, coniventis vultus lætitia monachos cantantes perstringere. Quod ille cernens, cæteris, quorum visus perspicuitatem moles peccatorum obruerat, digitorum nutu et immani oris rictu ostendere nitebatur. Sed cum verborum effectus loqui volentem fraudaret,[1] nec illi divini essent ut intelligerent, sicut indignabundus in criptam, quæ tunc erat novi operis, se proripuit. Ibi cum idem videret, magnoque conatu in sermonem gestiret, monachus qui aderat, aliquid divinum præsagiens, digitos brachii beati Aldhelmi ori clamantis immersit. Tum vero ille, pro sanctorum digitorum reverentia longe reductis dentibus, productis ab imo suspiriis, ingenti nisu frustulentam offam carnis cum sanguine pariter ejecit et voce: 'Domine sancte Aldhelme, adjuva me.' Illa vox expedito extunc et deinceps sermoni felix dedit auspitium. Aliquantosque postea duravit annos inof-

[co. Wilts], comes to St. Aldhelm's festival.

By many he is believed to feign dumbness.

The governor of the province tries frequently to make him speak by torturing him.

His sufferings.

He mingles with the people who attend the festival.

It is given to him alone to behold the Saint walking before the high altar, and again, in the crypt.

His attempts at speech unsuccessful.

A monk places the Saint's fingers in his mouth.

He regains speech.

---

[1] *loqui volentem fraudaret*] At first hiantem frustraretur, but crossed through, and loqui volentem fraudaret interlined, A.

Part IV. Life of S. Aldhelm.

fense locutus, nisi quod[1] per angustum meatum fautium rauciori sono modulabatur organum.

A woman dwelling at Calne, who had been blind for 18 years,

§ 278. Ejusdem[2] vici non indigena sed incola femina lucis inops, postero anno in solemnitate patris Aldhelmi, lumen[3] per duosde.xx^{ti}. annos amissum recepit. Causam cecitatis, quam nescio, nolo contexere, cavens loquacitate me legentium fidem fallere. Hoc constat, quia cum ante crucifixum staret, flavo crine in terga[4] soluto spectabilis sed tenebris oculorum deformis, crebris punctionibus orbes luce vidui cepere moveri. Quibus mulier irritata, primo leni fricatione cruorem emisit. Sed cum majori pruritui atrociore unguium injuria satisfaceret, copiosiori profluente unda, postulata cruorem excepit concha. Ita expeditis obstaculis, concavitatem fenestrarum serenum illustravit luminis. Tum affines veracissimi qui adessent homines, et plausere miraculo, et usque nunc eam[5] stipendiario sustentant commodo. Illa, sanctioris habitus[6] professa velamen, nullo fraudatur visus dispendio, nisi quantum provectior ætas accedit senio. Vivit ad hunc quo ista scriptitamus annum, qui est ab incarnatione Domini millesimus centesimus vicesimus[7] quintus, a transitu sanctissimi confessoris quadringentesimus .x^{mus}vi^{tus}., in regno Henrici regis .xx^{mus}. quintus. Falsariorum, qui monetam corruperant per totam Angliam, detruncatione notabilis. Propter eandem perinde falsitatem, annonæ karitate, et edaci fame, tum præterea indiscreta vulgi clade infamis. Eminentissimorum virorum mortibus funestus, præsertim Calixti papæ,[8] et quinti Henrici imperatoris

on the next occasion of the Saint's festival, places herself before the crucifix,

and recovers her sight.

[f. 104, a.]

She takes the veil, and though an old woman, still enjoys good sight.

She is living when the author is writing this work, A.D. 1125.

Events for which this year is remarkable.

Execution of coiners.

Death of pope Calixtus II. and the emperor Henry V. of Germany.

---

[1] *quod*] interlined, A.

[2] *Ejusdem*] A.; Cujusdam, B. On the margin, in the thirteenth century hand, Nota miraculum, A.

[3] *lumen*] B.; lucē altered into lumen, A.

[4] *terga*] A.; terra, B.

[5] *eam*] interlined, A.; omitted, B.

[6] *habitus*] A.; halitus, B.

[7] *vicesimus*] A.; omitted, B.

[8] *Calixti papæ*] Calixtus II. died Dec. 12 or 13, 1124; the emperor Henry V. died on May 23, 1125. The 25th year of Henry I. of England was comprised between Aug. 5, 1124 and Aug. 4, 1125.

Part IV. Life of S. Aldhelm.

Severe storms of thunder and rain.

Alemanniæ; quibus nulli umquam præstantiores fuerint in offitiis utrisque. Tonitribus et fulminibus per omnes menses infestus, imbrium continuatione nullo pene intermisso die, estivis etiam mensibus pluvius et luteus.[1]

---

[1] *luteus*] Here MS. B. ends. Several other lines of writing originally followed after this word in A., but they are so completely erased as to be illegible.

INDEX.

INDEX.

In this Index, the proper names within brackets represent the received Saxon orthography; the names immediately following, the author's own spelling, as found in the A. manuscript. Other forms which occasionally are added in parentheses are those found in MSS. B. C. D. E., as given in the foot-notes to the work.

c. - - -	circa.	× - - -	between.
cf. - - -	confer.	* - - -	marked doubtful in Cod. Dipl.
n. - - -	note.		

A.

Abbendonia; *see* Abingdon.

Abbess; the flourishing condition of Barking nunnery attributed to the sanctity of its abbesses, 144; many abbesses make Wilfrid, Abp. of York, heir to their estates, 219.

Abbeys; their desolate condition in the time of William II., 85; Ralph d'Escures, Abbot of Séez, visits various abbeys in England, 127; those of the provinces of the E. Saxons, E. Angles, and W. Saxons will be enumerated in the second book, 139.

Abbo, Monk of Fleury, invited to England by Oswald, Abp. of York, 249; composes the *Passion of St. Edmund the Martyr*, at the request of Dunstan, *ib;* quotation from the above work, 406 and n.[1]; returns to Fleury, and is made abbot [A.D. 988], 249; retires to Regula [La Reole], a cell of Fleury, in Gascony, *ib.*; killed by the rebellious monks of the cell [13th Nov. 1004], *ib.*

Abbots; numbers of them from Normandy come to England—their venality, 127; those of Normandy suspended by Cono, the papal legate, 129; [Beocca] Abbot of Chertsey, burned by the Danes [end of 9th cent.], 143; many abbots make Abp. Wilfrid heir to their property, 219; in the time of the Angles, abbots elected by the monks, 270; those subject to Abp. Wilfrid prepare to desert him, but are recalled to their allegiance by St. Aldhelm's letter, 337–339; St. Aldhelm desires to appoint abbots for his monasteries, but the monks object, 378; reply of St. Aldhelm's monks, when he desired to appoint new abbots in his stead over them, 379; ten subscribe to King Ina's charter, 26th May 704, 381; of Malmesbury, who had been bishops, desire to be buried near their patron, St. Aldhelm, 421.

Abendonia; *see* Abingdon.

